
ENDURE FORT

CODEX DIPLOMATICVS HVNGARIAE ECCLESIASTICVS AC CIVILLIS

STVDIO ET OPERA
GEORGII FEJÉR
BIBLIOTHECARII REGII

TOMVS SEPTIMVS.
AD STIRPEM ARPADIANAM SUPPLEMENTARIS
VOLVMEN I.

BVDAE
TYPIS TYPOGR. REGIAE VNIVERSITATIS VNGARICAE
1831.

Eine gute, eine National-Sache darf nicht aufgegeben werden; wenn sie auch höherer Hülfe, und parteyschen Geklingels immer ermangelt. "

Zur An. Buchner's Gesch. von Bayern Rec. II. B. II. H. p. 29.

Ad Lectorem.

Quum anno nondum praeterito primam Codicis Diplomatici partem, quae res Hungarorum stirpe Arpadiana virili regnante gestas complectitur, iuris publici feci;. fessus labore, anxius solicitudine, me maius aliquod operae pretium in Historia patria seu illustranda, seu elimanda, non censui facere posse; sed variis nonnisi disertationibus, prout res et occasio tulerit, concinnandis constitui vacare. Continuo Viri, quorum virtus ac laus domi nostrae praecipua est, ne opus, quo tamdiu Hungaria destituitur, abrumperem, ne rerum nostrarum qualemcunque notitiam, pertinaci plurium annorum studio comparatam, tumulo mecum conderem; sed telam, quam orsus sum, ad seculum vsque XV-um pertexerem, sunt me cohortati. Rationibus his et aliis impulsus, obice etiam maximo — satisfactione typothetis praestita —

remoto, consilium mutaui, onerique grandi, cuius leuamen ab aliis necquiquam oraueram, humeros denuo supposui.

Currenti, ac iam Ludouici Magni epocham vsque progresso, Vir Patriae studio, litterarum cultu illustris, Ioannes Czech, Liberae ac Regiae Vrbis Iaurinensis Consul * calcar addidit. Singulari quippe contentione, aeris magni impendio reuisis, e quibus Codicis Diplomatici monumenta fluxerant, fontibus, aliis quoque operose lustratis, quaecunque meam in iis attentionem fugerant, diligenter conquisita et eruta, illa insuper, quae in suomet reperiebantur chartario, cum industria transcripta, sine inuidia communicauit, in lucemque publicam proferenda aequis conditionibus obtulit.

Addidit animos Excellen. ac RR. Ignatii L. B. Szepesi, in Reipublicae vtriusque bonum maximis studiis intenti, liberalitas singularis, qua seu ad emendanda, quae autographorum fide laborant, seu ad supplenda desiderata, omnes quatuor cymelii Episcopatus Quinque-Ecclesiensis tomos in vsus meos vltro, prompteque concessit. Accessit complurium Il. Comitatuum sua partim plene, partim in extractu communicantium beneuolentia; ipsarumque Ephe-

meridum Criticarum exterarum humanitas, tam operis institutum, quam editoris solertiam probantium, collaudantium quoque. **

Effectum pacto hoc est, vt thesauri anecdotorum, quos Martene, Muratorius, D'Acherius, Duchesnius, Manrique, Rymer, Gudenus, Calles, Gerbertus, Herrgott, Wadingus, et alii plures vastis suis congesserant operibus, pleniori, vt dicunt, alueo in codicem nostrum Diplomaticum sint deriuati; tabularia, hucdum inaccessa, ad veritatem clariore in luce ponendam, sua contulerint documenta; huncque in modum ea rebus nostris facta sit accessio, vt institutiones, quas vir incomparabilis Stephanus Katona in Historia Hungariae Critica tomis exhibuit septem, totidem tomis, et voluminibus quindenis sint redditae; eaque iam sit illarum varietas et copia, vt dextra nonnisi manus, quae rerum praeteritarum facies ad veritatem effingat, desideretur.

Quo opus Sapientibus fieret gratius, singulare phoenomenon, cur regnum Hungariae sub Stephano Proto-Rege conspicuum ac firmum initio, mox succussum identidem, ac collapsum denique fuerit, suis e causis explicandum sumsi; ast hodierna tempestas, ipsumque Clarissimi Prayi

consilium, „vt a politicis animadversioni-
„bus manum omnino abstineam, fecit; par-
„tim quod vitae meae genus ab his prorsus
„abhorreat, partim quod superuacaneam
„eam operam esse, fere in explorato habe-
„am. Si qui enim in hoc foro exerciti sunt,
„me etiam tacente, quae huc facere vide-
„bantur, ex causarum, et quae isthinc ef-
„ficiuntur, nexu, nullo negotio intelligent;
„sin contra, quamuis prolixus, saepe etiam
„cum toedio fueris, tantumdem agas, ac
„si cum ratione prudens, volensque insa-
„nire velis; propterea quod conatus huius-
„modi omni fructu caret.“ Ann. Reg. H.
P. II. Praef. — Archontes vtriusque status
et ordinis, indicem item chronologicum, ac
numismaticum huius periodi, quo gratiam
facerem quam plurimis, addidi serie ac-
curata.

Ingratus sim, ni prius, quam praefan-
di finem facio, ad Te reuertar Vir eximie,
studiorum meorum socie, et adiutor Cze-
chie! Ne vltra suum Práyo Rajcsányium,
Katonaio Cornidesium, Kaprinaio Széke-
lyium, optime meritum *** Wagnerio Fe-
jéruárium, a communicatis absque inuidia
Diplomatibus, inuideam, Tuammet mihi
liberaliter accomodando operam, fecisti.
Id propter gratiam a me sume publicam;

gloriae sertum — si quid profuimus — a posteris praestolare.

Pestini 19-a Martii
Anno 1831.

Avctor.

---

* Vir hic eximius contentionis suae litterariae cum in Comitatus Iaurinensis politica adumbratione, tum etiam in operibus periodicis: Tudományos Gyűjtemény, Wiener Archiv, Taschenbuch von B. Hormayr etc. complura insignia edidit specimina.

** Je länger man zu der Hoffnung berechtigt war, dass die grossen Archive Wien's für die Beleuchtung der Oesterreichischen Geschichte, wenigstens nach dem Muster der von Langschen Regesten über Bayern, geöffnet werden würden; desto überraschender war die Erscheinung des Vorliegenden Werkes, welches dem Kaiserstaate dem Vorrange abgewonnen hat. Der Verf. Fejér hat sich ein unsterbliches Verdienst erworben, obschon Manche glauben könnten, durch die Vor-Arbeiten von Katona, Belius und Schwandtner sey alles schon erschöpft; vnser Verfasser wurde durch mehrere hohe Gönner, und gute Freunde unterstützt, alle Vrkunden, welche er in seinem, diesem Zwecke sehr günstigen Bibliothekarischen Berufe kennen lernen konnte, in verständigen und genauen Abschriften so zu sammeln, wie er sie hier unter der Autorität und auf Kosten K. Regierung mitgetheilt hat. Da man von vielen Perioden keine gleichzeitige Geschichtschreiber hat, und selbst die existirenden durch Abschriften von Sachunkundigen Männer sehr verunstaltet wurden; so sind

die Abschriften der in chronologischer Ordnung fortlaufenden Original Urkunden für die vollständige und gründliche Bearbeitung der Geschichte Ungarns von desto grösserem Werthe etc.

All. Haller Litt. Zeit. Heft. März Jahrg. 1831.

*** Admodum Reuerende, ac Clarissime Pater!
Dulcis Amice!

Subridentem Te iam videor mihi videre, recepto, quod hisce adcludo, monumento; meque iure merito dices, n o c t u a s p o r t a r e A t h e n a s: cum Tu tot et tantisque excussis Eruditorum ac Curiosorum scriniis ac thesauris, innumerum antiquitatum possideas thesaurum; Ego nihilominus re ita minuta tibi velificari velim; vbi tamen Tu animum dantis et non munusculum pensaueris. Certe boni debes consulere, quidquid id sit, quod ab amico sincero mittitur. Tu in Scepusio sacro fors iam induxisti hocce monumentum, de Episcopo Scepusiensi; erit tamen Tibi occasio disserendi historice ac critice: quis ortus, et occasus fuerit Episcoporum Scepusiensium? fateor ingenue, me in nullo alio monumento mentionem Episcoporum Scepusiensium legisse, non tamen negare temere volo, Patriam meam suos habuisse Episcopos. Tu condocebis nos ex Tuis chartulis. — Conventum B. M. V. de Scepus credo fuisse monasterium Scsavnikiense Cisterciensis olim ordinis; num bene, fac sciam. — Vocabularium vocum latino barbararum, quod apud Te vidi, curaui apud Bibliopolas Vindobonenses inquiri, ast vtilem hunc auctorem anonymum in Catalogis librorum haud repertum, emere haud potui; melior tibi erit libri huius mihi per necessarii exquirendi occasio: pretium Tibi numerabit compactor meus Josephus Szolkori quaestor huias, praesentium lator. Jam ne opus Tuum prodiit? Si apud vos haberi potuerit, solvet ami-

cus hicce. Sex decubui septimanis; incidit in manus meas MS. in quo priuilegia Kesmarkensium et Quintoforensium, qui olim de S. Ladislao dicebantur, hodie Csötörtökhely in Scepusio; exscripsi nonnulla; scio tamen Te omnia habere; ac me aliquando visurum, si Deo ita visum fuerit, in opere Tuo. Ex eodem Manuscripto exscripsi etiam excommunicationem Palatini Mathaei, filii Petri Palatini, de Trenchin. anno 1318. factam; quae duas complet philyras, ac hocce, quod nunc accipis. De Carolo Fejéruário id Te oportet scire: mihi eum a sex mensibus non esse visum; ipsum vxorem duxisse filiam Nicolai Semsey, nunc vero cum reliquis deputatum esse pro conscriptione Comitatus, vt eo facilius iuxta modernum vrbarium res agatur felicius. — Dic bone! R. P. Kaprinaii Diplomatica Hungarica num iam lucem conspexerit? Vtinam eruditum huncce Criticum mors dira non iubeat tacere; sed eo carior est cygnus, quod si Cantator sui funeris; et gloriosum est Imperatorem stantem, Eruditum scribentem mori. — Meus R. P. Fridwalszky quaedam de Saxonibus Transiluanis et Scepusiensibus meditatur edere; consuluit me etiam de Scepusiensibus; quae sciebam, perscripsi; spero plura ipsum edocendum esse ex Tuo opere. Totus est Pater ille bonus in laboribus. — Id etiam volo, vt scias: Reperitur anonymi Scepusiensis viri Drái in MSS. qui vixit circa annum 1500. in quo haec leguntur: post contractum Sigismundi de XIII. oppidis: „Notandum quod post obitum Sigismundi regis Mathias Rex Hungariae praefatam summam pecuniariam seu grossorum Bohemicalium voluit praefato regi Poloniae deponere, et antedictas XIII. Ciuitates seu oppida redimere, ac liberare; quae impignorata fuerant; sed Rex Poloniae vna cum Praelatis et Baronibus suis restituere noluit, alle-

gando praescriptionem factam. Tunc rex Hungariae euocauit regem Poloniae ad sedem Apostolicam ex eo, quod bona sua retineret, et de iis vsuram reciperet. Et cum haec eadem aliquamdiu ventilata fuissent, tandem a Domino Apostolico tale receperunt responsum: Quod in re tam dubia vtraque pars eligeret quatuor doctissimos et discretos viros, qui hanc causam discuterent, et quidquid ipsi concluderent, hoc ratum foret. Tunc ambae partium, tam Hungari quam Poloni, quatuor Doctores elegerunt, qui Wratislauiae magna cum deliberatione tractantes, pro et contra arguendo, tandem concluserant finaliter praescriptionem factam, ac si praescripta iam castra et oppida praestita pecunia emta fuissent, perpetuis temporibus Regi Poloniae cedere deberent.“ Addit auctor: haec e veridica relatione Veteranorum hominum didici: huic ego subiunxi: sine veritate antiquitas induratum est mendacium. Iam sat prata bibere; claudo, Amice! riuos hosce. Tu Te amantem redama. Vale et faue. Dabam e Tusculo Eperiesiensi. III. Septembris Anno MDCCLXXI. Tuus

Integerrimus
SAMVEL SZÉKELY m. p.

Vrbem nostram euacuauere Poloni Magnates Trenchinium abeundo. — Fac sciam R. P. Prayi operis quot tomi iam prostant? ac quo pretio comparantur apud vos? et num adhuc lumen istud Hungariae scribat? Nosti forsan Danielem Cornides, meditari nullitatem fundationis Archi-abbatiae montis Pannoniae impugnare; non est is ignotus Cl. Patri Pray et reu. Josepho Koller, Scriptori episcoporum Quinque-Ecclesiensium. Est Cornides mihi immisericors Criticus; ita cos cotem acuit, ac veritas prodire solet. Sed adhuc te volo scire: Concinnatori MSS. ex quo de redemptione XIII. oppidorum

sonantem paragraphum tibi mitto, 37000 sexagenarum latorum grossorum nouae monetae Bohemicalis numi seu valoris facere secundum valorem Hungaricum, denarios centum pro floreno computando, florenos sexaginta mille, nongentos sex. Ast maiores ipso auctore Manuscripti huius Viri id decidant, oportet.

E MSS. Kaprinai sub C. Tom. IV. p. 59. sqq.

Supplementum ad Tom. I.

709. Vrbis conditae: Dalmatia Romanorum armis petitur; e Vatinii Imp. ad M. T. Ciceronem epistola. Nro. I.
709. De Dalmatia subacta triumphum ambit Vatinius Imp. E responsoria M. T. Ciceronis. Nro. II.

An. Christi.

174. M. Aurelius Augustus ad Granuam (Strigonii) moratus. Nro. III.
177. Idem Augustus Carnunti, in Pannonia Superiore, moratus. Nro. IV.
299. Edictum Diocletiani et Maximini JJ. Sirmii. Nro. V.
322. Edictum Constantini Imperatoris Sabariae. Nro. VI.
368. Edictum Valentiniani et Valentis JJ. Sabariae. Nro. VII.
369. Edictum Valentiniani, Valentis et Gratiani JJJ. Sabariae. Nro. VIII.
383. Fragmentum epistolae D. Ambrosii ad Maxima, qua Hunorum meminit. Nro. IX.
383. Fragmentum alterius D. Ambrosii epistolae

An. Christi.

ad Gratianum Imp. scriptae, qua non absimiliter Hunorum meminit. Nro. X.

383. Epistola S. Hieronymi, qua Hunorum in Gallias irruptionis et vastationis testis est. Nro. XI.

446. Vestigium Epistolae per Atilam Hunorum regem ad Theodosium Imp. de exulibus et tributis requirendis datae. Nro. XII.

449. Fragmentum litterarum Theodosii Iun. Imp. ad Atilam scriptarum. Nro. XIII.

449. Fragmentum litterarum Atilae ad Theosium Imp. datarum. Nro. XIV.

449. Vestigium Responsi per Atilam ad Imp. Theodosium dati. Nro. XV.

450. Vestigium epistolae per Atilam ad Theodericum, Visigothorum regem, scriptae. Nro. XVI.

450. Vestigium epistolae per Atilam ad Valentinianum Imp. datae. XVII.

451. Epistola Sidonii ad Prosperum PP. in qua iterate Hunorum in Gallias irruptionis, obsidionisque Vrbis Aurelianensis meminit. Nro. XVIII.

451. Aetii, Belli-Ducis Romani, victoriam de Atila reportatam Consulibus Romanis perscribentis epistola dubia. Nro. XIX.

526. Athalaricus, Ostrogothorum Rex, Osuinum Comitem ad regendas denuo Dalmatiarum et Suauiae provincias mittit. N. XX.

558. Iustiniani Imp. Orientis ad Sandichum Hunorum Ducem, qua ipsum adversus Hunos Cutriguros concitat, epistola. Nro. XXI.

An. Christi.

591. Mauritii Imp. Orient. ad Priscum Praetorem litterae, queis ad fortiter Chaganō Abarum resistendum hortatur. Nro. XXII.

791. Caroli M. Francorum regis ad Frastratam reginam de Auaribus victis epistola. Nro. XXIII.

795. Albini Flacci ad Paulinum Patriarcham Aquilejensem de victoria per Henricum Ducem Foroiulien. ab Auaribus reportata literae in fragmento. Nro. XXIV.

796. Carolus M. e spoliis Auaribus ademptis Offae, Merciorum in Anglia Regi, dona mittit. Nro. XXV.

805. Capitulare eiusdem Caroli, quousque negotiatores, ad partes Sclauorum et Hauarorum tendentes, procedere queant, definientis. Nro. XXVI.

808. Donationis ad Vischaha factae confirmatoriae. Nro. XXVII.

817. Ludouicus Pius, Caroli M. filius Imp. arcem Murae vicinam Huneburgum destrui, et in coenobium Murhatense conuerti iubet. Nro. XXVIII.

817. Auaria in diuisione Imperii Hludouico, Ludouici Imp. filio attributa. Nro. XXIX.

824. Vestigium litterarum per Omortag, regem Bulgarorum, ad Imperatorem Ludouicum missarum. Nro. XXX.

826. Vestigium earumdem alterum. N. XXXI.

830. Ludouicus Rex proprietatem suam in prouincia Auarorum (Austria) Ecclesiae Ratisbonensi donat. Nro. XXXII.

An. Christi.

836. Ludouicus Germ. Bauariae Rex, Ecclesiae Patauiensi, quae olim fuit Lauriacensis, in prouincia Auariae possessionem Kirchpach confert. Nro. XXXIII.

837. C. Ratpodus quidquid ad Tullinam in Pannonia possidet, monasterio S. Emmerani confert. Nro. XXXIV.

859. Ludouicus Rex medietatem fisci, qui vocatur Tullina, in regione Pannoniae ad mensam Monachorum San-Emmeranensium confert. Nro. XXXV.

860. Gundbato Diaconus nonnulla loca ad fluuium Szala monasterio S. Emmerami tradit. Nro. XXXVI.

868. Comes Chozil Monasterio S. Emmerami donat terras suas in Pannonia inferiori. Nro. XXXVII.

879. Gundbato proprietatem suam iuxta Bilisaseo (Balaton) nec non fluuios Szala et Velih cum terris Ambrichionis Episcopi ad fluuium Raba cambiat. Nro. XXXVIII.

879. Ioannis PP. VIII. ad Episcopos Dalmatiae epistola. Nro. XXXIX.

903. Burchardus Patauiensis Episcopus Madaluino Chorepiscopo proprietates ab Arnulfo Imp. in Pannonia obtentas, ac Ecclesiae donatas, iure vsu-fructuario, in Synodo, finem vsque vitae ipsius reddit. Nro. XL.

908. Ludouicus infans Imp. Episcopo Eystettensi quasdam munitiones contra Paganorum (Hungarorum) incursiones erigendi facultatem largitur. Nro. XLI.

908. Sergius PP. III. Leopardo, Nonantulano

An. Christi.

Abbati de monasterio ipsius per Hungaros euerso, condolet. Nro. XLII.

908. Fragmentum testamenti Andreae Prioris Iadrensis. Nro. XLIII.

913—939. Acta, seu formulae inscriptionum ab Imperatoribus Byzantinis ad Archontes Turcorum (Hungarorum) etc. vsitatarum. Nro. XLIV.

925. Grauissimorum damnorum, irruptionibus Hungarorum Ecclesiae Verdunensi illatorum, documentum. Nro. XLV.

936. Recitatio excidii incolis vici Lietzeis, seu Alzey per Hungaros in Lotharingia illati. Nro. XLVI.

955. Cambiales, quibus Vngarorum per Ottonem Imp. victorum mentio. Nro. XLVII.

955. Otto M. Imp. patrimonio Patauiensis Ecclesiae per Hungaros nouiter vastato, in solitudinemque redacto, immunitatibus, illud impopulaturis, concessis subuenit. Nro. XLVIII.

963. Vestigium litterarum Ioannis PP. XII. Hungarorum aduersus Ottonem I. Imp. concitandorum causa. Nro. XLIX.

970. Vastitatis ac depopulationis per Hungaros illatae documentum. Nro. L.

970. Vestigia Hungaricorum incolarum in Germania. Nro. LI.

977. Otto II. Imp. ecclesiae Lauriacensi, quae prima sedes episcopalis erat, praedium Anesaburch, pro resarciendo damno, vltima per Hungaros obsidione tolerato, donat. N. LII.

979. Otto II. Imp. Wolfgango, Ratisbonensi Epi-

scopo in terra quondam A u a r o r u m castrum contra infestationes Hungarorum struendi facultatem largitur. Nro. LIII.

979. Otto II. Imp. Wolfgango Ratisbonensi Episcopo locum ex vtraque Erlaffae ripa ad castrum contra Vngarorum infestationem construendum donat. Nro. LIV.

985. Henricus II. Baioariorum dux, in marchia orientali Leopoldi illustris, marchionis, et Satoris stirpis Babenbergicae in Austria, nuper ab Vngaris reuindicata, possessiones ad Ecclesiam Patauiensem pertinentes distinguit et enumerat vsque montem Comagenum, tunc temporis Germaniae, et Vngariae metam, et vsque terminos Morauorum. N. LV.

994. Fragmentum literarum fundationalium Ecclesiae S. Michaelis S a l o n a e. Nro. LVI.

998. Otto III. Imp. Engelrico sub obligamine: clausuram, seu munitionem ad Traysinam contra Vngaros construendi, terras donat. Nro. LVII.

S. a. Familiae Hederuariana et Thomasiana Genealogiam suam ad tempora Geyzae Ducis deducunt. Nro. LVIII.

1018. Stephanus Banus monasterium S. Chrysogoni dotat. Nro. LIX.

1019. Berngeri, Episcopi Patauiensis, testimonium peractae a se dedicationis cellae in honorem B. Iohannis Bap. a Gunthero nobili Eremita in Nordwald exstructae. Nro. LX.

1035. Stephanus Protorex Hungariae Strigonii decretum II. edit. Nro. LXI.

An. Christi.

S. a. Vestigium Episcopatus Agriensis a S. Stephano fundati. Nro. LXII.

S. a. Vestigium priuilegii Ciuibus de Alba-Regali concessi. Nro. LXIII.

S. a. Vestigium Legendae S. regis Stephani in Ecclesia Albensi asseruatae. Nro. LXIV.

S. a. Vestigia diplomatum per Stephanum Protoregem Nobilibus concessorum. Nro. LXV.

1045. Berno Abbas Augien. Henricum III. Imp. ob suppetias Petro Veneto latas laudat. Nro. LXVI.

1051. Andreae I. R. H. quas nomine Henrici III. Imp. ad Gerhardum Ratisbon. Episcopum cudi fecit, litterae. Nro. LXVII.

1051. Vestigium Epistolae per Gebhardum ad Henricum III. irruptionis suae in Hungariam tempore, destinatae. Nro. LXVIII.

S. a. Vestigium litterarum Belae I. R. H. quibus Gurg, filio Chech, possessiones haereditarias restituit. Nro. LXIX.

S. a. Idem Bela monasterium B. M. V. de Kolosmonostra fundat et dotat. Nro. LXX.

S. a. Idem Bela iura Ecclesiae Agriensis auget. Nro. LXXI.

1058. Vestigium litterarum priuilegialium per Salomonem R. H. Episcopatui Quinque-Ecclesiensi concessarum. Nro. LXXII.

1059. Chresimirus Rex Croatiae iura Monasterii S. Ioannis Eu. confirmat. Nro. LXXIII.

1059. Idem Chresimyr Monasterio S. Ioannis Eu. immunitatem a tributis soluendis concedit. Nro. LXXIV.

An. Christi.

1064. Fundationales Monasterii S. Nicolaï Monialium Tragurini litterae. Nro. LXXV.

1067. Fragmentum litterarum fundationalium Abbatiae de Zázty per Comitem Petrum erectae, ac per Salomonem R. H. confirmatae. Nro. LXXVI.

1069. Laurentius A. Episcopus Spalatinus Ecclesiam S. Benedicti dotat. Nro. LXXVII.

1069. Chresimir iura monasterii S. Thomae firmat. Nro. LXXVIII.

1071. Idem Chresimir iura Arbensis Ecclesiae confirmat. Nro. LXXIX.

1078. Vestigium litterarum Suinimiri, al. Demetrii, Dalmatiae regis. Nro. LXXX.

1078. Gregorius PP. VII. ad Michaelem Sclauorum regem lites inter Spalatinum et Ragusanum A. Episcopos compositurus scribit. Nro. LXXXI.

1078. Suinimirus Rex Croatiae iura A. Episcopatus Spalat. confirmat. Nro. LXXXII.

1079. Stephanus rex Croatiae monasterium S. Benedicti pro monialibus fundat. Nro. LXXXIII.

1086. Henricus III. Imp. in coniunctione Morauiensis Ecclesiae cum Pragensi Episcopatu, V n g a r o r u m limites eidem addit. N. LXXXIV.

1092. Decretum 1-um S. Ladislai. Nro. LXXXV.

1093. circiter: Decretum alterum eiusdem Ladislai. Nro. LXXXVI.

1094. circiter: Decretum eiusdem tertium. Nro. LXXXVII.

S. a. Vestigium literarum metalium Possessionis Kajár a S. Ladislao editarum. N. LXXXVIII.

An. Christi.

S. a. Idem S. Ladislaus dotem monasterii B. M. V. de Kolosmonostra ampliat. Nro. LXXXIX.

Ad Tomum II.

1096. Godefridus, Lotharingiae Dux, Colomanum R. H. ad reddendam necis crucesignatorum rationem euocat. Nro. XC.

1096. Colomanus R. H. Godefridum ad tractandam secum quaestionem inuitat. Nro. XCI.

1102. Idem Colomanus contra Henricum V. Imp. copiis Boleslai Poloni cupit fulciri. N. XCII.

1103. Decretorum Colomani libri duo. N. XCIII.

1105. Ingressus Colomani R. H. in ciuitatem Jadrensem monumentum. Nro. XCIV.

1105. Idem Colomanus se Dalmatiae regem, ac marium Dominum scribit. Nro. XCV.

1108. circiter: Vestigium concilii prouincialis per Crescentium A. Episcopum Spalat. Iadrae, praesente Strigoniensi ablegato celebrati. Nro. XCVI.

1109. Colomanus R. H. donationes a Protorege Stephano monasterio B. M. Virginis factas, aliasque transcribit et confirmat. Nro. XCVII.

1114. circiter: Acta Synodi Strigoniensis. Nro. XCVIII.

1124. Cuno Abbas apud Anselmum de Braz in Hungaria versatus. Nro. XCIX.

S. a. Bela II. R. H. particulam terrae Silvan, hodie Nagy-Szilva, seruientibus suis Ura, et Zombath absque omni contradictione statui iubet. Nro. C.

2*

An. Christi.

1139. Vestigium litterarum Ottonis Episcopi Bambergensis ad Regem Belam II. per Rudolphum Oeconomum suum submissarum. N. CI.

1147. Conradi Imperatoris ad Vibaldum Stabulensem Abbatem epistola, qua sui per Hungariam transitus mentionem facit. Nro. CII.

1147. Vestigium literarum a Borichio Duce ad Ludouicum VII. Galliae regem scriptarum. Nro. CIII.

1151. Circiter: Belae II. Regis Notarii in res Gestas Hungarorum prologus. Nro. CIV.

1155. Gerson, vel Gereon, Regni Hungariae Palatinus, Comites Belus et Suinmur, fratres, de genere Ürs, ratione arcium Urain et Ürs transegisse, testatur. Nro. CV.

1156. Fridericus I. Imp. Henrico Austriae Duci Marchionatum in Ducatum ea obligatione commutat, vt ad expeditiones Caesareas contra Hungariam concurrere teneatur. Nro. CVI.

1159. Idem Fridericus suis ad Alexandrum III. PP. literis, se inter ceteros regem quoque Hungariae ad synodum Papiae celebrandam euocasse, testatur. Nro. CVII.

1159. Eiusdem litterae in negotio Victoris in Pontificem, Episcoporum quoque Hungariae consensu, eligendi. Nro. CVIII.

1160. Acta Concilii Papiensis per Pragensem Episcopum in Hungariam perlata. Nro. CIX.

1160. Epistolae Synodalis Archiepiscoporum et Episcoporum Victori Pseudo papae adhaerentium fragmentum. Nro. CX.

S. a. Geysa II. R. H. Ecclesiam Hierosolymis in

An. Christi.

honorem B. M. V. et S. Stephani condit et dotat. Nro. CXI.

1163. Manuelis Imp. Bizantini ad Stephanum III. R. H. epistola. Nro. CXII.

1163. Alia eiusdem ad eumdem. Nro. CXIII.

1164. Eiusdem Manuelis Hierosolaum, Russiae Principem, aduersus Stephanum III. concitantis litterae. Nro. CXIV.

1166. Vestigium priuilegii a Stephano III. Ecclesiae SS. Cosmae et Damiani concessi. Nro. CXV.

1169. Circiter: Idem Stephanus iura Ecclesiae ac monasterii dexterae S. Stephani (Szent-Jog) confirmat. CXVI.

1170. Gregorii Antibarensis ad Episcopum Salonitanum epistola. Nro. CXVII.

1171. Priuilegii in Ciuitate Spalatina emanati fragmentum. Nro. CXVIII.

1171. Circiter: Pacis inter Spalatinos et Iupanum Saracenum compositio. Nro. CXIX.

1174. Belae III. R. H. de sui per A. Episcopum Colocensem coronatione, Sedi Archiepiscopali Strigon. praeiudiciosa haud futura, reuersales. Nro. CXX.

1174. Sebastiani Ziani, Venetiae Ducis, literae in gratiam Tragurinorum datae. Nro. CXXI.

1174. Ioannes Comes Spalatinus testimonium mulierum non acceptandum statuit. N. CXXII.

1174. Manuelis Imp. in causa Spalatensis A. Episcopi mandatum. Nro. CXXIII.

1180. Rogerii Slauoniae Ducis, per Manuelem constituti, litterae. Nro. CXXIV.

An. Christi.

1180. Alexandri PP. III. ad Spalatensem Archiepiscopum litterae. Nro. CXXV.

1180. Eiusdem bulla ad Spalatinos. Nro. CXXVI.

1180. Fragmentum inscriptionis Sanctuarii Arbensis Ecclesiae. Nro. CXXVII.

1181. Theobaldi, S. A. Legati, ad Clerum et populum Spalatensem litterae. Nro. CXXVIII.

1181. Belae III. in Dalmatia regnantis monumentum Iadrense. Nro. CXXIX.

1182. Priuilegium Mastropetri, Venetiarum Ducis, Traguriensibus concessum. Nro. CXXX.

1187. Eiusdem Mastropetri litterae, belli aduersus Hungaros gesti testimoniales. Nro. CXXXI.

1188. Fragmentum diplomatis Dalmatiam Hungariae subiectam attestantis. Nro. CXXXII.

1188. Fragmentum Diplomatis, quo Bela III. priuilegium Stephani III. R. H. coenobio SS. Cosmae et Damiani concessum, roborat. Nro. CXXXIII.

1189. Idem Bela axiomate regis G a l a c i a e, seu Galiciae insignitur. Nro. CXXXIV.

1189. Fragmentum legum, quas Fridericus Imp. in castris iuxta Posonium terram sacram petens, sanxerat. Nro. CXXXV.

1189. Dietpoldi Patauien. Episcopi ad Leopoldum Austriae Ducem e Graecia litterae, quibus peregrinationis sacrae aduersitates describit, ac cuiusdam Comitis Hungariae, in legatione adhibiti, mentionem iniicit. N. CXXXVI.

1190. Bela III. R. H. regis Galiciae axioma retinet. Nro. CXXXVII.

An. Christi.

1190. Iadrensium et Arbensium res, Bela III. regnante, compositae. Nro. CXXXVIII.

1190. Petrus Hungarus Spalatinus A. Episcopus. Nro. CXXXIX.

1190. Fragmentum epistolae expeditionem Friderici Imp. in terram sacram perscribentis, eiusque per Hungariam transitum commemorantis. Nro. CXL.

1195. Fragmentum documenti Iadertini, Emerici, bis coronati, et Dalmatiae ac Croatiae Gubernatoris, memoriam perhibentis. Nro. CXLI.

S. a. Vestigium Diplomatis per Belam III. Cruciferis Ecclseşiae S. regis Stephani de Szent-Király concessi. Nro. CXLII.

1196. Petrus Blesensis Constantiam, Emerici regis viduam, consolatur. Nro. CXLIII.

1200. Vestigium Priuilegii Andreae II. Belae III. filii, regis Hungariae, solemnis Tragurium ingressus. Nro. CXLIV.

1200. Capitulum Agriense pro Comite Nicolao Muncsul contra Stephanum Vid, etc. inquirit. Nro. CXLV.

1201. Statutorum Capituli Generalis Ordinis Cister. decretum. Nro. CXLVI.

1203. Wolfkerus Patauiensis Episcopus cum Leopoldo glorioso Austriae Styriaeque Duce de iuribus in Fischaminde et Neusiedel transigit. Nro. CXLVII.

1203. Fragmentum epistolae Comitis S. Pauli, occupata Urbe Bizantina, Isacium Imp. cum

An. Christi.

Vxore sua, regis Hungariae sorore, e carceribus liberatos significantis. Nro. CXLVIII.

Ad Tomi III. Volumen I.

1205. Capitulum Agriense litteras Gersonis Palatini transcribit. Nro. CXLIX.

1205. Bertoldus Dux Meraniae, ac Marchio Istriae Ducis Dalmatiae titulo utitur. Nro. CL.

1207. Vestigium priuilegii ab Andrea II. R. H. per Almisianos obtenti. Nro. CLI.

1209. Idem Andreas Demetrio ac Thomae terram Kapi confert. Nro. CLII.

1212. Statutorum Capituli Generalis Ord. Cist. decretum. Nro. CLIII.

1212. Andreas II. ius Patronatus monasterii Kapornak Generationalibus de Cador confirmat. Nro. CLIV.

1214. Idem Andreas Salomoni, filio Comitis Miska, terram Ederich de Castro Zaladien. exemtam confert. Nro. CLV.

1214. Capituli Varadien. de parte terrae Solomun per Iacobum, filium Pata, emta testimoniales. Nro. CLVI.

1216. Idem Capitulum, Nicolaum Palatinum, Cotloba et Cepano terram adiudicasse testatur. Nro. CLVII.

1216. Idem Capitulum Pousam cum Vxore conuictos fuisse attestatur. Nro. CLVIII.

1216. Gyulae Comitis Palatini ad Capitulum Ecclesiae Varadin. datae literae. Nro. CLIX.

An. Christi.

1216. Capituli Varadin. in causa Farkasii, filii Gyama, contra Martinum de villa Zobolsu, litterae. Nro. CLX.

1216. Venceslai Comitis Szathmár. ad Capitulum Varad. in causa furis Furman nomine epistola. Nro. CLXI.

1217. Iacobi Acconen. Episcopi ad Honorium PP. III. de Andreae II. R. H. in terra S. gestis Epistola. Nro. CLXII.

1218. Fragmentum bullae Honorii PP. III. delicta episcopi Varadinensis perstringentis. Nro. CLXIII.

1219. Diuisio terrae Hene testimonio Capituli Varad. Nro. CLXIV.

1219. Fratres Margarethae, Vxoris Comitis Torcunca, terram suam haereditariam Gilianus a Cruciferis S. Ioan. recaptiuant. N. CLXV.

1219. Andreas II. terram Tamasi Ecclesiae S. Stephani P. M. readiudicat. Nro. CLXVI.

1219. circiter: Capituli M. Varadinensis in causa litis inter villanos de Iku et Iobbagiones noui castri litterae. Nro. CLXVII.

1219. Statutorum Capituli Generalis Ord. Cist. decreta. Nro. CLXVIII.

1220. Extractus litterarum dupplicis Ordinis ab Andreae II. congenerationalibus de Osl concessarum. Nro. CLXIX.

1221. Familiae Laky super certis terris transactio Palatinalis. Nro. CLXX.

1221. Conuentus Varadien. in causa inter villanos de Méhes, et Solt, filium Solt, controuersa, editae litterae. Nro. CLXXI.

An. Christi.

1221. Aliae eiusdem meriti inter Becca et Heyma. Nro. CLXXII.

1221. Eiusdem similis argumenti. Nro. CLXXIII.

1221. Capitulum Varad. castrenses de Bihor certam terram filiis Bocion cessisse, testatur. Nro. CLXXIV.

1221. Acontius S. A. L. Cacetkos sibi insidiatos fuisse, testatur. Nro. CLXXV.

1221. Vestigium edicti regis Andreae de terris castrensium restituendis. Nro. CLXXVI.

1221. Edictum Andreae R. H. contra Ducem Cachetorum. Nro. CLXXVII.

1222. Andreas II. R. H. in compensationem pretiosorum, coronae Giselae reginae etc. sua ad terram sacram profectione ab Ecclesia Vesprimiensi acceptorum, bona reginalia huic confert. Nro. CLXXVIII.

1222. Ludouicus, Thuringiae Landgrafius, cum consensu consortis suae Elisabeth, filiae Andreae R. H. Curiam cum decem mansis Ecclesiae vallis S. Georgii vendit. Nro. CLXXIX.

1223. Andreas II. R. H. montem S. Michaelis a Gocellino Clerico monasterio Kercz donatam, et terram a Blaccis excultam, eidem a se collatam, metis assignatis confirmat. Nro. CLXXX.

1223. Statutorum Capituli Generalis Ord. Cist. decretum. Nro. CLXXXI.

Ad Tomi III. Volumen II.

1225. Nicolai Synistir. Dapiferorum Magistri, pro Abbate de Bel contra Vduarnicos de Papa adiudicatoriae. Nro. CLXXXII.

An. Christi.

1226. Vestigium litterarum fassional. N. CLXXXIII.
1227. Vestigium litterarum adiudicatoriarum Dionysii Palatini. Nro. CLXXXIV.
1229. Ladislaus, Iudex-Curiae, litem inter Castrenses de Békes et Martinum filium Miska decidit. Nro. CLXXXV.
1229. Ladislai, Iudicis-Curiae, ac Comitis Bachien. ad Capitulum Varad. litterae. N. CLXXXVI.
1229. Circ. Capituli Varadiensis super controuersia filiorum Chenke et Natus litterae. Nro. CLXXXVII.
1229. Cir. Ladislai, Iudicis Curiae, ac Bachien. Comitis in causa Benjamini ad Capitulum Varad. literae. Nro. CLXXXVIII.
1229. Bela, Primogenitus regis Hungariae, donationales Patris sui Andreae II. super terris in compensationem pretiosorum Ecclesiae Vesprim collatas, ratificat, et firmat. Nro. CLXXXIX.
1229. Inter congenerationales de Jak, ac filios Pousae super caede Martini, remissis mutuo iniuriis, homicida vero e generatione excluso, concordia initur. Nro. CXC.
1230. Bela, Rex Iunior, donationales Belae III. R. H. pro fratribus Lob et Thoma confirmat. Nro. CXCI.
1230. Friderici II. Imp. ad regem Bohemiae epistola, qua insidias a Friderico Bellicoso Austrio, regi Hungariae structas commemorat. Nro. CXCII.
1231. Comes Gugh capellam S. Nicolai in Dym fundat. Nro. CXCIII.
1231. Gregorius PP. IX. priuilegium S. Stephani

An. Christi.

monasterio montis Pannoniae concessum, firmat. Nro. CXCIV.

1231. Status mortis Elisabethae Landgrafiae. Nro. CXCV.

1232. Gregorius PP. IX. in prodigia Elisabethae Landgrafiae inquiri iubet. Nro. CXCVI.

1233. Bela, Rex iunior, Comiti Corlardo, filio Ipani, donationes impertitur. Nro. CXCVII.

1233. Metales villae Billike. Nro. CXCVIII.

1234. Gregorius PP. IX. in signa Elisabethae denuo inquiri iubet. Nro. CXCXIX.

1234. Circiter. Idem Gregorius protectionales in gratiam Monasterii montis Pannoniae elargitur. Nro. CC.

1234. Eiusdem Gregorii bullam Andreas II. R. H. transcribit. Nro. CCI.

1234. Idem Andreas terram Rába, alias Szent-Mihály, in comitatu Iaurin. Comiti Farcasio de Puk confert. Nro. CCII.

1234. Vestigium protestationis in facto possessionis Patyi-Ujfalu interpositae. Nro. CCIII.

1234. Iacobus S. A. L. decimas Comitatus Simegh monasterio S. Martini de monte Pannoniae contra Praepositum, et Capitulum Albense, sua et coarbitrorum sententia addicit. N. CCIV.

1234. Congenerationalium de Ják super occupata terra sua protestatio. Nro. CCV.

1235. Benedicta, Vxor Herzeg, de genere Borsa in fauorem Ecclesiae de Ugra testamentum condit. Nro. CCVI.

1235. Circ. Moysen Sacerdos de Barban quamdam Martinam in vadio apud se constitutam dimittit. Nro. CCVII.

An. Christi.

1235. Gregorius PP. IX. eleemosynam ab Andrea II. monasterio de Egres factam confirmat. Nro. CCVIII.

1235. Idem Gregorius in literis ad Beatricem, Ferdinandi Castellae regis Vxorem, B. Elisabeth, Andreae II. filiam debitis celebrat encomiis. Nro. CCIX.

1235. Statutorum Capituli Generalis Ord. Cisterc. decretum. Nro. CCX.

1235. Constantia Belae III. R. H. filia, Ottocari I. R. B. consors, Hospitale S. Francisci fundat et dotat. Nro. CCXI.

1235. Gregorius PP. IX. donationem hanc confirmat. Nro. CCXII.

1235. Idem Gregorius hospitale, iuxta monasterium S. Francisci structum, huic subiicit, sub suamque recipit protectionem. Nro. CCXIII.

Ad Tomi IV. Volumen I.

1236. Idem Gregorius Hospitale S. Francisci ab Agnete, Constantiae filia, resignatum Magistro et fratribus Ordinis Hospitalis confert. Nro. CCXIV.

1236. Idem Gregorius Abbati et Conuentui de Pilis reditus ab Andrea II. concessos roborat. Nro. CCXV.

1236. Idem Gregorius Colomanum, Belae IV. R. H. fratrem, ob concisa Templariorum et Hospitalariorum iura perstringit. N. CCXVI.

1236. Metales terrae Jenő in Comitatu Bihar. Nr. CCXVII.

1238. Bela IV. R. H. a domo Hospitalis Ierosolymitani chibriones, aut aliud quid recipi vetat. Nro. CCXVIII.

An. Christi.

1238. Idem Bela terram Vicha filiis Belud, et terram Frad (Farad) Comiti Oslu donat. Nro. CCXIX.

1238. Bartholomaeus Wesprimiensis Episcopus de testamentaria Farkasii de Feldurug dispositione testatur. Nro. CCXX.

1239. Gregorius PP. IX. excommunicationis sententiam aduersus Fridericum II. Imp. latam, inter ceteros etiam Belae Regi H. submittit. Nro. CCXXI.

1239. Garganus Potestas Spalaten. pacem inter Ciues ac Sclauos componit. Nro. CCXXII.

1240. Brachienses Spalatensibus se subdunt. Nro. CCXXIII.

1240. Paulus Comes de Zala litem circa molendinum iuxta fluuium Rába componit. Nro. CCXXIV.

1241. Garganus Potestas Spalat. pacem cum Andrea de Chelmo conficit. Nro. CCXXV.

1241. Fridericus Imp. Tragurinis immunitatem a telonio in Imperio Germ. soluendo concedit. Nro. CCXXVI.

1241. Fridericus, Dux Austriae ac Styriae, inter titulo feudi possessas etiam villas ad Lajtam, et Neusiedel recenset. Nro. CCXXVII.

1241. Capituli Generalis Ord. Praedic. statutum. Nro. CCXXVIII.

1241. Ducis (H.) Longrathungriae Comitis, Saxonum Palatini, de Hungaria per Tartaros vastata, ad Ducem Brabantiae epistola. Nro. CCXXIX.

An. Christi.

1241. Litterarum nomine ac sub sigillo Belae IV. R. H. ad populum deludendum per Tartaros confictarum formula. Nro. CCXXX.

1241. Vestigium Belae IV. literarum, quibus regnum a Friderico Imp. contra Tartaros defendi petiit. Nro. CCXXXI.

1241. Eiusdem Friderici literarum, ad vniuersos Europae Principes ob imminens a Tartaris periculum, datarum exemplar. N. CCXXXII.

1241. Vestigium priuilegii Belae IV. super terra Zobodycha Magistro Abae, filio Abae, vendita. Nro. CCXXXIII.

1243. Constitutio Friderici Bellicosi, Ducis Austriae, circa vectigalia Heimburgi soluenda. Nro. CCXXXIV.

1244. Bela IV. filiis Andreae Comitis in cambium terrae Parna, Hospitibus de Szombathely (Tyrnauiae) concessae, terram Dubnicze a Castro Nitrien. auulsam confert. N. CCXXXV.

1244. Fassio super villa inferiori Paloitha. Nro. CCXXXVI.

1244. Acta Capituli Generalis Ord. Praed. Budae celebrati. Nro. CCXXXVII.

1245. Ordinationes Concilii Lugdunensis super mediis impetui Tartarorum resistendi. Nro. CCXXXVIII.

1245. Acta Fratrum domus S. Mariae Teutonicorum in Ierusalem, super reditibus possessionis Abraham. Nro. CCXXXIX.

1247. Compositio amica inter possessores super terra Boxa. Nro. CCXL.

1248. Laurentius Vaiu. Trans. Hospitum suorum de Alvincz praestationes ordinat. N. CCXLI.

Ad Tomi IV. Volumen II.

An. Christi.

1249. Bela IV. R. H. possessioni Pály, alias Sz. György, priuilegium nundinarum concedit. Nro. CCXLII.

1251. Idem Bela diuisionales prouentuum de portu Abaad in Ticia confirmat. Nro. CCXLIII.

1251. Venditionales super terra Bagatha. N. CCXLIV.

1252. Inuestitura feudi coram Stephano Posthumo Sclauoniae Duce. Nro. CCXLV.

1252. Altera eiusdem tenoris. Nro. CCXLVI.

1252. Similis Inuestitura coram eodem. N. CCXLVII.

1253. Bela R. H. Michaëli Comiti de Sarus seruientes regios Vra et Zombat in terras possessas reponendos committit. Nro. CCXLVIII.

1253. Michael Comes Pincernarum in controuersia Villanorum de Patona sententiam fert. Nro. CCXLIX.

1254. Bela R. H. pace cum Ottocaro-Primislao, Bohemiae rege confecta, Stiriae Ducatum retinet. Nro. CCL.

1254. Idem Bela venditionales terrae Guth, in Comitatu Alben. consensu suo firmat. Nro. CCLI.

1254. Dominus de Trumpach in relaxationem offensarum Monasterio de Monte S. Mariae molendinum suum donat. Nro. CCLII.

1254. Metales terrae Niczk in Comitatu Castriferrei. Nro. CCLIII.

1256. Diuisionales inter Comitem Sebastianum et Comitem — super villis pluribus. N. CCLIV.

1250-6. Charta Gisilae de Noua Ciuitate, Cuius frater Mar de Ungaria. Nro. CCLV.

An. Christi.

1258. Conuentus S. Martini de monte Pannoniae super conuentione ratione serui fugitiui testatur. Nro. CCLVI.

1258. Vincentius Episcopus Nitrien. portionem terrae Krakovan monasterio de Zobor contra Castrenses de Bana adiudicat. Nro. CCLVII.

1258. Litterae expeditoriae Capituli Vesprimiensis Nro. CCLVIII.

1259. Traguriensis et Spalatini cum Bultero Bano Maritimo confoederationem aduersus Polizanos ineunt. Nro. CCLIX.

1259. Litterae Manfredi Regis Sicilie pactum cum Spalatinis de non exercenda piratica exhibens. Nro. CCLX.

1259. Diuisionales super Dobra-patak etc. amicabiliter peractae. Nro. CCLXI.

Ad Tomi IV. Vol. III.

1260. Alexander PP. IV. Eduardum, Regis Angliae Primogenitum, ad resistendum Tartaris, diuersa regna, inter haec etiam Hungariam depopulantibus, prouocat. Nro. CCLXII.

1260. Fassionales super duabus curiis in villa Talpos venditis. Nro. CCLXIII.

1261. Emericus Palatinus litem inter Ecclesiam Iaurinensem et Vduarnicos de Baráthi componit. Nro. CCLXIV.

1261. Descendentes B. Elisabeth nomen huius suis inserunt titulis. Nro. CCLXV.

An. Christi.

1261. Vestigium litterarum regis Belae IV. quibus praemissam Emerici Palatini sententiam firmat. Nro. CCLXVI.

1262. Relatoriae statutionis purae Capituli Iaurinen. in possessione Laszky. Nro. CCLXVII.

1263. Idem Bela hospites suos de Kamar eximiis libertatibus vestit. Nro. CCLXVIII.

1263. Stephanus Rex iunior Clementino et Martino, filiis Marcelli, terram Keszi a castro Bács abstractam donat. Nro. CCLXIX.

1263. M. Nicolaus, Cancellarius Dapiferorum, cum suis terram Zemeföldе vendit. N. CCLXX.

1265. Clemens PP. IV. vniuerso Clero partium Hungaricarum etc. Legatum suum necessariis prouidendum commendat. Nro. CCLXXI.

1265. Stephanus rex iunior donationem, Corlardo a patre suo factam, confirmat. N. CCLXXII.

1265. Bela IV. in vicem patronatus monasterii de Guth Comiti Nicolao Synistro possessiones Zederich et Momad confert. Nro. CCLXXIII.

1265. Idem Bela terram Zelen, ad castrum Neograd. pertinentem, Ecclesiae Strigon. confert. Nro. CCLXXIV.

1265. Stephan. rex iun. Hung. Clementinum, et Martinum seruientes Aegidy Magistri Tauern. nobilitat. Nro. CCLXXV.

1265. Idem Stephanus terram Eccles. S. Nicolai Varad. Vetis vocatam, Comiti Simeoni, filio Andreae, confert. Nro. CCLXXVI.

1265. Idem Stephanus priuilegia hospitum Olaszi de Tornowa firmat. Nro. CCLXXVII.

1266. Idem Bela populos monasterii de Turuch a

An. Christi.

iudicatu Comitum quorumlibet eximit. Nro. CCLXXVIII.

1266. Idem Bela Magistro Pous et fratri eius Benedicto terram Wduornicalem Wsol confert. Nro. CCLXXIX.

1263. Hugo Thurzo de Lichtenvels monasterio B. M. V. Zwetlensis donationem impertitur.Nro. CCLXXX.

1266. Hugo Thurzo de Lichtenvels monasterio B. M. V. de Zwettel in villa Wietzen beneficia confert. Nro. CCLXXXI.

1266. Descriptio victoriae per Carolum Siciliae regem reportatae, auctore M a g i s t r o A n d r e a V n g a r o. Nro. CCLXXXII.

1266. Ottocarus R. B. cum Ratisbonensibus foedus init, promittens suppetias contra quosuis Bela R. H. excepto. Nro. CCLXXXIII.

1266. Circiter: Sententia Magistri Farkasii Vice-Cancellarii aliorumque Iudicum in facto detentionis terrae Kazmer. Nro. CCLXXXIV.

1267. Decreta, quae Clerus Hungariae a Guidone Card. S. A. Legato suscepit. Nro. CCLXXXV.

1267. Extractus litterarum Stephani regis Iunioris, quibus in lite inter filios Ebed, et congenerationales de Buzad, sententiam tulit. Nro. CCLXXXVI.

1267. Bela IV. R. H. Sebastianum, filium Zolat, de villa Aranyos, e conditione Castrensium de Zolga-Geur in numerum seruientium regalium transfert Nro. CCLXXXVII.

1267. Idem Bela nobiles viros Kemen in possessionem Nikch introduci iubet. N. CCLXXXVIII.

An. Christi.

1268. Stephanus Rex Iunior terram Thoh filiis Pauli confert. Nro. CCLXXXIX.

1268. Laurentius Palatinus Nobilibus de Hetes particulam terrae adiudicat. Nro. CCXC.

1268. Maria regina Comiti Bartholomaeo de Wecha quasdam terras suas confert. Nro. CCXCI.

1269. Bela IV. R. H. Mag. Thomae, de genere Puk, terram Bissenorum, Théth vocatam, confert. Nro. CCXCII.

1269. Idem Bela hospitibus de Füzeghthü terram Saar confert. Nro. CCXCIII.

1269. Iudiciales regis Belae in causa Comitis Iacobi, ex iure vicinitatis contra Comitem Herdericum. Nro. CCXCIV.

1270. Idem Bela cambium inter monasterium de Thuruch et Abbatem de Zubur factum firmat. Nro. CCXCV.

S. a. Idem Bela Comitem de Bokon conuentui Monialium de valle Wesprém ligna pro reaedificanda Ecclesia dare iubet. Nro. CCXCVI.

S. a. Successionem inter Vinicolas ab instestato decedentes prope Iaurinum regulat. Nro. CCXCVII.

S. a. Idem Bela omnes et singulos a violento in villa Sala Conuentus de Thurócz descensu inhibet. Nro. CCXCVIII.

S. a. Idem Bela super diuisione terrae Hospitum de Kamar et de Golombok patentes edit. Nro. CCXCIX.

S. a. Vestigia litterarum donationalium Belae IV. Nro. CCC.

— — Diplomata eiusdem Belae IV. in Tabulario

An. Christi.

Vaticano et Mediolanensi conseruata. Nro. CCCI.

S. a. Capitulum Varadinense de terris Zomordok, Farnas et Szylyteluk statutis ad Stephanum regem Iuniorem refert. Nro. CCCII.

Ad Tomi V. Volumen I.

1270. Stephanus V. R. H. priuilegium Belae IV. hospitibus de Dobrona et Babaszek concessum roborat. Nro. CCCIII.

1270. Stephanus R. H. in fauorem filiae suae monialis terras Ducatus Szolgagyőr Takson etc. monasterio B. M. V. de insula confert. Nro. CCCIV.

1270. Idem Stephanus litteras priuilegiales Belae IV. pro Monasterio Abbatiae sanctae Crucis confirmat. Nro. CCCV.

1270. Idem Stephanus Rolando Bano, multis encomiis celebrato, castrum Kemluk confert. Nro. CCCVI.

1271. Ottocarus II. R. B. in Presburch donationales largitur. Nro. CCCVII.

1272. Idem Stephanus priuilegium Belae IV. hospitalibus de Fuzegh-Thü concessum firmat. Nro. CCCVIII.

1272. Idem Stephanus donationem Belae IV. Ecclesiae Vesprimiensi quoad Chicho factam firmat. Nro. CCCIX.

1272. Idem Stephanus Comiti Michaëli, filio Andreae, possessiones Szentmiklós, Lónya etc. Simoni, Bank Bani genero ademtas, in praemium confert. Nro. CCCX.

An. Christi.

1272. Fassionales familiae de genere Buchoha coram capitulo Chasmensi. Nro. CCCXI.

S. a. Vestigium litterarum M. Sixti, Lectoris Strigon. in facto terrae Wsol sub Stephano V. emanatarum. Nro. CCCXII.

S. a. Vestigium literarum Stephani V. quibus merita Amani Vz in bello Bulgarico celebrat. Nro. CCCXIII.

Ad Tomi V. Vol. II.

1272. Ladislaus III. vulgo Chunus, donationales Patris sui Stephani V. Abbatiae S. Crucis concessas rati habet. Nro. CCCXIV.

1273. Acta Capituli generalis Ordinis Praed. Pestini celebrati. Nro. CCCXV.

1273. Vestigium Testamenti per M. Stephanum in fauorem Monasterii deBen conditi.N. CCCXVI.

1273. C. Christophorus et Constantinus de genere, Herman cum congenerationalibus de Sák intuitu possessionum Saar et Ják concordant. Nro. CCCXVII.

1274. Eiusdem Ladislai litterarum, quibus res diuersis monasteriis, irruptione Tartarorum alienatas, restitui iubet. Nro. CCCXVIII.

1274. Idem Ladislaus sententiam Laurentii Palatini, in Nobilium de Hetes fauorem latam, confirmat. Nro. CCCXIX.

1274. Conuentus Pechvaradien. de villis Cselei et Kuppan, in Comitatu Baranya, Monasterio de insula B. M. V. legatis testatur. N. CCCXX.

1274. Idem Ladislaus confirmationales patris sui in fauorem hospitum de Babaszek transcribit et ratificat. Nro. CCCXXI.

An. Christi.

1274. Capitulum Veszprim. Magistrum Renoldum, filium Miska, in territorio de Iutos statuit. Nro. CCCXXII.

1274. Statutum Capituli generalis Ord. Cisterc. N. CCCXXIII.

1275. Idem Ladislaus congenerationales Csögleianos vna cum terra ipsorum Csögle nobilitari praerogatiua donat. Nro. CCCXXIV.

1275. Idem Ladislaus priuilegium aui sui Belae IV. super terra Wdvornicali confectum firmat. Nro. CCCXXV.

1275. Idem Ladislaus Michaëli de genere Bana terram cocorum regalium Kokasd confert. Nr. CCCXXVI.

1275. Statutorum Capituli Gener. Ordinis Cisterc. decretum. Nro. CCCXXVII.

1275. Elisabetha, senior regina, Ladislai regis mater, priuilegium Belae IV. super diuisione terrarum Kamar et Golombuk confirmat. Nro. CCCXXVIII.

1275. Rudolphus Imp. Henricum Bauarum, ne in Ladislao rege cum Ottocaro Bohemo reconciliando operam det, monet. Nro. CCCXXIX.

1276. Idem Ladislaus filiam Rudolphi Imperatoris Andreae fratri suo copulandam petit. Nro. CCCXXX.

1276. Idem Ladislaus Mainhardum, Comitem Tyrolis, Clementiae, filiae Rudolphi Imp. fratri suo Andreae, Sclauoniae Duci desponsandae gratia, vices suas interponere petit. Nro. CCCXXXI.

1276. Philippus, Firmanus Episcopus, priuilegia

An. Christi.

monasterio de Thurocz concessa confirmat. Nro. CCCXXXII.

1276. Idem Ladislaus desolationem Ecclesiae Wesprim. per sui persecutores illatam donata villa Korus, cum omnibus vtilitatibus, leuare nititur. Nro. CCCXXXIII.

1276. Idem Ladislaus, filio Belud, de genere Osl, terram Kechul in Comitatu Castriferrei confert. Nro. CCCXXXIV.

1276. Idem Ladislaus monasterium suum de Tyhon. speciali ornat praerogatiua. Nro. CCCXXXV.

1276. Idem Ladislaus terram Cocorum Michaëli filio Michaëlis donatam confirmat. Nro. CCCXXXVI.

1276. Statutorum Capituli Generalis Ord. Cist. decretum. Nro. CCCXXXVII.

1277. Rudolphus Imp. Ciuibus de Noua Ciuitate vineam in Hungaria emere, vel plantare, aut vina in Ciuitatem inuehere prohibet. Nro. CCCXXXVIII.

1277. Idem Ladislaus M. Benedicto, huiusque fratri Paulo, terram Chuuz confert. Nro. CCCXXXIX.

1277. Idem Ladislaus pro terra Kechul terras Los, Loblo, et Tord a Comite Belud cambiat. Nr. CCCXL.

1277. Opud et sui congenerationales terram Keer Dionysio filio Bartholomaei se vendidisse, coram Capitulo Castriferrei fatentur. Nro. CCCXLI.

1277. Instrumentum pacis et concordiae a Rudolpho Imp. Ottocaro R. B. praescriptae, ab hu-

An. Christi.

ius procuratoribus ac nunciis confirmatae. Nr. CCCXLII.

1277. Ottocarus Rex Bohemiae rati habet tabulam pacis per procuratores suos cum Rudolpho Imp. initae. Nro. CCCXLIII.

1277. Eiusdem Ottocari rati habitio pactorum altera. Nro. CCCXLIV.

1278. Idem Rudolphus Ladislao R. H. de concordia cum Andrea fratre, Sclauoniae Duce, inita gratulatur, ad debellandumque Ottocarum eundem prouocat. Nro. CCCXLV.

1278. Idem Ladislaus furore Saxonum Transilu. exposito, Ecclesiae S. Michaëlis Archangeli donata terra Albensi subuenit. N. CCCXLVI.

1278. Idem Rudolphus quemdam incognitum terram suam pertransiuisse dolet. N. CCCXLVII.

1278. Ladislaus R. H. ad intercessionem Rudolfi Ottoni de Haszlow bona a Detrico de Roraw mortuo possessa, iure feudali confert. Nro. CCCXLVIII.

1278. Extractus rescriptoriarum Capituli Castriferrei. Nro. CCCXLIX.

1278. Extractus alter donationalium a rege Ladislao Comiti Jaak, filio Ebed, super terra Thesaar concessarum. Nro. CCCL.

1278. Capitulum Iaurinen. congenerationales Isov terram suam Keer Comiti Dionysio, filio Bartholomaei de Weszken, vendidisse fatetur. Nro. CCCLI.

1278. Conuentus S. Martini de monte Pannoniae, Ison, villanum de Pazmán, vineam suam in territorio Nyulas Comiti Marco vendidisse testatur. Nro. CCCLII.

An. Christi.

1279. Idem Ladislaus merita Amani et Vz, filiorum Kiliani de Saag, item Ioannis, filii eiusdem Vz, in expugnatione Castri Iaurin. parta remuneratur. Nro. CCCLIII.

1279. Capitulum B. Martini de Scepus Stephanum quemdam genero suo tertiam haereditatis suae partem cessisse fatetur. N. CCCLIV.

1279. Mathaeus Palatinus terram Keer Comiti Dionysio, filio Bartholomaei, adiudicat. Nro. CCCLV.

1279. Stephanus, filius Pousa, de genere Ják, possessiones suas Mihe etc. Iohanni, filio Martini fatetur. Nro. CCCLVI.

S. a. Lodomerius A. Episcopus Strigon. Comitem Herboldum, de genere Osl, a vigesima decimarum Monasterio de Kedhel competente occupanda inhibet. Nro. CCCLVII.

Ad Tomi V. Volumen III.

1280. Nicolaus PP. III. in impedimento publicae honestatis inter Carolum Salernit. ac Clementiam Rudolphi Imp. filiam, Andreae Ducis sponsam, dispensat. Nro. CCCLVIII.

1280. Ladislaus Chunus R. H. litteras suas infidelitate Magistri Ioachimi emanatas cassat. Nro. CCCLIX.

1280. Elisabetha regina Maior donationales regis Belae IV. super terra Nádasd confirmat. Nr. CCCLX.

1280. Cessionales Alexandri, filii Gregorii, de genere Ják. Nro. CCCLXI.

An. Christi.

1280. Charta fratrum de Engelschalchswelde coram testibus Hungaris edita. Nro. CCCLXII.

1281. Albertus Dux Austriae, ac Comes Habsburgi, mercatorum in Hungariam per Austriam tendentium obligationes explicat ac definit. Nro. CCCLXIII.

1281. Fragmentum fassionis per Petrum de genere Iula Magistro Beke coram Conuentu Pechvaradien. celebratae. Nro. CCCLXIV.

1281. Capitulum Iaurin. de fassione super terris Hidegség et Konky celebrata testatur. Nro. CCCLXV.

1281. Capitulum Scepus de tertia parte terrae, per Stephanum, filium Olasz, Ladislao, filio Meck ratione filiae donata, testatur. Nro. CCCLXVI.

1282. Idem Ladislaus litteras suas super cambio terrae Kechul concessas priuilegialiter edit. Nro. CCCLXVII.

1282. Capituli Generalis Ord. Cister. statutum N. CCCLXVIII.

1283. Capituli Vesprimien. de terra per Lampertum, filium Petri, defixo tempore haud redemta testimoniales. Nro. CCCLXIX.

1283. Elisabetha R. H. Dominico Castellano de Vissegrad terram reginalem Ladány in Comitatu Alben. propter immanes excessus ablatam Ecclesiae Vesprim. in compensationem damnorum perpessorum confert. N. CCCLXX.

1283. Idem Ladislaus diuisionales inter successores familiae Ratold rati habet. Nro. CCCLXXI.

1283. Ladislaus, Comes Sproniensis, terram Keer Comiti Dionysio relinquit. N. CCCLXXII.

An. Christi.

1284. Ciues Scardonenses Paulo Bano terras quasdam vendunt. Nro. CCCLXXIII.

1284. Idem Ladislaus Ioanni, filio Jeroslai in praemium meritorum, bello Bohemico partorum, villam Zamobor in Sclauonia confert. Nro. CCCLXXIV.

1284. Statutum Capituli Generalis Ord. Cister. Nr. CCCLXXV.

1285. Maria, Siciliae regina, Ladislai R. H. Soror, de auro et dono ab Heduardo Angliae rege percepto testatur. Nro. CCCLXXVI.

1285. Elisabetha iunior regina, filiis Comitis Alexandri terram reginalem Zekul in Comitatu Tolnensi confert. Nro. CCCLXXVII.

1286. Instrumentum super sponsalibus inter Andream Ducem, cognomine Venetum, et Claram, Alberti II. Goritiae Comitis filiam, initis. Nro. CCCLXXVIII.

1287. Ladislaus R. H. castrenses de Poson, qui in castro eodem reuindicato generose meruerunt, cum terris suis in coetum Nobilium sub vexillo regio militantium transfert. Nro. CCCLXXIX.

1287. Capitulum Nitriense Geroldum a Kurus Magistro Tauernicorum Martino de Bugai possessiones suas Also-Berencs 100. marcis in perpetuum vendidisse, testatur. N. CCCLXXX.

1287. Frater Gregorius Abbas de Zircz populos de minori Tewel in numerum Iobbagionum eiusdem monasterii transfert. N. CCCLXXXI.

1288. Charta Comitis Arnoldi de Strigau Hungar. Nro. CCCLXXXII.

1289. Idem Ladislaus filiis Petri, et Libordi ter-

An. Christi.

ram Merethe in congregatione regni relinquit, ac confirmat. Nro. CCCLXXXIII.

1289. Capituli B. Michaëlis Ar. Transiluaniae litterae super metis oppidi Ighen datae. Nro. CCCLXXXIV.

1289. Hadmarus de Schönberch cum Alberto Austrio contra Iwanum Comitem in Hungariam mouet. Nro. CCCLXXXV.

1289. Cir. Simon de Keza Chronicon suum de Gestis Hungarorum Regi Ladislao dicat. Nro. CCCLXXXVI.

1289. Elisabeth R. H. Comiti Mauritio, officiali A. Episcopi Strigon. ob fidelia seruitia sibi, dum captiua ibi detenta fuerat, exhibita, terram tauernicorum suorum Obus, in comitatu Zalad. confert. Nro. CCCLXXXVII.

1290. Eadem Elisabeth singularem M. Pauli Cantoris Ecclesiae Budensis sub custodia expertam fidelitatem portione terrae Iutas, prope Vesprim. renumeratur. Nro. CCCLXXXVIII.

S. a. Ladislaus R. H. terram Kagh a Dey, filio Laurentii, falsa suggestione impetratam, veris possessoribus, filiis Keled, per Capitulum Agriense restituit. Nro. CCCLXXXIX.

S. a. Conuentus Iaszouiensis testimoniales ad regem Ladislaum de Pud, filio Artolfi, citato. Nro. CCCXC.

S. a. Eiusdem relatoriae de Onth, Comite de Szent-Kereszt citato. N. CCCXCI.

S. a. Vestigium donationis ab eodem Ladislao Magistro Dionysio de genere Heder factae. Nr. CCCXCII.

S. a. Idem Ladislaus terras Madachianis ademtas restitui praecipit. Nro. CCCXCIII.

An. Christi.

S. a. Ladislaus R. II. populos monasterii de Lelesz iubet titulo collectae dimidium fertonem filiis Michaëlis dependere; alioquin per executionem ab iis desumendum. N. CCCXCIV.

S. a. Idem Ladislaus castro Pernstain possessionem Chak filii Ebed confert. Nro. CCCXCV.

S. a. Fragmentum priuilegii ab Elisabeth, iuniore regina, super terra Olurs, Mauritio, filio Buzad de Mencel, de genere Wasun, concessi. Nro. CCCXCVI.

S. a. Menda emendanda in huius tomi Vol. III. Nro. CCCXCVII.

Ad Tomi VI. Volumen I.

1290. Versio Germanica Diplomatis inauguralis per Andream III. Coronationis suae occasione editi. Nro. CCCXCVIII.

1290. Venetorum cum Spalatinis ac Traguriensibus conuentio. Nro. CCCXCIX.

1290. Nicolaus, filius Sác, de genere Ják, coram capitulo Castriferrei se obligat, possessiones suas non nisi Comiti Ják venditurum. Nro. CCCC.

1291. Fenenna regina terram Kumchud Monialibus B. M. V. de insula confert. Nro. CCCCI.

1291. Andreas R. H. libertates Nobilium Regni, ac Saxonum antiquas conscribit, et nonnullas nouas priuilegialiter addit. Nro. CCCCII.

1291. Idem Andreas priuilegium Ladislai Chuni pro filiis Comitis Martalius super terra Viesk in Comitatu Ugocha confirmat. Nro. CCCCIII.

An. Christi.

1291. Idem Andreas Mercatorum Ratisbonensium iura et libertates, sub Bela IV. aquisitas, confirmat. Nro. CCCCIV.

1291. Capitulum Strigoniense Stephani V. R. H. priuilegium, quo possessiones Ecclesiae Nitriensis reambulari iussit, ac recensuit, transcribit et confirmat. Nro. CCCCV.

1291. Capitulum Ecclesiae Transiluanae decretum regis Andreae de libertatibus transumit. Nr. CCCCVI.

1291. Capitulum Quinque-Eccl. litteras Andreae regis super terra Bika in sua Camera reseruandas se recepisse, testatur. Nro. CCCCVII.

1291. Eiusdem Capituli memoriales de dimidia parte possessionis Bika redemta. Nro. CCCCVIII.

1291. Litterae impignoratitiae Comitis Ioannis de Ják. Nro. CCCCIX.

1291. Albertus, Dux Austriae, cum conthorali sua donationales Ladislai R. H. monasterio S. Crucis concessas vidimat et transcribit. Nro. CCCCX.

1291. Charta Gregorii Comitis de Abrahams. Nr. CCCCXI.

1291. Eiusdem Gregorii alia Charta. Nro. CCCCXII.

1292. Idem Andreas possessionem Lápos pro Comite Dionysio, filio Dionysii Palatini, confirmat. Nro. CCCCXIII.

1292. Eduardi I. Regis Angliae litterae, quibus Andreae Regi pro auxilio sibi in subsidium terrae sacrae oblato gratias agit. N. CCCCXIV.

1292. Capitulum Varadinense donationales Andreae Regis super terra Visk transumit. Nro. CCCCXV.

An. Christi.

1292. Capituli Strigonien. testimoniales super protestatione per Michaëlem, filium Vbul, contra interemtores Ladislai R. H. interposita. Nro. CCCCXVI.

1292. Laurentius Praepositus de Posega particulam terrae Zah filio Farkas, huiusque fratri confert. Nro. CCCCXVII.

1292. Prouincia Cibiniensis Fratribus Cruciferis S. Spiritus quamdam domum, ad se pertinentem, in hospitale confert. Nro. CCCCXVIII.

1293. Fassionales super vendita per quemdam Bank sessione sua in oppido Veszprem possessa. Nro. CCCCXIX.

1293. Congenerationalium de Jak super captiuatione ac laesione Baxa, vnius ipsorum, concordiae. Nro. CCCCXX.

1294. Conuentus de Zala super terra Bogola vendita testimoniales elargitur. Nro. CCCCXXI.

1294. Litterae Capituli Albensis in Transiluania Ioannem de Ews terram suam Pethelaka Ecclesiae S. Stephani de Alba vendidisse, attestantes. Nro. CCCCXXII.

1294. Fassionales pro parte Nicolai Stoyan coram Capitulo Scepus. emanatae. N. CCCCXXIII.

1294. Episcopus Scepusiensis in possessione Kis-Lonya Capellam aedificandi facultatem largitur. Nro. CCCCXXIV.

1294. Thasso de Wisinburg, Capitaneus Cracouiae, C. Stephano Vngaro, seruitiorum merito vtramque villam Wirvitzy, in Sandomiria confert. Nro. CCCCXXV.

Ad Tomi VI. Vol. II.

An. Christi.

1295. Andreas III. R. H. congenerationalibus de Pech terram Budey confert. N. CCCCXXVI.

1295. Theodorus Iaurinen. Episcopus monasterio S. Petri de Horpach Praepositum praeficit. Nro. CCCCXXVII.

1295. Capitulum Strigonien. de possessionibus Kendi et Kisköröskény, per litteras et instrumenta nequiter procurata occupatis, ast e scrupulo conscientiae Ecclesiae Nitriensi restitutis, testatur. Nro. CCCCXXVIII.

1295. Idem Capitulum concordiam ratione terrae Kökeszi, Comitatus Honth. inter Comitem Bugud et filios Czakan confectam perhibet. Nro. CCCCXXIX.

1295. Conradus de genere Jeur Ecclesiam B. Ladislai regis prope Gyula a se constructam dotat. Nro. CCCCXXX.

1295. Tributum fori Strigoniensis. N. CCCCXXXI.

1295. Fragmentum litterarum Conuentus de Zala. Nro. CCCCXXXII.

1296. Idem Andreas Magistro Ioanni, filio Chaak, possessionem Wisk adiudicat. N. CCCCXXXIII.

1296. Idem Andreas merita Abraam, Rufi, filii Meynoldi, remuneratur. N. CCCCXXXIV.

1296. Litterae statutoriae Demetrii Comitis de Zolom pro Com. Henchmanno. N. CCCCXXXV.

1297. Theodorus Episcopus Iauriensis incolis villae Rév-Falu libertates largitur. Nro. CCCCXXXVI.

1297. Sententia adiudicatoria pro parte Ecclesiae de Tördemicz. Nro. CCCCXXXVII.

An. Christi.

1299. Copanus Abbas et Conuentus S. Iacobi de Silisio cum Patronorum consensu Iobbagioni eiusdem Ecclesiae terram, in qua residet, perpetuant. Nro. CCCCXXXVIII.

1299. Idem Andreas post amissa vastatione Saxonum sigilla Ecclesiae B. Michaelis Archang. Trans. limites possessionis Borband, exparte oppidi Krako, determinari iubet. Nro. CCCCXXXIX.

1299. Protestatio Ivan, filii Iambor de Possega, contra Gyletum. Nro. CCCCXL.

1300. Agnes regina, se decimas insulae magnae Weszprimiensi Ecclesiae restituisse, testatur. CCCCXLI.

1300. Transactio inter filios Pauli, quondam Bani, ac viduam Stephani Bani, iam Monialem. Nro. CCCCXLII.

1300. Capitulum Nitriense de possessione Magyár-Szerencs Comitatus Poson. Magistro Buda 25. marcis latorum denariorum Viennensium vendita testatur. Nro. CCCCXLIII.

1300. Ioannes Comes et Castellanus de Boldaku Benedicti, Vxoricidae, satisfactionem perscribit. Nro. CCCCXLIV.

S. a. Capitulum Varad. Stephanum filium C —, Michaëlem procuratorem prouentuum instituisse, perhibet. Nro. CCCCXLV.

S. a. Ordinatio census perpetui Comitis Bors in denariis frisaticis, ac in naturalibus pro monasterio B. V. de monte. Nro. CCCCXLVI.

1300. Capituli Albensis in Transiluania super te-

An. Christi.

stamento Elisabethae, viduae Comitis Herbordi de Vintz inferiori, testimoniales. Nro. CCCCXLVII.

S. a. Vestigia litterarum per Andream III. et Fennenam reginam annis incertis editarum. Nro. CCCCXLVIII.

S. a. Mauritius et Chák Magistri donationem patris sui Demetrii, quondam Bani, super terra Chantabér-Falua confirmant. N. CCCCXLIX.

S. a. Poloni Hungaris ab aeuo S. regis Stephani Hungaris addictissimi. Nro. CCCCL.

I.

Anno 709. Vrbis conditae: Dalmatia Romanorum armis petitur; e Vatinii Imp. ad M. T. Ciceronem epistola.

Vatinius Imperator Marc. Tul. Ciceroni S. P. D. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico, et eo minus, quod me, frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit; sed tamen non desistam, quin illum aliquando eruam. — Caesar adhuc mihi iniuriam facit, de meis supplicationibus, et rebus gestis Dalmaticis, adhuc non refert; quasi vero non iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim. Nam si hoc expectandum est, dum totum bellum conficiam, viginti oppida sunt Dalmatiae antiqua, quae ipsi sibi adsciuerunt amplius sexaginta: haec nisi omnia expugno, si mihi supplicationes non decernentur, longe alia conditione ego sum, ac caeteri Imperatores. Ego post supplicationes mihi decretas in Dalmatiam profectus sum: sex oppida vi expugnando cepi; vnum hoc, quod erat maximum, quater a me iam captum; quatuor enim turres, et quatuor muros cepi, et arcem eorum totam, ex qua me nives, frigora, imbres detruserunt, indigneque, mi Cicero, oppidum captum, et bellum iam confectum relinquere sum coactus. Quare te rogo, si opus erit, ad Caesarem meam causam agas, meque tibi in omnes partes defendendum putes, hoc existimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale. Nonis Decembris. Narona.

Epistola Ciceronis ad Diu. Lib. V. Ep. X. (Editionis Iacobi Orellii Vol. III. P. I.)

II.

A. Vr. Con. 709. De D a l m a t i a subacta triumphum ambit Vatinius Imp. E responsoria M. T. Ciceronis.

M. T. Cicero P. Vatinio Imperatori S. D. Grata tibi mea esse officia, non miror. Cognoui enim te gratissimum omnium: idque nunquam destiti praedicare. Nec enim tu mihi habuisti modo gratiam, verum etiam cumulatissime retulisti. Quamobrem reliquis tuis rebus omnibus, pari me studio erga te, et eadem voluntate cognosces. Quod mihi etc. – – – De Dionysio, si me amas, confice. Quamcunque ei fidem dederis, praestabo. Si vero improbus fuerit, vt est: duces eum inter captiuos in triumpho. Dalmatis Dii male faciant, qui tibi molesti sunt. Sed, vt scribis, breui capientur, illustrabunt res tuas gestas. Semper enim habiti sunt bellicosi. Vale.

Ciceronis Epist. ad Diuer. L. V. Ep. XI. loco cit.

III.

A. Ch. 174. M. Aurelius Augustus ad G r a n u a m (Strigonii) moratus.

Ab auo meo Vero acceppisse agnosco: moribus esse candidis, et ab iracundia alienis etc. etc. Quae apud Quados ad Granuam.

Marci Antonini Imperatoris ac Philosophi Libri XII. Edit. Lipsiensis 1729. pag. 1—20. Sub Granua intelligitur hic fluuius Hungariae nunc Granus dictus.

IV.

A. Ch. 177. Idem Augustus C a r n u n t i, in Pannonia Superiore, moratus.

Mane praedicere memento tibi: hodie futurum est, vt rem habeam cum curioso aliquo, ingrato, proteruo, doloso, inuido, illiberali, etc. Quae Carnunti.

Marci Antonini Imperatoris ac Philosophi Lib. XII. pag. 20—32. Carnuntnm fuit Colonia Romanorum in Pannonia Superiori, loco, quem hodie oppidnm Petronell occupat, situm.

V.

A. Ch. 299. *Edictum Diocletiani et Maximiniani JJ. Sirmii.*

Imperatores Diocletianus et Maximinianus AA. et CC. Fabricio. Habitantis precario haeredes ad restituendum habitaculum teneri, contra eos interdicto proposito, manifeste declaratur. S. Cal. Decemb. Sirmii. AA. Coss.

Cod. Theod. Lib. VIII. Tit. IX. l. II. Vbi etiam plures aliae leges in, diuersis Pannoniae locis editae videri possunt.

VI.

A. Ch. 322. *Edictum Constantini Imperatoris Sabariae.*

Imperator Constantinus A. ad Lusitanos. Si qua posthac edicta siue Constitutiones sine die et Consule fuerint deprehensa, auctoritate careant. Dat. Octaua Cal. Aug. Sabariae Probiano et Iuliano VV. C.C. Coss.

Libr. I. Cod. Theodos. Tit. I.

VII.

A. Chr. 368. *Edictum Valentiniani et Valentis JJ. Sabariae.*

Imperatores Valentinianus et Valens AA. ad Probum Praefectum Praetorii (Illirici et Pannoniae) Nullus, exceptis curialibus, quos prae substantia sui aurum Coronarium offerri conuenit, ad oblationem hanc adtineatur. Datum IX. Kal. Iul. Sabariae Valentiniano et Valente Coss.

Lib. XII. Cod. Th. Tit. XIII. Lex III.

VIII.

A. Ch. 369. *Edictum Valentiniani, Valentis et Gratiani JJJ. S a b a r i a e.*

Imperatores Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Probo Praefecto Praetorii. A possessoribus per tres vices petatur annona. In epimetris autem eam consuetudinem sinceritas tua faciet obseruari, vt in aridis quidem fructibus centesimam leuandi dispendii causa a possessore susceptor accipiat, lardo vero et vino vicensimam consequatur. P. P. VII. Idus Ian, Sabariae Valentiniano N. B. P. et Victore Coss.

Ibid. Tit. VI. Lex XV.

IX.

A. Ch. 383. *Fragmentum epistolae D. Ambrosii ad Maximum, qua H u n o r u m meminit.*

„Quid habet inuidiae si Bauto Barbaros cum barbaris fecit decernere? quoniam dum tu militem Romanum occupas, dum is aduersum se vtrinque pretendit, in medio Romani Imperii sinu Iuthungi populabantur Rhaetias, et ideo aduersus Iuthungum H u n n u s accitus est. Idem tamen, quia de finitimo proterebat Alemanniam, et iam vicinia mali vrgebat Gallias, coactus est triumphos suos deserere, ne tu timeres. Confer vtriusque factum, tu fecisti incursari Rhaetias; Valentinianus suo tibi auro pacem redemit.

Ambrosius T. II. Class. I. Epist. 28.

X.

A. Ch. 383. *Fragmentum alterius D. Ambrosii epistolae ad Gratianum Imp. scriptae, qua non absimiliter H u n o r u m meminit.*

„Vide autem quid intersit inter tuas molitiones et Valentiniani Augusti pueri mansuetudinem.

Tu flagitabas quod barbarorum stipatus agminibus Italiae te infunderes, Valentinianus H u n n o s atque Alanos, appropinguantes Galliae, per Alemanniae terras reflexit.

Ambrosii Opp. T. II. Epist. 27.

XI.

A. Ch. 383. *Epistola S. Hieronymi, qua H u n o r u m in G a l l i a s irruptionis ac vastationis testis est.*

„Innumerabiles ac ferocessimae nationes vniuersas Gallias occuparunt, quidquid inter Alpes et Pyrenaeum est, quidquid oceano et Rheno concluditur, Quaddi, Vandali, Sarmatae, Alani, Gesipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemani etenim, lugenda res publica, h o s t e s P a n n o n i i, vastauerunt. Etenim Assur venit cum illis; Moguntia, quondam illa nobilis civitas, capta atque submersa est, et in ecclesia multa millia hominum trucidata. Vangiones longa obsidione penitus deleti. Remorum vrbs praepotens, Ambriani, Antrabitae, extremique hominum Morini, Tornaci, Nemetes, id est Spira, Argentorat, translatae in Germaniam Aquitaniae nomenque populorum Lugdunensis et Narbonensis prouinciae, praeter paucas vrbes, depopulatae cunctae sunt; quas et ipsas foris gladius, intus vastat fames. Non possum absque lacrymis talium facere mentionem, quae ad hucusque non ruerunt. Exuperii, Episcopi mentem praestiterunt. Ipse Hispaniae iam iamque periturae contremiscunt, recordantes irruptionis Africae, et quicquid alii semel passi sunt, illi semper timore patiuntur. Praeterea taceo, ne videar de Dei desperare c l e m e n t i a.

Ludewig Reliquiae MSS. Tom. II. in Chron. Wormatiensi pag. 8.

XII.

A. Ch. 446. *Vestigium Epistoloe per* *Atilam* *Hunorum regem ad Theodosium Imp. de exulibus et tributis requirendis datae.*

Attilas Hunnorum rex - - - - - litteras ad Imperatorem scripsit „de exulibus et de tributis. Exules, vt quicunque occasione huius belli redditi non essent, quam citissime ad se remitterentur. Quantum ad tributa: vt eorum proxime descriptionis gratia Legati de his secum acturi ad se venirent, ne, si cunctarentur, Scythae in bellum prorumperent. Nec enim iam, etiamsi velit, in sua potestate esse, Scytharum multitudinem diutius continere."

Priscus in Excerpt. Legat. p. 23. apud Bel. in Appar.

XIII.

An. Ch. 449. *Fragmentum litterarum Theodosii Iun. Imp. ad* *Atilam* *scriptarum.*

Scripsit Imperator legatorum causa, quemadmodum Bigilas interpretis munus obiturus, et Maximinus legatus mitteretur, qui quidem Bigilam dignitate superabat, et genere illustris, et ad multa sibi aptus et vtilis erat. Adhaec minime decere Attilam, foedera transgredientem, Romanorum regionem inuadere. Et antea quidem ad eum plures, nunc vero decem et septem transfugas mittere, nec enim plures apud se esse.

Priscus in Except. Legat. p. 33.

XIV.

A. Ch. 449. *Fragmentum litterarum* *Atilae* *ad Theosium Imp. datarum.*

Itaque Edecon in palatium admissus Imperatori litteras Attilae reddidit, in quibus, „de transfugis non redditis querebatur, qui nisi redderentur et Romani a colenda terra abstinerent, quam

bello captam suae ditioni adiecerat, ad arma iturum minabatur. Ea vero secundum Istrum a Paeonibus, ad Nouas vsque Thraciae, in longitudinem extendebatur. Latitudo autem erat quindecim dierum itinere. Neque vero forum celebrari, vt olim, ad ripam Istri, sed in Naisso, quam vrbem a se captam et dirutam, quinque dierum itinere, expedito homini ab Istro distantem, Scytharum, et ditionis limitem constituebat; Legatos quoque ad se venire iussit, controuersa disceptaturos, non ex quolibet hominum genere et ordine, sed ex consularibus illustriores, quos mittere libuerit, quorum excipiendorum gratia, in Sardicam descenderet."

Priscus Rhet. de Legat. p. 25. Hunnos omnis culturae litterariae expertes haud fuisse, quin imo Attilam viros, qui ei ab epistolis essent, in aula sua seruasse, patet e complurimis Prisci locis: Constantius, ex Gallis occidentalibus ortus, ad Attilam et Bledam, vt illis in conscribendis epistolis operam daret, quemadmodum et post illum alter Constantius missus fuerat." de hoc altero Constantio alio loco dicitur: eum „ex Italia oriundum, et ad Attilam per Aetium, occidentalium Romanorum ducem, vt illi ab Epistolis esset, missum esse" et iterum alibi „Etenim restare adhuc apud Romanos plures transfugas, quorum nomina, vt erant in charta descripta, iussit scribas recitare" et tandem „Aderant enim, quorum curae epistolas scribere incumbebat, inter quos erat Rusticius, vir e superiore Mysia ortus, qui ab hostibus captus, cum dicendi facultate valeret, barbaro laborem et operam in conscribendis epistolis nauabat."

XV.

A. Ch. 449. *Vestigium Responsi per Atilam ad Imp. Theodosium dati.*

Responsum hoc sat clare indigitatur sequenti loco Prisci Rhetoris: „Itaque non multo post

(Onesegius) consilium procerum de his, quae Attilas statuerat habuit, et litteras, quae ab eo Imperatori redderentur, digessit. Aderant enim, quorum curae Epistolas scribere incumbebat etc."

Priscus Rhet. de Legat. pag. 46. En testimonium luculentum Consilii seu Senatus e proceribus coacti, et per Attilam in omnibus regni negotiis adhibiti.

XVI.

A. Ch. 450. *Vestigium epistolae per Atilam ad Theodericum, Visigothorum regem, scriptae.*

„Pari etiam modo ad Regem Vesegotharum Theodericum dirigit scriptum, hortans, vt a Romanorum societate discederet, recoleretque praelia, quae paulo ante contra eum fuerant concitata sub nimia feritate."

Jornandes de Reb. Geticis Cap. XXXVI. pag. 209. in Muratorii: Scr. Rer. Ital. Tom. I.

XVII.

A. An. 450. *Vestigium epistolae per Atilam ad Valentinianum Imp. datae.*

„Attila igitur dudum bella concepta Gizerici redemptione parturiens, legatos in Italiam ad Valentinianum principem misit, serens Gothorum, Romanorumque discordiam; vt quos praelio non poterat concutere, odiis internis eluderet; adserens se Reipub. eius amicitias in nullo violare, sed contra Theodericum Vesegotharum Regem sibi esse certamen, vnde eum excipi libenter optaret. Caetera epistolae vsitatis salutationum blandimentis oppleuerat, studens fidem adhibere mendacio."

Iornandes de Rebus Geticis Cap. XXXVI. p. 209. in Muratorii scriptoribus Rerum Italicam Tom. I.

XVIII.

A. Ch. 451. Epistola Sidonii ad Prosperum PP. in qua iteratae Hunorum in Gallias irruptionis, obsidionisque Vrbis Aurelianensis meminit.

Sidonius Domino Papae Prospero salutem. Dum laudibus summis sanctum Anianum, maximum, consummatumque Pontificem, Lupo parem, Germanoque non inparem, vis celebrari, fideliumque desideras pectoribus infigi viri talis ac tanti mores, merita, virtutes, etiam illud non absque justitia gloriae datur, quod te successore decessit. Exegeras mihi, vt promitterem tibi Attilae bellum stilo me posteris intimaturum, quo videlicet Aurelianensis vrbis obsidio, oppugnatio, irruptio, nec non direptio, et illa vulgata exauditi coelitus sacerdotis vaticinatio contineatur. Coeperam scribere, sed operis fasce percepto, taeduit inchoasse: propter hoc nullis auribus credidi, quod primum me censore damnaueram. Dabitur, vt spero precatui tuo, et meritis Antistitis summi, quatenus praeconio suo sub quacunque, et quidem celeri occasione famulemur. Ceterum tu creditor justus laudabiliter hoc imprudentiae temerarii debitoris indulseris, vt, quod mihi insolubile videtur, tibi quoque videatur irreposcibile. Memor nostri esse dignare Domine Papa.

Sidonii Epistolar. Lib. VIII.

XIX.

A. Ch. 451. Aetii, Belli-Ducis Romani, victoriam de Atila reportatam Consulibus Romanis perscribentis epistola dubia.

Aetius Patritius Consulibus Romanis. Maximis itineribus in Galliam veni, Legionesque nostras

ad Tholosam cum Theodorico Vesegothorum rege ac ceteris coniunxi. Quod vbi primum Attila resciuit, relicta Aurelianensi obsidione, propius nostros exercitus accessit, ac copiam pugnandi fecit. Sperabat autem barbarus hostis praelium sibi e sententia euenturum, cum per vatum responsa fortunam belli sciscitatus caedem Imperatoris legionum nostrarum speraret. Pugnatum est magno ardore animorum, diu neutra acie inclinante, aut cedente: sed tanta hostium caedes facta est, vt cadauerum montibus septi videremur. Verum nox superueniens proelium diremit. Ad centum octuaginta millia hominum in acie vtrinque ceciderunt, victoresque maxima gloria euasimus, ita tamen, vt egregie pugnans in altero cornu Theodoricus ceciderit. Attila fractus, et fugatus in sua regna se recepit. Thorismundus filius quamprimum recessit, veritus, ne cognita parentis nece a fratribus regno spoliaretur. Nos reliquias exercitus instauramus, ac speramus fore, vt pacata Gallia, et prouinciis omnibus, longo ocio ac quiete fruamur. Valete. Ex castris ad Tholosam."

Pray Dissert. IX. in Annales veteres Hunnorum, Auarum et Hungar. pag. 214. Epistolam hanc adferendo dicit se eam desumsisse e Libro, cui titulus „Epistolae ex antiquis et recentioribus, tam Graecis quam latinis Historiis, et annalibus collectae. Argentinae impensis Lazari Zetzneri 1593" ad quem, iuxta propriam editoris fassionem, e volumine Epistolarum Venetiis anno 1574 vulgato inserta habetur, estque eius opinionis, eam a Donzellino confictam, et pueris in ludo exercitationis causa destinatam exstitisse; quod vtrum sic se habeat, decideriut eruditi.

XX.

A. Ch. 526. *Athalaricus, Ostrogothorum Rex, Osuinum Comitem ad regendas denuo Dalmatiarum et Suauiae prouincias mittit.*

Osuin, viro Illustri, Comiti Athalaricus Rex. Propositi nostri est, honestos labores palma remunerationis ornare; vt vicissitudine, qua prouecti gaudent, desides mordeantur; sibique imputare possint, quod clementissimis temporibus iudicii nostri praemia non merentur. Atque ideo illustrem Magnitudinem Tuam, Deo iuuante, ad Dalmatiarum atque Suauiae prouincias iterum credidimus destinandam; vt quidquid pro vtilitatibus nostris esse cognosces, aequabili ordinatione disponas, populumque nobis deuotum per tuam iustitiam facias esse gratissimum: quia dominorum laudibus applicatur, cum se probabiliter tractat electus. Non exempla aliena perquiras: memor esto, quae feceris, et non indiges admoneri. Quid est enim, quod de tua quisquam debeat actione dubitare, quando ipsius prouinciis adhuc propria bona redolere cognoscis? Quodammodo iam debitum est illi velle praestare, apud quem scis te fuisse laudabilem. Obedientibus enim iuste indulgetur animus; et quos scimus memores bonorum, indubitanter eis denuo praebemus affectum. Aetas quidem tua prouecta est: sed actus quoque maturior. Quid enim nunc surripere valeat, in quo nec iuuentus reprehensibilis fuit? Sed haec in domni aui nostri regno fecisti; nunc talia demonstra, vt temporibus nostris reseruare videaris quidquid probitatis addideris."

Apud Cassiodorum Lib. IX. epist. 8. Id ipsum etiam vniuersis Gothis et Romanis significat, se illustrem Co-

militem Osuin, et Palatio suo clarum ſet prouinciis longa conuersatione notissimum, Dalmatis decreuisse praesidere. epist. 9. ibid.

XXI.

A. Ch. 558. *Iustiniani Imp. Orientis ad Sandichum Hunorum Ducem, qua ipsum aduersus Hunos Cutriguros concitat, epistola.*

Si quidem non ignarus eorum, quae Cutriguri in nos tentarunt, tu interim sponte quiescis; merito certe mirer tuam quidem perfidiam, tum vero nos ipsos, qui animum tuum non satis explorauerimus, sed circa iudicium et delectum errauerimus; si vero ignarus adhuc eorum existis, condonandum id quidem est, nulla tamen ratione praeteritarum rerum ignorantiam nobis probaueris, quam hac sola, si eas posthac non meglexeris. Aduenerunt enim huc non eo studio et animo (nisi fortassis accessorium hoc viae sit) vt meas ditiones vastent, sed rebus ipsis declaraturi, quod ipsis vt praestantioribus fortioribusque contemptis decepti simus, quum tibi confidere maluerimus: Neque enim hoc tolerandum esse censent, si qui eos et pares et dubiae cum Cutriguris praestantiae vocet, neque si modica aliqua re superent, nedum valde magna. Quocirca non antea per Thraciam vagari destiterunt, quam aurum omne, quantum tibi quotannis mercedis causa largiri consueuimus, ipsi abstulissent. Atqui facile nobis erat vel omnes funditus delere, vel minimum ipsos voti nequaquam compotes dimittere. Vtrumque tamen omisimus, tuae voluntatis periculum facturi. Si enim reuera fortior es et sapis, neque concedis tua usurpantibus, ne tunc quidem dissimilis tibi aut te ipso minor eris. Oportunitas enim sese offert hostes

vindicandi, vtque parta victoria mercedem tuam recipias, veluti per ipsos tibi delatam. Si vero tali contumelia ab iis affectus quiescere malueris, metuens, vt arbitror, turpissimaeque inertiae te dedens; tu quidem, bone vir, mercedis expers eris, illis vero haec per nos donabitur; et deinceps animos, si videtur, depone, et fortioribus disce cedere. Scito enim nos foedera etiam nostra ad eos esse translaturos, quae tecum et cum gente tua inieramus. Dementiae enim fuerit etiam aliter vna cum victis in societatem ignominiae venire, quum liceat victoribus adiungi. "

* Agathiae Scholastici de Imperio et Rebus Gestis Iustiniani Imperatoris. Parisiis e Typographia Regia MDCLX. Lib. V. p. 170. De hac epistola notat Agathias, quod Sandilchus, posteaquam ei per interpretes recitata fuisset, in furiam actus, in Cutriguros sub duce Zabergam Istrum fluuium traiicientes irruerit, eosque magna clade adfecerit. Non tamen emansere sequelae, quas Iustinianus praeuidit, et in votis habuit. Cutriguri enim nouis copiis aucti aciem contra Hunnos sub Sandilcho instruxerant, quo facto euenit, vt Hunis mutuis cladibus se atterentibus mox etiam nomen eorum deletum sit.

XXII.

A. Ch. 591. *Mauritii Imp. Orient. ad Priscum Praetorem litterae, queis hunc ad fortiter Chagano Abarum resistendum hortatur.*

Prisco vtrarumque Thraciae copiarum duci illustrissimo S. Nefandorum barbarorum conatus nihil penitus pietatem nostram conturbauit: quin contra potius ad eos disperdendos diligentiores reddidit. Sciat hoc tua gloria, Chaganum infeliciter cum dedecore, multis suorum desideratis, in prouinciam sibi a Romanis definitam velit nolit

reuersurum. Quocirca Zuruli cum fortunatissimo exercitu tua gloria perseuerabit, et execrabiles Abaros circumuagari faciet. Classem enim ac Classiarios per mare misimus, qui familias eorum inuadant, et captiuos abducant: vt sic detestandus Abarum dux e solo nostro in terras suas recedere compellatur. "

Theophylacti Historiar. Lib. VI. pag. 150. Parisiis Anno 1647. Inter Scriptores Hist. Byzantinae signanter Tom. I. comprehensos.

XXIII.

A. Ch. 791. Caroli M. Francorum regis, ad Frastratam reginam de Auaribus victis epistola.

Karolus gratia Dei Rex Francorum et Longobardorum ac Patricius Romanorum, dilectae nobis et valde amabili coniugi nostrae Fastradae Reginae. Salutem amabilem tibi in Domino per hos apices mittere studuimus, et per te dulcissimis filiabus nostris, vel ceteris fidelibus nostris tecum manentibus. Scientem te enim facimus, quia gratias Deo sani et salui sumus. Missus quidem dilecti fily nostri Pippini, nomine ill. nobis nunciauit ad eius sanitatis, ac domini Apostolici, vel de saluatione confinium nostrorum illis partibus positorum: vnde valde laetificati exstitimus. Et insuper retulit nobis, qualiter illae scafae, quas prius de Italia iussimus pergere partibus Auariae, in ill. confinio residendum, perrexerunt infra fines ipsorum X. Kalendas Septembris, et inierunt pugnam cum eis. Et dedit eis Deus omnipotens pro sua misericordia victoriam, et multitudinem de ipsis Auaris interfecerunt in tantum, vt dicunt, quod in multis diebus maior strages de ipsis Auaris facta non fuit. Et exspoliauerunt ipsum vallum, et sederunt ibi-

dem ipsa nocte, vel in crastina, vsque hora diei tertia. Et acceptis spoliis reuersi sunt in pace, et centum quinquaginta de ipsis Auaris viuos comprehenderunt, quos reseruauerunt, vt nostra fiat iussio qualiter exinde agere debeant. Fideles Dei ac nostri, qui hoc egerunt, fuerunt ille Episcopus, ille Dux, ille et ille Comites. Ille dux de Histria vt dictum est nobis, ibidem bene fecit cum suis hominibus. Vassi vero nostri fuerunt illi. Nos autem Domino adiuuante tribus diebus Litaniam fecimus, id est nonis Septembris, quod fuit Lunis die incipientes, et Martis, et Mercoris, Dei misericordiam deprecantes, vt nobis pacem et sanitatem atque victoriam, et prosperum iter tribuere dignetur, et vt in sua misericordia et pietate nobis adiutor et consiliator atque defensor in omnibus angustiis nostris existat. Et a vino et carne ordinauerunt sacerdotes nostri, qui propter infirmitatem, aut senectudinem, aut iuuentudinem abstinere poterant, vt abstinuissent, et qui redimere voluisset, quod vinum licentiam habuisset bibendi ipsis tribus diebus, ditiores et potentiores homines in vna quaque die solidum vnum dedissent, minus potentes iuxta possibilitatem ipsorum, et qui amplius dare non poterat, et vinum bibere volebat, saltem vel vnum denarium donasset. Eleemosynam vero vnusquisque secundum propriam atque bonam voluntatem, vel iuxta possibilitatem fecisset. Et Sacerdos nunc quisque Missam specialem fecisset, nisi infirmitas impedisset. Et Clerici qui Psalmos sciebant vnusquisque quinquaginta cantasset. Et interim, quod ipsas Litanias faciebant, discalceati ambulassent. Sic considerauerunt Sacerdotes nostri, et nos omnes ita aptificauimus, et Domino

adiuuante compleuimus. Vnde volumus, vt tu cum ill. et ill. vel ceteris fidelibus nostris considerare debeas, qualiter ipsae Litaniae ibidem factae fiant. Tu autem, iuxta quod tua infirmitas permittit, in tuo committimus arbitrio. Et mirum nobis fuit, quia vester missus, nec Epistola, postquam de Ragenisburgo ad nos non venit. Vnde volumus, vt saepius nobis de tua sanitate, vel de aliud quod placuerit, significare debeas. Iterumque salutamus te multum in Domino."

Andreae du Chesne Historiae Francorum Scriptores Lutetiis Parisior. 1636. Tom. II. p. 187.

XXIV.

A. Ch. 795. Albini Flacci ad Paulinum Patriarcham Aquilejensem de victoria per Henricum Ducem Foroiulien. ab Auaribus reportata literae in fragmento.

„In cuius (Dei scilicet) potentia et gratia mirabiliter de Auarorum gente triumphatum est. Quorum Missi ad domnum Regem directi, subiectionem pacificam et Christianitatis fidem promittentes. Et si hoc diuina eos praeueniente gratia verum est: quis se seruorum Dei tam pio et laudabili labori subtrahere debet, vt diaboli diruatur saeuitia, et Christi Domini crescat seruitium? Sed quam plurimorum in te pater optime oculi respiciunt, quid vestra veneranda sanctitas facere velit; quia et vicinitas locorum tibi competit, et sapientiae decus suppetit, et auctoritatis excellentia tibi appetit, et cuncta conueniunt, quae tali operi necessaria esse videntur etc.

Baronii Annal. T. IX. col. 510.

XXV.

A. Ch. 796. *Carolus M. e spoliis Auaribus ademptis Offae, Merciorum in Anglia Regi, dona mittit.*

„Sed et de thesauro humanarum rerum, quem Dominus Iesus nobis gratuita pietate concessit, aliquid per metropolitanas Ciuitates direximus, vestrae quoque dilectioni vnum **baltheum** et **vnum gladium Huniscum**, et **duo pallia serica**.

Pray Annal. Vet. Hunnorum et Auarum P. II. p. 277.

XXVI.

A. Ch. 805. *Capitulare eiusdem Caroli, quousque negotiatores, ad partes Sclauorum et Hauarorum tendentes, procedere queant, definientis.*

De negotiatoribus, quousque procedant IX. De negotiatoribus, qui partibus Sclauorum et Auarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant, id est, partibus Saxoniae vsque ad Bardenvuihe, vbi praeuideat Redi, et ad Schesla, vbi praeuideat Madalgoz. Ad Magadoburg praeuideat Atto. Ad Erpisfurt praeuideat Madalgoz. Ad Halagestat ipse Madalgoz. Ad Forchheim, ad Brianperg Odulf. Et ad Reginisburg Odulf. Ad Loriacum Warinarius. Et vt arma et brunias non ducant in illis locis ad vendendum. Quod si inuenti fuerint portantes, omnis substantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatii, alia vero medietas inter Comitem et inuentorem diuidatur, et inter iam dictum Missum.

Mansi Concilior. Collectio Tom. XIV. Append. IV. p. 301.

XXVII.

A. Ch. 808. *Donationis ad Vischaha factae confirmatoriae.*

In Christi nomine, Cogitando cogitauimus vitam istam, et vitam, quae post istam sequitur, placuitque nobis, vt cum rebus vitae huius partem adipisceremur aeternam. Idcirco tradimus et firmiter firmamus ad S. Emmeramum pro remedio animarum nostrarum et patris nostri Elis, commarchiam nostram in loco, qui dicitur Eolvespah vsque ad Vuisaha, indeque vsque ad Uuinterpah et inde tendens vsque ad duos tumulos, et vsque ad supra dicta loca Auarorum. Isti sunt testes: Sacco, Hamadeo, Sahmar, Hitto Uualteri, Geruuin, Meginhart; et alia die firmata est haec traditio coram Aodulfo Comite, Cotaramo Comite, Anto, Arnolt, Eto, Meripoto, Plidtker, Uuitraat, Helmrich, Kerperth, Cotahram, Ambricho, Crumpald, Eparhart, Vtto, Husuuart, Iustus, Adalo, Poppo, Immo, Billunc, Vnroh. Firmamus autem nos hanc traditionem, ego Wirut, et Gisilmar, et Uuentilmar in Ecclesia sc̄i Emmerami in praesentia Adaluuini Epi, offerimusque seruum nostrum cum omnibus vtensilibus suis nomine Gereloh. Facta est haec traditio anno VIII. Augusti Karoli, XVIII. Kalend. Octobr. (i. e. 14. Octobr.) et ego Thaugolf Presbyter scripsi.

Thomae Ried Codex Diplom. Episcopatus Ratisbon. T. I. p. 10. Nro. XIV.

XXVIII.

A. Ch. 817. *Ludouicus Pius, Caroli M. filius Imp. arcem Murae vicinam Huneburgum destrui, et in coenobium Murhatense conuerti iubet.*

Quoniam Maiestas imperii Romani sit ab illo, qui Regna mundi moderetur: merito duci

primordium ab illo ipso; cuius gratia ipse ad temporale Regnum peruenerit. Notum ergo facere (volumus) omnibus, tum praesentibus, tum futuris: cum quodam tempore diligenter cogitauerit: quomodo temporalibus suis emere posset aeterna bona: Deus autem rectis cogitationibus faveat; sibi mox, quod voluerit, contigisse. Nam diuino beneficio venerabilem Eremitam Valtericum ad se venisse, orantem, sibi locum separatum concedi, in quo seruire posset Deo. Se igitur, re cum fidelibus suis deliberata: bono viro, in sylua iuxta arcem suam Murae vicinam, Hunneburgum a) dictam, locum habitandi concessisse. Cognita deinde honesta conuersatione eius: se illum sibi confessorem (cui peccata sua confiteretur) sumpsisse. Nec etiam multo post eius vitae solitariae congruenter, duodecim fratres constituisse: qui secundum S. Benedicti disciplinam monasticam ibi vitam colerent, Ipsis et eorum successoribus, de sylua quantun locis circum, singula milliaria, cum omnibus commoditatibus, ad sustentandos eos in perpetuum tradidisse. Pauco tempore post numero diuinorum ministrorum, eo venientium, aucto: se ipsis concessisse tres Parochias: Fichbergam, Murrhartam, Sulzbacham, cum pertinentiis earundem. Mandasse quoque, vt Hunneburgum destrueretur, et ex lapidibus eius Ecclesia aedificaretur, atque ad honorem S. Trinitatis et B. Virginis Mariae sanctique Episcopi Ianuarii consecraretur etc. Signum Piissimi Ludouici Imperatoris, Ludolfus Moguntiensis Sedis Episcopus subscripsi. Dudo Cancellarius recognouit. Datum Wormaciae, anno Incarnationis Dominicae Octingentesimo septimo. Indict. X. tertio anno Regni, et primo Imperii Domini Ludouici feliciter Amen.

Martini Crusii Annales Sueuici Dodecade II. Cap. XII. pag. 21. a) Fuit vero Hunneburgum Castrum Murae fluuio in Sueuia adsitum, cuius fossae adhuc exeunte seculo XVI. videbantur, ita compellatum vel ex eo, quod Hunni illud aedificauerint, vel quod terrae accolae illud contra Hunnos exstruxerint.

XXIX.

A. Ch. 817. *Auaria in diuisione Imperii Hludouico, Ludouici Imp. filio, attributa.*

In nomine Domini Dei et Saluatoris nostri Iesu Christi. Hludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Augustus. Cum nos in Dei nomine anno incarnationis Domini octingentesimo, septimo decimo, Indictione decima, annoque imperii nostri quarto, mense Iulio, Aquisgrani palatio nostro more solito sacrum conuentum et generalitatem populi nostri, propter ecclesiasticas vel totius imperii nostri vtilitates pertractandas congregassemus etc. etc. Caput II. Item: Hludouicus, volumus, vt habeat Bajoariam et Carentanos et Beheimos et Auaros atque Sclauos, qui ab orientali parte Bojoariae sunt, et insuper duas villas dominicales ad suum seruitium in pago Nortgaoe Luttraof et Ingoldestat. Cap. III. Volumus etc. etc.

Mansi Collectio Sacrorum Conciliorum Tom. XIV. in Appendice quarta col. 389

XXX.

A. Ch. 824. *Vestigium litterarum per Omortag, regem Bulgarorum, ad Imperatorem Ludouicum missarum.*

Harum mentio fit in Annalibus Rerum Franc. a Ludouico gestarum in Fastis Carolinis Francof. ad Moenum editis p. 172. sequentibus formalibus: „Rex Bulgarorum Omortag velut pacis facien-

dae gratia legatos cum litteris ad imperatorem misit: quod ille cum audiisset ac litteras, quae allatae fuerant, legisset, rei nouitate non immerito permotus ad explorandum diligentius insolitae - - - - legationis causam, Michelinum quemdam - - - - - - - - ad memoratum Regem Bulgariae direxit.

Notum est, Bulgaros hoc tempore partes Hungariae modernae trans Tibiscum sitas insedisse, et per extensionem Imperii Francici post deuictos Auares, Francorum immediatos vicinos effectos esse.

XXXI.

A. Ch. 826. *Vestigium earumdem alterum.*

Harum quoque mentionem faciunt Annales rerum Franc. a Ludouico gestarum, sequentibus: „Cum Regi Bulgarorum legati sui, quid egissent, renuntiarent, iterum eum, quem primo miserat, ad imperatorem cum literis remisit, rogans, vt sine mora terminorum definitio fieret: vel si hoc non placeret, suos quisque terminos sine pacis foedere tuerentur. Cui imperator - - - - - - respondere distulit: illoque expectare iusso, propter famae certitudinem (ferebat nempe eundem Omortag regno pulsum esse) comperiendam Bertrichum palatii comitem ad Balderichum et Gerholtum comites, et Auarici limitis custodes, in Carantanor. prouinciam misit: qui cum reuersus nihil certi - - - - reportasset, imperator legatum ad se vocatum sine litteris remeare fecit.“

Ibidem.

XXXII.

A. Ch. 830. *Ludouicus Rex proprietatem suam in prouincia Auarorum (Austria) Ecclesiae Ratisbonensi donat.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi omnipotentis Hludouicus, diuina fauente gratia, Rex Bajoariorum. Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis, a Deo nobis collatis, locis Sanctorum quiddam conferimus; id nobis procul dubio ad aeternae remunerationis praemia capessenda profuturum liquido credimus. Proinde comperiat omnium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, praesentium sc. et futurorum industria; quia nos pro mercedis nostrae augmento sanctae Reginisburch ciuitatis Ecclesiae, qua est constructa in honore S. Petri, Principis Apostolorum, et S. Emmerammi, vbi etiam idem beatissimus martyr Christi corpore quiescit humatus, cui praesenti tempore venerabilis Baturicus Episcopus, auctore Deo praeesse videtur, quasdam res proprietatis nostrae, quae sunt in prouincia Auarorum, vbi locum, vbi antiquitus castrum fuit, qui dicitur Harlungeburch, cum reliquis adiacentiis in curcuitu, quarum terminia sunt ab eo loco, vbi Erlaffa in Danubium cadit, sursum per ripam eiusdem fluminis vsque ad locum, qui dicitur Erdgastegi, et ab eodem flumine in orientali parte vsque ad medium montem, qui apud Vuinades Colomezza vocatur, vbi in duabus arboribus euidentia signa monstrantur, et ab eo loco, a parte Aquilonis vsque in Danubium, et ad meridiem et occidentem per verticem montis, sicut euidentia arborum signa demonstrant, vsque ad supradictum locum Erdgastegi. Has itaque res cum Scla-

uis ibidem commanentibus, cum domibus, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumue decursibus, adiacentiis, peruiis, exitibus et regressibus, quantumcunque infra praedicta terminia continentur, totum et integrum praedictae Ecclesiae perpetuo ad habendum concessimus, et de nostro iure in ius et dominationem eius liberalitatis nostrae munere contulimus, ita videlicet, vt ab hodierno die et tempore, quiquid de praedictis rebus, et mancipiis Rectores, et ministri memoratae sedis ob vtilitatem et commoditatem eiusdem Ecclesiae facere, vel iudicare voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio, faciendi quicquid elegerint. Et vt haec largitionis nostrae auctoritas per curricula annorum inuiolabilem, atque incoluulsam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmauimus, et annuli nostri impressione signari iussimus. Data non. Octob. anno XVIIII. imperii Domni Hludouici, Serenissimi Augusti, et anno regni eius VII. indictione XI. actum Reginesburch ciuitate, in Dei nomine feliciter amen.

Cod. Dipl. Ratisp. ap. Petz Nro. III. pag. 16. Ried. Cod. Dipl. Ratisb. P. I. pag. 28. Nro. 26.

XXXIII.

A. Ch. 836. *Ludouicus Germ. Bauariae Rex, Ecclesiae Patauiensi, quae olim fuit Lauriacensis, in prouincia Auariae possessionem Kirchpach confert.*

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Hludouicus diuina fauente gratia rex. Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis diuinitus nobis collatis locis sanctorum quiddam conferimus id nobis procul dubio ad aeternae remunerationis prae-

mia capessenda profuturum liquido credimus. Proinde nouerit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria quia nos pro mercedis nostrae augmento concessimus ecclesiae patauiensis, quae est constructa In honore Sancti Stephani protomartyris vbi etiam Sanctus Valentinus confessor Christi corpore requiescit, cui praesenti tempore venerabilis vir reginarius episcopus praeesse videtur, quasdam res proprietatis nostrae que sunt in prouintia auarorum, In loco, qui dicitur Kircichpach Id est ecclesiam vnam constructam cum territorio ad mansos centum faciendum et plus quarum terminia sunt ab ipso loco pergens per vnam semitam vsque ad locum, qui dicitur tumulus et inde per circuitum vsque ad praedictum Kirichpach et inde vsque ad marcam theotherii. Et inde vsque sursum Cumenberg. Has itaque res cum praedicta ecclesia cum vineis terreis cultis et incultis pratis siluis pascuis aquis aquarumue decursibus adiacentiis peruiis exitibus et regressibus totum et ad integrum quemadmodum ratbodus comes annoni corepiscopo ipsas res consignauit Ita praedictae ecclesiae praesentialiter concessimus et de nostro iure in Ius et dominationem eius liberalitatis nostrae munere conferimus, Ita videlicet vt quicquid rectores et ministri supradictae sedis de ipsis rebus iure ecclesiastico facere voluerint libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi tantum scilicet, vt dum anno Corepiscopus atque anno nepos eius aduixerint, ipsas res tenere et vsare faciant et nullus eis ipsas abstruere presumat, et post illorum decessum cum integritate ad eandem ecclesiam reuertantur. Et vt haec auctoritas largitionis nostrae per curricula

annorum inuiolabilem atque inconuulsam obtineat firmitatem manu propria subter firmauimus Et anuli nostri impressione signare iussimus. Signum Hludouici gloriosissimi regis adalleodus diaconus ad vicem grimaldi recognoui et SS. Data XIIII. kalendarum martii anno Christo propitio tertio regni domni hludouici regis In orientali francia Indictione XIIII. actum ostrenhoua palatio regio In dei nomine feliciter amen."

E monumentorum Boicorum nou. coll. Vol. I. Par. I. p. 29-30. Monogramma, et not. tyron. exhibet; vestigium item sigilli impressi. Est hoc diploma a me editum quidem, ast non sine mendis.

XXXIV.

A. Ch. 837. C. Ratpodus quidquid ad Tullinam in Pannonia possidet, monasterio S. Emmerani confert.

Postquam ergo in Dei nomine Ratpodus Comis ad Sanctum tradidit Emmerammum, sicut in Karta traditionis scriptum inuenitur, quicquid proprietatis ad Tullinam habere videbatur in praesentiam Ludouici Regis Reganesburc. venit, et omnia, quae ad Tullinam visus est possidere, ad praedictum sanctum Dei nihil extra dimittens tradidit, ita scilicet vt si haeres sibi non nasceretur, post obitum suum statim ista traditionis causa firmiter ad locum sancti Dei constaret. Si autem haeres sibi nasceretur; vt cum ducentis solidis res eiusdem traditionis redimeretur, vt sicut supra dictum est, in praesentia Regis et optimatum eius, omniumque sibi astantium haec traditio facta est, quorum ex parte nomina innotescimus. Ernost Comis, Vuerinheri, Timo, Ermfrid, Ratperht, Vto, Vuaning, Vuillihelm, Rihheri, Vuolfdrigil, Poso, Eginolf, Perchttolt, Rihho Com.

Adalo, Ratolt, Popili, Rodolt, Fritilo, Reginpreht, Adalhoh, Managolt, Papo, Albker. Facta est haec traditio in loco supra dicto Anno Domini DCCCXXXVII.

Anam. Lib. I. Trad. Cap. LXXIIII. p. 245.

XXXV.

A. Ch. 859. *Ludouicus Rex medietatem fisci, qui vocatur Tullina, in regione Pannoniae, ad mensam Monachorum San-Emmeranensium confert.*

In nomine Sctae et indiuiduae Trinitatis Hludouicus, diuina fauente gratia Rex. Oportet igitur nos qui diuina sumus gratia quodammodo caeteris mortalibus sublimati, eius in omnibus parere praeceptis, cuius clementia existimus praelati, atque cuius praecellimus munere, loca vtique ipsius sibi dicata ante omnia nostris rebus sublimare, atque dilatare; quoniam hoc procul dubio ad saluationem corporis et animae nostrae fore creditur. Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos cuidam ex primatibus nostris, nomine Radboto medietatem vnius fisci, qui vocatur Tullina, situs in regione Pannonia, cum omnibus appendiciis eius, videlicet, qui ad ipsum fiscum pertinent, tam mancipiis, quam vineis, terris, pascuis, et cetera, quae dici aut nominari possunt, in proprium contulimus, ea ratione, si fidem suam erga nos inuiolatam seruasset. Sed quia ipse a nobis totis viribus se alienauit, et fidem atque iusiurandum omni infidelitate fraudauit, placuit Serenitati nostrae eandem medietatem memorati fisci ad nostram dominationem recipere, atque pro absolutione diuinae

recordationis antecessorum nostrorum Augustissimorum sc. Imperatorum et pro remedio animae nostrae et corporis saluatione ad San-Emmerammum contradere, atque confirmare, quod ita per hanc nostram auctoritatem nos fecisse, omnium fidelium nostrorum magnitudo cognoscat, ea ratione; vt ipsa medietas ipsius fisci ad mensam Monachorum, ibi Domino famulantium, ibi iugitur deseruiat, et nullus Episcopus aut quislibet Praelatus easdem res in beneficium alicui dare siue ad opus suum recipere praesumat; sed solummodo ad opus ipsorum deseruiant, et tamdiu eandem medietatem praenominati fisci Ratbodonem infertorem nostrum habere liceat, quo vsque nos in alterum locum ex aliis rebus illum adiuuare possimus. Atque tunc eodem momento temporis memorati Monachi praefatam medietatem fisci cum omnibus suis consistentibus recipiant, teneant, atque possideant, et quid quid exinde pro vtilitate sua facere voluerint, liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem Christo propitio faciendi. Et vt haec auctoritas donationis, atque largitionis nostrae firmior habeatur, et a cunctis fidelibus Sanctae Dei Ecclesiae nostrisque verius credatur, et diligentius obseruetur, manu propria nostra subter eam firmauimus, et annuli nostri impressione assignare iussimus. Signum Hludouuici Serenissimi Regis (Monogramma) Euerhardus Notarius ad vicem Ullitgari Cancellarii recognoui Locus Sigilli. Data Kal. May anno XXVII. regni Hludouuici Serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis, indict. VII. actum Franconouurt, pallacio regio, in Dei nomine feliciter amen.

Monumentorum Boicorum collectio noua. Vol. I. Par. 1. p. 52-3. Cod. Diplom. Ratisb. apud Petz pag. 211. Nro. IX. — et Ried. Cod. Dipl. P. I. pag. 48. Nr. 46.

XXXVI.

A. Ch. 860. *Gundbato Diaconus nonnulla loca ad fluuium Szala monasterio S. Emmerami tradit.*

Non nullorum nouerit industria fidelium, quod Gundpato ven. Diaconus traditionem, qua capitulo XXIII. conscripta est, secundo firmauit, addens quoque et caetera loca. In praesentia igitur Arnulfi Ducis praedictus Gundbato vna cum aduocato suo Starchando tradidit ad sanctum Emmerammum talem proprietatem, qualem habuit ad Qartinaha, et ad Sala, et ad Vueligam in manum vid. Hittonis Abbatis atque Ekkirici missorum praefati sancti ac venerabilis Ep. Ambrichonis. Isti autem sunt testes: Gundram Comes, et filius eius Megingoz, Sigihart, Droant, Vuillihelm, Hoholt, Lantperht, Rihger, Drudolt, Sigiperht, Eparachar, Vuitger, Otachar, Einhart, Einhart, Pero, Framrih, Karentanus, Glaz, Mirei, Kasiz, Necliuchim etc.

Anam. Lib. I. Trad. Cap. LXXXVII. p. 257.

XXXVII.

A. Ch. 868. *Comes Chozil Monasterio S. Emmerami donat terras suas in Pannonia inferiori.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Notum igitur fieri volumus cunctis Christianis fidelibus et infidelibus, praesentibus sc. et absentibus, nec non et futuris; quod ego Chozil humillimus Comes de haereditate mea tradidi ad S. Emmerammum in proprietatem ad Stromogin, quantum Gundpoldus habuit in proprietatem et in benefi-

cium in villa, nuncupante Reginiuuartesdorf, et in Rosdorf, cum terra, aratura, vineis, atque pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, et in omnibus marchis. In nomine Domini Amen. Hi sunt testes: Ratpot Comes, Gundram Comes, Gundpold Comes, Huogo, Hunolf, Engildeo, Gundpold, Puoso, Cotahelm.

Anam. L. Trad. Cap. L. p. 233.

XXXVIII.

A. Ch. 879. Gundbato proprietatem suam iuxta Bilisaseo (Balaton) nec non fluuios Szala et Velih cum terris Ambrichionis Episcopi ad fluuium Raba cambiat.

Comperiat, immo etiam liquido plurimum industria fidelium, quorumcunque auribus per praesentem cartulam subsequens traditio et complacitatio manifestetur, qualiter Diaconus quidam venerabilis, nomine Cundbato pro remedio animae suae cogitauit. Sperauit namque quod et omnino credendum est, si de rebus terrenis sanctas Dei ecclesias ditaret, vt inde sibi corporalis cura ac animae salus aeterna amplificaretur. Quapropter ergo diuino cogitatu instinctus tradidit proprietatem suam, quam habuit ad Quartinaha iuxta Bilisaseo, ad sanctum Dei martyrem Emmerammum, domino suo Arnolfo, filio regali permittente, a quo eam in possessionem accepit. Tradita est autem praedicta proprietas ab eodem venerabili Cundbatone pro domino suo Arnolfo et pro se in ipsam aram S. Emmerammi, in manum videlicet Ambrichonis reuerentissimi Praesulis, et aduocati eius Gundberti; id est ecclesiam S. Iohannis Euangelistae cum omnibus pertinentiis et adiacentiis

suis, cum curte et parochia et cum omnibus illuc concessis, mancipiis, agris cultis, et incultis, pratis, pascuis, siluis, decimis, aquis, aquarumque decursibus locis illis traditis, id est ad fluuium Salam, quod Froperth iam olim in beneficium habuit, et ad Velih, ceterisque omnibus mobilibus, et immobilibus. E contra vero praefatus Gundpertus aduocatus, consentiente domino suo Episcopo, tradidit de rebus S. Emmerammi ante nominato Gundbatoni venerabili diacono quod Chezil Dux iam quondam pro remedio animae suae ad praedictum sanctum condonauit iuxta amnem, qui dicitur Raba; ea scilicet ratione, quatinus idem Gundbato ambas res illas firmiter atque vtiliter possideat vsque ad obitum suum. Post vero integriter cuncta ad saepe iam dictum Dei sanctum redigantur, et restituantur. Et vt haec auctoritas traditionis firmior habeatur, subnotati testes per aures trahuntur: Polo, Iacob, Reginhoh, Solomon, Eckirih, Hadamar, Avo, Fastmot, Gotaperht, Irmperht, Heripold, Unlaz, Pernhart, Herrant, Engilscalh, Erchanperht, Reginhart, Strupo, Hungis, Ambricho, Liutperht, Sigihart, Vuicker, Patto. Item Auo, Suuitker, Gammo, Adalrih, Salacho. In super etiam iuxta ipsam aram praedicti sancti ille Episcopus eidem Gundbatoni licentiam concessit, vt mancipia S. Emmerammi, quae vltra Rabam fuga lapsa sunt, inquirat, et capiat, et in easdem res Ecclesiae constituat, vt post obitum suum, sicut super diximus, cuncta emeliorata ad sanctum Dei martyrem Emmerammum reuertantur.

Anamodi Lib. 1. Tradit. S. Emmeramensium Cap. XXIII. p. 217. Sub Bilisaseo intelligitur Lacus Balaton, sub Sala, fluuius Szala, sub Velih amnis Szelich.

XXXIX.

A. Ch. 879. Ioannis PP. VIII. ad Episcopos Dalmatiae epistola.

Reuerendissimis et Sanctissimis Episcopis, Vitali Iadrensi, Dominico Absarensi, caeterisque Episcopis Dalmatinis, scilicet Ioanni Archipresbitero, Sanctae sedis Salonitanae, omnibusque Sacerdotibus, et senioribus populi habitatoribus Spalatensis Ciuitatis, atque Iadarensis, caeterarumque ciuitatum. Pastorali solicitudine moti, vos, quasi oues Dominicas nobis in B. Petro Apostolorum Principe commissas, dicente Domino: si diligis me Simon Petre, pasce oues meas; licet pro assidua gentium persecutione nunc vsque impediti, his modo Apostolatus nostri litteris visitare curauimus, admonentes fraternitatem vestram, vt more praecessorum vestrorum ad sedem B. Petri Apostoli, quae caput et Magistra est omnium Ecclesiarum Dei, et ad nos, qui ei diuinitus praesidemus, toto animo libentique voluntate reuerti studeatis: quatenus inde summi honorem sacerdotii, et totius institutionis Ecclesiae formam sumatis, vnde parentes, ac praecessores vestros melliflua sanctae praedicationis et doctrinae Apostolicae pôtasse fluenta, recolitis. Reminisci namque debetis, quanta eosdem praecessores vestros prospera euidentissime comitabantur, quando ad limina Petri, caelestis Regni clauigeri, deuoto pectore, quasi proprii filii confluebant, et quanta postmodum nuncusque sustinueritis aduersa, cum ab ea vos quasi alienos separare non dubitatis. Quapropter vos plurimum diligentes, non ea, quae vestra, sed vos querentes, paterna benignitate monemus, atque hortamur, vt, sicuti diximus, ad gremium

Sanctae Romanae Ecclesiae matris vestrae redire, ouanter attendatis, vt electus a vobis Canonice Archiepiscopus, vna cum vestro omnium consensu et voluntate, ad nos veniens, gratiam Episcopalis consecrationis, sacrumque pallium a nobis more pristino incunctanter percipiat; vt gratiam, et benedictionem sancti Petri, ac nostram habentes, a malis omnibus liberi, et bonis vniuersis repleti, et hic in praesenti seculo gaudeatis, et in futuro cum Domino sine fine procul dubio exultetis. Porro, si aliquid de parte Graecorum, vel Sclauorum, super vestra ad nos reuersione vel consecratione aut de pallii perceptione, dubitatis, scitote pro certo, quoniam nos secundum Sanctorum Patrum, decessorumque nostrorum Pontificum statuta, vos adiuuare auctoritate curabimus. Quod si forte hanc nostram Apostolicam admonitionem, immo Canonicam praeceptionem, pro nihilo ducentes, ad sedem Apostolicam Romanae Ecclesiae redire, et inde secundum antiquam normam consecrationem Episcopalem, sacrumque pallium recipere contemseritis, omnino Ecclesiastica vos Communione scitote penitus excommunicandos. Interim tamen auctoritate Dei, et Sancti Petri, vobis praecipimus, vt non habeatis licentiam aliunde consecrationem palliumque recipere. Nam si feceritis quasi transgressores, et inobedientes, vos sine dubio iudicabimus. Hanc autem nostri Apostolatus Epistolam, fraternitati vestrae per hunc praesentem Ioannem Venerabilem Presbyterum, fidelem familiarem nostrum, direximus, cui scilicet aliqua iniunximus, vobis verbotenus referenda, et ideo illi omnia, quae de parte nostra dixerit vobis, credere nullatenus dubitetis, ipsamque Epi-

stolam, vt ad omnium vestrum notitiam ferat, bulla nostra iussimus in calce signari, data X. die Mensis Iunii Indict. XII.

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hungar. Tom. III. pag. 148.

XL.

A. Ch. 903. *Burchardus Patauiensis Episcopus Madaluino Chorepiscopo proprietates ab Arnulfo Imp. in Pannonia obtentas, ac Ecclesiae donatas, iure vsu-fructuario, in Synodo, finem vsque vitae ipsius reddit.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Vtilis olim in sancta inoleuit Ecclesia vsus complacitationis, idest, vt nobiles quique et religiosi viri ad augmenta sanctarum Eccclesiarum dei suas res proprias traderent, et ab episcopis seu abbatibus per circumscriptionis auctoritatem testiumque confirmationis ecclesiasticas res acciperent, sibi in ius et proprietatem sub vsu fructuario vsque in finem vitae illorum tenerent, atque possiderent. Post finem vero vite illorum ipse proprietates vna cum ipsis ecclesiasticis rebus ad proprias redirent ecclesias, que vtilissima consuetudo vsque hodie in sancta perseuerat ecclesia. Quapropter notum esse volumus omnibus sancte dei ecclesie, presentibus scilicet et futuris, qualiter ego Burchardus patauiensis ecclesie presul, et Madaluinus corepiscopus eiusdem sedis, in ipsa vrbe, et in ecclesia sancti Stephani prothomartyris consedentes, publicamque synodum tenentes, multisque laycis tam Comitibus, quam ceteris nobilibus viris presentibus quandam conplacitationem inter nos fecimus, et perpetualiter confirmauimus. Tradidit namque prefatus Madaluinus in manum nostram et in ma-

nus aduocatorum nostrorum. Ratolfi et Alperici, totum apparatum suum, idest sicut ipse paratus ad missam solitus fuerat stare: pluuiale purpureum, auro paratum. Casulam purpuream. Siricam, de sirico pretioso. Stolas II. cum anfanone auro, et gemmis paratum, plenarium. IIII. euangeliorum. epistolare. I. Librum Sacramentorum, in quo continentur benedictiones ecclesie, et benedictiones sacrorum ordinum, et cetera omnia que ad ipsum ministerium episcopi pertinent. Graduale et nocturnale bene notati, predicationes per anni curriculum. Collectarium ab initio. XL-e vsque in Pascha super omnia cottidiana euangelia. Tractatum Albini super IIII. euangelia, canones de diuersis conciliis, et de capitularibus Karoli, ceterorumque Regum, epistolas Pauli, et VII. epistolas canonicas, bene glossatas, passionale de Natale Domini vsque ad missam sancti Iohannis Aliud passionale de missa Sancti Michahelis vsque in pascha. Vitam sancti Martini, et Dyalogos Seueri, de miraculis que fecit. Computus cum cyclo, pleno. Vitam Sancti Seuerini Confessoris et explanatio in regum. Liber penitentialis et lex Bawariorum et francorum et alemannorum in vno corpore (enumerat libros alios) Summa vero omnium librorum est L. et VI. libros. Insuper et tradidit ei proprietatem, quam ei rex Arnolfus, per preceptum donauit, in comitatu Arbonis comitis. etc. Insuper in P a n n o n i a in loco qui dicitur liliun prunno, hobas salicas nouem, quas ei Arnolfus rex tradidit. E contra accepit e manu nostra, et predictorum causidicorum nostrorum, omnia beneficia sua, que ipse ad manum suam et homines sui in beneficio eodem die habebant, in omnes pagos

idem in quinczingowe, in sutrinagouuce, in rotahgouue, in trungouue, et vltra montem commagenum ad nominicha et ad medilicha Haec omnia sibi in ius et proprietatem vsque in finem vite sue possidenda tradidimus, atque confirmauimus. — Hy sunt testes ex vtraque parte eiusdem complacitationis per aures tracti. Waltilo Comes etc. Acta est haec confirmatio complacitationis in Vrbe Patauia VI. Idus Septemb. Anno ab incarnatione Domini DCCCC. III. Indictione secunda, anno tercio Hludouici, regis (Editum eodem loco).

Mon. Boic. nou. coll. Vol. I. Parte II. p. 200. sqq.

XLI.

A. Ch. 908. *Ludouicus infans Imp. Episcopo Eystettensi quasdam munitiones contra Paganorum (Hungarorum) incursiones erigendi facultatem largitur.*

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Ludouicus diuina fauente clementia Rex. Nouerint omnes fideles nostri, praesentes scilicet et futuri. Quia Erchenbaldus, venerabilis Ecclesiae Eystettensis Episcopus, per supplicationes fidelium nostrorum, Nathenis et Vdelgeronis, amabilium Episcoporum, Comitum vero Cunradi et Gotfridi, petiit serenitatis nostrae clementiam, vt ei liceret ad suum coenobium Eystet dictum, vbi sanctus Willibaldus Confessor Christi corporaliter requiescet, in Pago Nordcoue in Comitatu Arnolphi publicae negotiationis mercatum construere, et monetam efficere, teloniumque sicut in ceteris mercationum locis mos est erigere, et in suo Episcopatu aliquas munitiones contra paganorum incursus moliri. Cuius petitioni libenter annuimus, et ita fieri decreuimus. etc. Signum Domini Ludouici piissimi Regis Ernestus Cancellari-

us ad vicem Archicapellani recognoui. Data Non. Febr. Ann. Incarn. Dominae DCCCCVIII. Indictione X. regnante Domino Ludouico anno VIII. Actum Francfurt feliciter in Dei nomine Amen.

Ioannis Falkenstein Codex Diplomaticus antiquitatum Nordgauiensium pag. 17. Sub paganis hic Hungaros, hoc tempore Germaniam saepae saepius vastantes, intelligi, monitione haud eget.

XLII.

A. Ch. 908. *Sergius PP. III. Leopardo, Nonantulano Abbati, de monasterio ipsius per Hungaros euerso, condolet.*

Sergius Episcopus, seruus seruorum Dei, Leopardo religioso Nonantulani monasterio abbati. Visis humilitatis tuae Literis condoluimus satis de Cenobio Nonantulensi tibi commisso, eo quia sub cura tui Regiminis commissus tibi monachorum grex nonnullis afficitur indigentiis. Si quidem barbarorum gladio vastante, tuumque Monasterium ab eisdem igne crematum malorum hominum infestatione, te ipsum cum tuis turbatum audiuimus. Sed misericordia omnipotentis Dei esto fisus, beatorumque suffragiis Apostolorum adiutus, quia ad hoc preualuisti, vt post tot flagella, tui laboris certamine, Ecclesiam ipsius tui monasterii vsque ad culmen leuaris, quam cum toto tuo monasterio sub Apostolica nostra tuitione, quemadmodum sub antecessorum nostrorum tempore fuit, pro amore beati Siluestri Pontificis Romanae Sedis, cui Deo auctore deseruimus, decernimus esse. Et vbicunque te adiuuare et protegere debemus, Pontificii nostri dexteram libenter porrigemus, firmantes quecunque ab euo religiosa et sancta conces-

sa Priuilegia tuo fuerunt Monasterio Nonantulano. De cetero si ad consecrandam Ecclesiam tui monasterii Episcopum quesieris hoc tempore, nolumus vt aliquem ad consecrandam ipsam Ecclesiam roges, nisi Iohannem Ticiniensem Episcopum, aut Widonem Placentinum, vel Aelbungum Parmensem reuerentissimos Episcopos. De his tribus qualem volueris induc ad consecrandum tuam Ecclesiam.

Muratorii Antiq. Ital. Med. aeui T. I. col. 23.

XLIII.

A. Ch. 908. *Fragmentum testamenti Andreae Prioris Iadrensis.*

Et in Sancto Grisogono, dimitto vinea, quae emi de Mazulo, et terrae de Vuclo, quae comparaui, et Seruum, et Ancillam, et centum Capita de pecore - - - - et infra: et pro anima mea dimitto liberos, inprimis Marusso, cum vxore, et filio, et do ei vinea, quae comparaui de Constantino Mag. Ominico Calbaroso cum vxore sint liberi. Libicano filio Butirani, Iusto cum vxore sua et quatuor filii, filio Prisinaeo, filio Bribina, Techamida Milia de Svicirano cum duo filii, vxor Rasinaco cum filio Arieterio, Seniscima, Zaemilo; omnes isti sint liberi."

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hungar. Tom. III. pag. 451.

XLIV.

A. Ch. 913—939. *Acta, seu formulae inscriptionum ab Imperatoribus Byzantinis ad Archontes Turcorum (Hungarorum) etc. vsitatarum.*

1) Ad Bulgariae per Deum Archontem scribitur sic: „In nomine patris et Filii, et Spiritus

Sancti, vnius et solius veri Dei nostri. Constantinus et Romanus fideles in eodem Deo Imperatores Romanorum, ad carissimum et spiritualem nostrum filium et ex Deo diuinaque auctoritate archontem christianissimae nationis Bulgarorum" sic olim. Nunc autem scribitur sic: „Constantinus et Romanus, in Christo Deo pii Imperatores, Reges Romanorum, ad carissimum et spiritualem nostrum filium, Kyrin seu dominum, illum, basileum Bulgariae."

2) Ad Chaganum Chazariae bulla mittitur aurea trisoldia cum hoc titulo: In nomine patris et filii et spiritus sancti, vnius et solius veri Dei nostri. Constantinus et Romanus fideles in eodem Deo Imperatores Romanorum, ad illum nobilissimum illustrissimum Chaganum Chazariae."

3) Ad Archontes Turcarum mittitur bulla aurea bisoldia cum titulo: „Litterae Constantini et Romani Christum amantium Imp. Romanorum ad Archontas Turcarum."

4) Ad Archontes Patzinacorum mittitur eadem inscriptio nomine Patzinacorum expresso, et similis quoque bulla.

5) Ad Archontem Chrobatiae etc. scribitur sic: „Mandatum a philochristis Despotis ad illum, archontem illius prouinciae." Ad hos bulla aurea est bisoldia.

Sequitur intitulatio Regum Franciae: „In nomine patris et filii et spiritus Sancti, vnius et solius veri Dei nostri. Constantinus et Romanus fideles in eodem Deo, excelsi augusti Imperatores, magni Reges Romanorum, dilecto carissimo et spirituali nostro fratri, illi, nobilissimo illustri regi Franciae."

Corpus Hist. Byzantinae edidit Niebuhr Bonnae 1829. signanter Tomus continens Constantini Porphyrogeniti Libros duos „de Cerimoniis aulae Byzantinae" e Recensione Io. Iac. Reiskii Vol. I. Lib. II. Cap. 48. p. 690.

XLV.

A. Ch. 925. *Grauissimorum damnorum, irruptionibus Hungarorum Ecclesiae Verdunensi illatorum, documentum.*

Fratribus Virdunensis Ecclesiae, sub canonica authoritate in domo B. V. Christo seruientibus, salus continua. Cum multae tribulationes temporibus nostris illud Verdunense praegrauarent episcopium, maxime tamen duo immanissimi casus (nostris prauis exigentibus meritis) a proprio deiecerunt statu, quorum vnus accidit, quando tempore venerabilis memoriae Dadonis episcopi ignis exosus totam pene ciuitatem concremauit, et ecclesiam S. Mariae solo tenus prostrauit. Et proh dolor, omnia ornamenta ecclesiastica, cum annario et apostolicorum priuilegiis, et Episcoporum decretis, et chartarum rerum ecclesiasticarum instrumentis atque scriptis, vulgo Pulegiis nominatis, flamma consumpsit. Ad cumulum vero tanti mali succedente in eodem loco nepote domni Dadonis, venerabili episcopo Barnoino, primo eius ordinationis anno, crudelissima gens Hungarorum improuise ipsum adiit episcopium, et incensis pene omnibus villis homines extra oppidum repertos aut neci dedit, aut captiuitati destinauit. His grauibus duabus pressa calamitatibus, congregati simul eiusdem venerabiles, et maiores natu canonici, scilicet Ewenardus praepositus, Bertarius decanus, cum archidiaconis

Leutfredo et Odilone, et cum paucis villanis, qui in fratrum villis de praedicta vastatione remanserunt, ne institutio antiqua, et redditus villarum, atque census earum prorsus ignorando aboleretur, ad communem vtilitatem praesentium et futurorum, solerti indagatione hoc pulegium super res canonicorum condere operae pretium duxerunt. — Pulegium autem — vt mihi videtur — nil aliud significat, aut latialiter sonat, quam publica lex, vel popularis lex; siquis rectius hoc commentatus fuerit, ego Sarouardus cancellarius iustis praeceptorum meorum obtemperans, qui huic operi me praefecerunt, intellectui eius humiliter concedo.

Histoire Ecclesiastique et Ciuile de Lorraine par Augustin Calmet, à Nancy 1728. Tom. I. Pieces Iustificatives col. 541.

XLVI.

A. Ch. 936. *Recitatio excidii incolis vici Lietzeis, seu Alzey per Hungaros in Lotharingia illati.*

Memoria misericordie post occisos homines de potestate quae dicitur Lietzeis, seruitium integrum reuerti praecepimus ad medietatem ex omni potestate de sortibus indominicatis, vt omni tempore nostrae vitae, nostrarumque successarum, firmum et stabile permaneat absque vllius reprehensione vel contradictione, constipulatione subnexa. Actum publice ad Sancti Romarici montem II. Kal. Iul. regnante Othone Imperatore. Signum Deoterici episcopi autore monasterii. Signum Gerardi Comitis. Sign. Gisle abb. quae hanc notitiam causa pietatis annotari precepit, ceteris dominabus assentientibus. Sign. Berthe Sesgulte, Sign. Hilde gardis. Sign. Maioris, Amalrici, Gelberti, Bade-

rici, Martini Gunteri, Rahardi Thietardi. Sign. Scabinorum Landfridi, Everardhi, Geruini, Gislulfi, Stephani, Sicberti Geraldi. Ego Gisla abbatissa do dimidiam sortem Volfado in potestate Hainonis curtis, ad seruitium reddendum, quam habeat omni tempore. Signum Lamberti aduocati. Sign. Autberti cancellarii. Sign. Scabinorum Eudo Hermannus, Hildricus, Amandus, Bercberus, Kirinus, Amerus, modo est reuelata pro iusticia."

Histoire Ecclesiastique et Ciuile de Lorraine par Calmet Tome I. Pieces Iustificat. col. 345. Auctor tam in rubrica necis huius auctores statuit Hungaros hac utendo expressione „Recit de la mort des habitans d' Alzey tuez par les Huns; — quam etiam in Indice sub voce „Lietzei," vbi haec dicit „Lietzei, ou Alzei, Village de la dépendance de Remiremont, dont les habitans furent mis à mort, apparèmment par les Huns."

XLVII.

A. Ch. 955. *Cambiales, quibus Vngarorum per Ottonem Imp. victorum mentio.*

Cum per temporalem diuine religionis precarie statutionem ecclesia solito ditaretur more; possessioneque sua quosque subleuaret infirmos: Ego Gremboldus miles Ecclesiae Virdunensis etc. (sequitur Cambium). Datum XI. Kalend. Decembris Anno Dominice Incarnationis DCCCCLVIII. (lege DCCCCLV.) regnante Ottone rege Anno XXI. Signum Rothberti Archiepiscopi, qui hanc precariam fieri, et firmare percepit. Signum Odilberti etc. Eodem Anno Otto Rex Vngaros vicit. Berengarius notarius scripsit.

Hontheim Historia Treuirensis Tom. I. pag. 287 et 288. Nro. CLXVII.

XLVIII.

A. Ch. 985. *Otto III. Imp. patrimonio Patauiensis Ecclesiae per Hungaros nouiter vastato, in solitudinemque redacto, immunitatibus, illud impopulaturis concessis, subuenit.*

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Otto diuina fauente clementia rex. Notum sit cunctis tam presentibus quam et futuris qualiter Piligrimus sanctae patauiensis aecclesiae venerabilis praesul episcopatus sui pertinentiam in orientali plaga barbarorum limiti adiacentis. creberrima eorum deuastatione infestari. nostrae conquestus est pietati, a quibus etiam barbaris moderno nostri quoque regni tempore miserabili lamentatione adiecit, tam irrecurabili se damnó lesum, in interfectione et direptione aecclesiae suae familiae, praeter innumerabilia depraedationum et incendiorum dispendia, vt absque habitatore terra episcopii solitudine syluescat. Cuius perniciosissimam iacturam, munificentiam nostrae liberalitatis huiusmodi solari iuuamine, pro nostrae aeterno praecatus est animae remedio, quatenus videlicet ingenui, qui ex inopia seruorum in locis aecclesiastici patrimonii constituantur coloni quidquid nostrae publicae exactioni iudiciaria potestate deberent, ad pristinae restaurationem culturae suis largiremur vsibus. His igitur moti querelis, mixtimque interuentiónibus allubescentes suscipiendae reuerentiae theophanu. domnae matris nostrae semper augustae, amborum nepotum nostrorum heinricorum, ducum scilicet bauuariae, ac carintanae regionum, postulata eo tenore concessimus, vt liberi cuiuscunque conditionis sint qui destinantur coloni, in locis pertinentibus ad sanctae pataui-

ensis aecclesiae praesulatum, in honore beati Stephani protomartyris constructum et dedicatum vbi sanctus valentinus et maximilianus confessores christi corpore requiescunt, sitis in marca actenus liutbaldi Comitis, a nostrorum ministerialium deinceps sint districtione absoluti, et quidquid noster publicus fiscus ab illis exigere, vel percipere poterit, hoc totum in cunctis aduocato praefatae aecclesiae potestatiue exigendum, et percipiendum, ad iam dicti pontificis piligrimi, successorumque suorum vtilitatem, perpetim condonamus. Nec pro vlla alia occasione, aut vadium soluere, aut ad comitatum ire, a marchione, vel aliqua iudiciariae potestatis persona cogantur, nisi ea lege, vel iure, quo aecclesiastici serui ab extraneorum pulsati reclamationibus pro satisfacienda iusticia ad placitum ire compelluntur. Et vt haec auctoritas nostra, praesentibus futurisque temporibus domino protegente valeat inconuulsa manere, manu propria subter firmauimus, anulique nostri impressione signari iussimus. Signum domini Ottonis gloriosissimi regis. Hildibaldus episcopus ad vicem vuilligissi archicapellani recognoui. Data pridiae kal. Octob. anno dominicae incarnat. DCCCCLXXXV. indictione XIIII. Anno autem tertii Ottonis regnantis secundo. Actum Babenberge feliciter amen. "

Chrismon. monogramma, et sigillum illaesum. Monum. Boicor. nou. coll. Vol. I. Par. I. pag. 243. sqq. Istud editum quidem iam fuerat, ast mendose.

XLIX.

A. Ch. 963. *Vestigium litterarum Ioannis PP. XII. Hungarorum aduersus Ottonem I. Imp. concitandorum causa.*

Luitprandus libro 11. cap. VI. sequentia narrat. „Quibus (v. l. Legatis Ioannis XII.) Impera-

„ tor (Otto I.) - - - - - - - - Leonem Episcopum
„ et Ioannem Cardinalem diaconum suos iufideles,
„ quos nos suscepisse accusat, his temporis non
„ vidimus, nedum suscepimus. Constantinopolim
„ domino papa eos ad iniuriam nostram proficiscen-
„ tes dirigente, Capuae sunt, vt audiuimus, capti.
„ Quibuscum etiam Saleccum natione
„ Bulgarum, educatione Vngarum, do-
„ mini papae familiarissimum, et Za-
„ chariam virum reprobatum diuina-
„ rum atque humanarum litterarum in-
„ scium, a Domino Papa Episcopum no-
„ viter consecratum et Vngaris ad
„ praedicandum, vt super nos irruant,
„ destinatum, eodem captos esse loco audiui-
„ mus. Haec Dominum Papam nullis narrantibus
„ fecisse crederemus, nisi litterae fidem ad-
„ mitterent, quae plumbo signatae e-
„ ius nominis characteres monstrant."

Ibidem.

L.

A. Ch. 970. Vastitatis ac depopulationis per Hungaros illatae documentum.

- - - Adalperonis et primi temporibus Ottonis Regis Francorum, non modica pars praedii, quod dicitur Chletheim, nostrae Ecclesiae subtracta est; nam eius habitatoribus ciuili seditione infra regionem bachante, saepe et saepe depraedatis, tandem etiam ab exercitu Hunnorum siue captiuatis siue occisis habitatoribus vix aliquis potuit agros sine iurgio obtinere. Post mortem igitur Adalperonis Ovdalricus filius eius, S. Sebastiano patrono nostro dedit in

proprietate quidquid in villa nomine Risun in possessionibus habuit, exceptis duobus nobilibus mansis, quos Frisingensi Ecclesiae S. Mariae dedit pro sepultura et commemoratione patris sui. Testes per aures tracti. Ottker de Persinpiugen, Adalhoh de Walda, Petro de Lerun, Erchanger de Scamaha, Rihheri de Hohinperc, Adalrich de Monsareine, Warmunt de Tengilingun, Brun de Sura.

Codex Traditionum Eberspergensium in Oefelii SS. RR. Boicar. Tom. II. p. 21.

LI.

A. Ch. 970. Vestigia Hungaricorum incolarum in Germania.

Idem (Oudalricus) dedit praedium suum quod dicitur Otacheresperch cum omnibus ad id pertinentibus, v. l. agris syluis pascuis pratis, eo pacto, vt absque contradictione cedat vsibus monachorum, qui Domino Martyrique iam dicto deseruiant. Testes per aures tracti. Podolunc de Suindaha, Otprecht de Poucha, Werinheri de Diengin, H u n i n g e n de Haga et filii eius H u n n i u u e, H u n i n f l o r, H u n i n l e n, H u n i n t o t. Tagini de Oberenhus, Sighart de Volkmaresdorf, Eberhart de Milingun, Magonus de Frihindorf, Pero de Lerun.

Indidem Nomina testium praedenotatorum a Hunnis seu Hungaris deletis assumta esse quiuis videt.

LII.

A. Ch. 977. Otto II. Imp. ecclesiae Lauriacensi, quae prima sedes episcopalis erat, praedium Anesaburch, pro resarciendo damno, vltima per Hungaros obsidione tolerato, donat.

In nomine sactae et indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus.

Notum sit omnibus sanctae Dei aecclesiae fidelibus, nostrisque presentibus scilicet et futuris, qualiter venerabilis sanctae patauiensis aecclesiae antistes piligrimus, nostrae celsitudinis pietatem querulosa reclamatione adiit, pro diocesis suae locis in perturbatione bauuarorum regni tam pernitiosa scalauorum inuasione, quam aliorum inimicorum damnosa insectatione miserabiliter desolatis, quatenus nos aecclesiae suae, huiusmodi dispendio laesae, atque adnullatae, aliquod leuamen imperiali nostra munificentia impendere curaremus. Cuius itaque miserandis moti querelis quia et nos barochiae suae, licet necessitate impulsi, tum in destruccione vrbis patauiae, tum etiam in exercitus nostri morosa sustentatione, grauem intulimus iacturam, pro diuino timore, et aeternae retributionis indubia spe ac insuper amantissimi fratruelis nostri Ottonis ducis nec non spectabilis Liutbaldi marchionis precibus inducti, quoddam nostrae potestatis praedium Anesapurch, nuncupatum, in pago trungouue in ripa anesi fluminis, in comitatu liutbaldi, cum omnibus suis pertinentiis, sicut piae recordationis noster patruus Henricus, a beatae memoriae episcopo Adalberto in concambium recepit. Sanctae Lauriacensi aecclesiae, quae in honore sancti Stephani sanctique laurentii martyrum foris murum aedificata est, vbi antiquis etiam temporibus prima sedes episcopalis habebatur, imperiali auctoritate in proprium tradimus atque concedimus. Quin etiam decem regales hobas ab occidentali ripa praedicti fluminis Anesi, in quadam nostri iuris villa nomine Loracho, cum mancipiis vtriusque sexus, quibus erant possessae, et cum omni integritate exitibus quip-

pe et reditibus, aecclesiis decimationibus, curtibus siluis pratis pascuis, aquis aquarum decursibus molendinis piscationibus mobilibus, immobilibus quaesitis et inquirendis in ius sanctae patauiensis aecclsesiae absque omnium contradictione firmiter tenendum, ac possidendum, regia atque imperiali maiestate transfundimus atque donamus, et vt haec nostrae liberalitatis traditio firma et inconuulsa permaneat, hanc cartam conscribi, et anuli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Ottonis inuictissimi imperatoris, Gelbertus cancellarius ad vicem viligisi archicapellani notaui L. S. Data tertia Non. octobris Anno dominicae Incarnat. DCCCCLXXVII. Indict. VI. regnante piissimo imperat. aug. Ottone anno XVII. Imperii autem X. Actum Eidrateshusa in Christi nomine feliciter amen.

Chrismon. Monogramma insertum, Sigillum impressum illaesum. Monum. Boic. noua collect. Vol. I. P. I. pag. 223—4.

LIII.

A. Ch. 979. *Otto II. Imp. Wolfgango, Ratisbonensi Episcopo, in terra quondam Auarorum castrum contra infestationes Hungarorum struendi facultatem largitur.*

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. Si erga diuinis cultibus mancipata loca propter amorem Dei eorumque in eisdem locis sibi famulantibus beneficia oportuna largimur, praemium nobis apud deum in aeterna beatitudine recipere confidimus. Proinde notum sit omnibus sanctae dei aecclesiae fidelibus nostris presentibus et futuris quia vir venerabilis Uuolfkangus rega-

nespurgensis aecclesiae episcopus, quae est constructa in honore sancti Petri principis apostolorum nec non et sancti Emmerami martyris christi adiens celsitudinem culminis nostri, innotuit auctoritati nostrae in terra quondam auarorum iuxta fluuiolum, qui Erlaffa dicitur, locum quendam esse qui steininachiricha nominatur, quem per multa annorum curricula desertum ipse de bauuaria missis colonis incoli fecit. Qui vt tutiores ibi ab infestatione vngrorum manere possent, petiit nostram serenitatem, locum quemdam inter maiorem et minorem Erlaffam situm, vbi ipsi conueniunt castellum ad construendum, qui vacatur Zuisila. Huius deprecationem propter diuinum amorem et reuerentiam Sanctorum predictorum, libenter annuimus, et ipsum locum perpetuo possidendum eidem concessimus aecclesiae, ab eo loco videlicet, vbi prenominati fluuioli confluunt, vsque in ibisam, vbi ipsum flumen huic confluuio Erlaffarum proximum est, et sursum versus per litus ibisaę vsque ad riuum, qui dicitur Zucha. Et per hunc vsque in montem, qui dicitur sclauonice ruquic. Ab orientali autem parte litus maioris Erlaffae vsque in montana propter munitionem locorum huic donationi terminum statuimus, et quidquid nostri iuris est, ad donandum infra hos terminos, ad sanctum Petrum, sanctumque Emmeramum perpetuo iure contradimus. Et si minus quam VI. regales mansi arabilis terrae nostri iuris infra terminos praescriptos inueniatur, vbi proxima iuxta praedictum castelli locum habeamus ex vtraque ripa Erlaffae suppleatur. Has itaque res et quidquid in posterum syluarum exstirpatione omnique alia cultura amplificetur, absque

vllius personae obstaculo, cultis et incultis, quaesitis et inquisitis, aedificiis, pratis, pascuis, syluis, aquis aquarumque decursibus, riuis ac riuaticis, molendinis, piscationibus viis et inviis, omnibus ad iam dictum terminum iuste legitimeque appertinentiis, ad ipsius ecclesiae vtilitatem firmiter tradidimus. Ita videlicet vt supra memoratae sedis rectores ob ecclesiae commoditatem liberam habeant, potestatem faciendi quidquid elegerint. Et vt nostrae largitionis auctoritas firma perseueret. Anuli nostri Inpressione sigillari iussimus. Hildibaldus episcopus et cancellarius ad vicem Uililligisi archi capellani notaui. Signum Domini Ottonis magni et inuictissimi imperatoris Augusti. Data II. idus Octobris. Anno Dominicae Incarnationis DCCCC. LXXVIIII. Indictione VI. Anno vero regni secundi Ottonis XV. Imperii autem VIIII. Actum radasponae. In dei nomine feliciter amen."

Chrismon. et monogramma adest. sigilli impressi locus. Nou. Coll. Mon. Boi. Vol. Par. I. p. 227. sqq.

LV.

A. Ch. 985. *Henricus II. Baioariorum dux, in marchia orientali Leopoldi illustris, marchionis, et Satoris stirpis Babenbergicae in Austria, nuper ab Vngaris reuindicata, possessiones, ad Ecclesiam Pataniensem pertinentes distinguit et enumerat vsque montem Comagenum, tunc temporis Germaniae, et Vngariae metam, et vsque terminos Morauorum.*

Notum sit cunctis presentibus scilicet et futuris, qualiter Heinricus strenuus Baioariorum Dux in Marca Liutbaldi Marchionis congregatis omnibus tam Episcopis quam comitibus primoribusque cum plebibus regni, publico placito habito, populum terminalem pro facienda generaliter omnibus

iusticia, iurare, fecit, quod iure vniuscuiusque proprium esset de illis praediis, que tunc sub ditione tenebantur dominica, et quid episcopatuum, aut abbatiarum familie deberent Marchioni. Inter cetera autem que ad sanctum Stephanum prothomartyrem, sedemque Patauiensem iuste legaliterque pertinere deberent. Tunc inprimis familiam Sancti Stephani ab omni iugo vel districcione Marchionis, hoc est collectis, donatiuis, operibus mansionaticis, et ceteris seruitiis liberam et absolutam asserebant. Deinde hec loca ad sedem Patauiensis ecclesie attinere sub proposita iusiuratione firmabant, tempore pontificatus et presentia Piligrimi Episcopi, Mutarun, et quod eparespurch nominatur, sursum de Vuintestale a termino sancti Michaëlis rosseza, deorsum vsque clepadorf, Salzburgensis Ecclesie locellum, et ita per latum in australem plagam ad deserta montana, exceptis duorum paucorum iugerum prediolis. Deinde Treisimam ciuitatem Sancti ypoliti Martyris ea integritate, vt quondam beate memorie Adalbertus Episcopus sub Purchardo Marchione in sua tenuit vestitura, et quemadmodum carta legali affirmatione antiquitus roborata et in publico recitata designabat. Postea persnicha sicut Willihelmus in proprium possidebat, quod tempore presenti boemani insitendo arabant. Deinceps liliunhoua iuxta Tullonam. Egilinsten. Zeizmanestetin. et Abbasteten. cum omnibus iure ad se respicientibus, Postmodum autem a septem collibus ab occidente ciuitatis Zeizenmure, sursum ad australem plagam Chunihohestorf et sic vsque in cacumen montis Comageni, et ita vsque ad hangentenstein, et ita vltra danubium Vsque ad ma-

reuinos terminos in latum et sursum in longum vsque ad mochinle et Trebinse et vtramque ripam fluminis danubii infra iam dictum terminum. Locumque piscationis husonum quem hactenus Tullonenses suis vendicabant vsibus sanctum Stephanum prothomartyrem legaliter attinere. Notum (nomina) autem qui ista iurando offirmauerunt hec sunt: Meinhart Comes, Papo Comes, Marchwart Comes, et frater eius Audger. Timo Comes, Perhtolt, Wernheri, Rupo, Egil, Mimillo."

E nou. coll. monum. Boic. Vol. I. Par. II. p. 208-9.

LVI.

A. Ch. 994. *Fragmentum literarum fundationalium Ecclesiae S. Michaelis Salonae.*

In Christi nomine Amen, Anno natiuitatis eiusdem D. N. I. Christi M. Indictione XIII. Regnantibus DD. NN. Basilio et Constantino, magnis Imperatoribus, in Regno Croatiae gubernante autem Domino Dircislao inclito Rege, residente etiam in sede Beati Domnii D. Martino Reuerendissimo Archiepiscopo vna cum D. Florino Principe Spalati et Clysi etc.

Lucius ap. Schwandt. p. 127.

LVII.

A. Ch. 998. *Otto III. Imp. Engelrico sub obligamine: clausuram, seu munitionem ad Traysinam contra Vngaros construendi, terras donat.*

In nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Otto diuina fauente Clementia Romanorum Imperator, notum sit omnibus fidelibus nostris, praesentibus scilicet atque futuris: quomodo nos ob petitionem fidelis nostri Henrici Ducis, cuidam

Engilrico dedimus, quidquid habuimus inter riuos Dulloria et Amizinesbach, cum areis, terris, cultis, et incultis, agris, pratis, campis, pascuis syluis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis viis, et inviis, exitibus et reditibus, quaesitis, et inquirendis, cunctisque aliis appendicys, quae adhuc dici possunt, sibi in proprium tradidimus, ea v. l, ratione, vt quidquid sibi libuerit inde faciat, et T r a y s i n a e c l a u s u r a m h a b e a t. Et vt haec nostrae auctoritatis Donatio praesenti ac futuro tempore firma et stabilis permaneat et semper, hoc praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impensione signare jussimus, manuque propria, vt infra videtur corroborauimus. — Signum Domini Ottonis Imperatoris Augusti Gloriosissimi Hilibaldus Episcopus et Cancellarius, vice Willingisi Archiepiscopi. Data III. Kal. Maii A. D. Incarnat. DCCCC. XCVIII. Indiction. XI. Anno autem tertii Ottonis Regnantis XV. Imperii II. Actum Romae.

Raimundi Duellii Miscellaneorum Lib. II. pag. 379. Sub Clausura hic intelligitur munimentum, cuius contra incursus vicinorum Hungarorum exstruendi obligatio memorato Engilrico imposita esse certo censeri debet.

LVIII.

A. Ch. S. a. Familiae Hederuariana et Thomasiana Genealogiam suam ad tempora Geyzae Ducis deducunt.

Nos Uladislaus D. gr. Hungariae Poloniae etc. Rex etc. etc. proinde ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire. Qualiter magnif. Laurentio de Hedrehvára Regni Hungariae Palatino et Iudice Cumanorum, nec non Emerico filio eiusdem ab vna parte, ab alia vero Henrico filio condam Ioannis Vajvodae de Thamassy pri-

dem Magistri Ianitorum Regalium coram nobis personaliter constitutis, per eosdem sponte et parili voce confessum exstitit in hunc modum, quomodo Parentes eorum a primaeuo tempore scilicet Geizae Ducis, Patris vtputa Stephani Regis, ab vno auo et Protauo duxissent originem et fuissent propagati, semperque, amore et fraternali dileccione mutui se confouissent etc. (sequitur Transactio earundem familiarum super reciproca successione, cum superinducto consensu regio) Datum Budae in festo B. Gregorii Papae Anno Dom. MCCCC. XLIII.

E Collectione Czeckiana.

LIX.

A. Ch. 1018. *Stephanus Banus monasterium S. Chrysogoni dotat.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ego Stephanus Banus fabricaui istam Ecclesiam ad honorem S. Nicolai Confessoris Christi, et S. Petri Apostoli, et S. Stephani Pontificis, et B. Dimetri Martyris, et Magni Grisogoni Martyris, nec non et BB. Genitricis Mariae atque omnium Sanctorum Christi, cum Coniuge mea Maria fabricaui eam sub temporibus B. Constantini Monomaci. Ego denique Stephanus Banus Imperialis Protospatarius compleui haec omnia, intrante anno Domini millesimo octabo decimo Indictione XXII. Incipiente anno X. de propria mea facultate laboraui eam, et dedi in eam XV. panno de serico, et vna Cortina de serico V. planetas de serico, et IIII. paria de bracilo, et IIII. manipulos IIII. stolas, VI. Camiso, IIII. amictos, IIII. cingulos,

vnam cupam, vnum cocleare, I. fistula de argento, III. Cruces, vnam de argento, filacteria IIII. de auro, et III. de argento, vnam Capsam, et I. turibulum, et II. Calices de argento, III. libros missales, I. passionario, III. Omelia, Smaragdum vnum, duo antiphonariae, II. manicale, psalterium III. Innacia II. brebiarium vnum, duos cerestata, I. sellam, I. pario de bracili, III. facinegia, Dedi etiam vnam curtem, quae cognominatur Insula, cum Ecclesia S. Petri et cum VI. seruos et IIII. ancillas, et alia Curte, quae vocatur noua sella, cum duodecim familia, et tertia Curte, quae dicitur Butinauiso, cum octo familias, dedi XX. iumenta, cum II. equos, et XXX. vaccas, et CCCC. pecora, et XXXII. porcos, posui III. Campanas, quae sunt apretiatae I. libram de auro. Haec omnia, et cum ipsa Ecclesia trado in potestate Domino meo patri Spirituali Trasoni Abbati, vt sit in perpetuum cella Sancti Chrisogoni, cuius sacratissima membra Iadrae retinentur. Et si quis, quod absit, ausus fuerit subtrahere ex meis, vel extraneis, moriat de Ramato, et non habeat semen super terram, et persoluat auri libras XXX. insuper iratum habeat Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, et maledictionem a CCCX. et VIII. Patres, et in nouissimo Maranatha cum Diabolo et eius tetris Angelis, ac Iuda Scariothe, in Inferno numeretur, et hac Cartula volumus, vt in sua maneat firmitate. Et ego Marco Indigo Episcopus Croatensis collaudo, confirmo, corroboro, atque concedo.

Lucius in SS. RR. Hungaric. Tom. III. pag. 130.

LX.

A. Ch. 1019. *Berngeri, Episcopi Patauiensis, testimonium peractae a se dedicationis cellae in honorem B. Iohannis Bap. a Gunthero nobili Eremita in Nordwald exstructae.*

Berngerus diuina clementia, Patauiensis ecclesie presul quamuis indignus. Omnibus christi fidelibus si quid boni faciant, diuine retribucionis certitudinem in eodem. Nouerit cunctorum christianorum industria, quam ob iam dicte et promisse a me aliis diuine mercedis respectum, et peticionem Gunthárii cuiusdam serui Dei et Heremite, oratorium quoddam quod ipse longe ab habitacione hominum in nordwalde a fundamentis in honore Sancti Iohannis Baptiste construxit, ipse ego dedicaui in honore sancte et victoriosissime crucis, et sancte dei genitricis Marie, et precipue sancti Iohannis precursoris Christi in die decollationis eiusdem sancti, quod est IIII. kalendas septembris, anno autem ab incarnacione Domini nostri Iesu Christi MXVIIII. Henrici regnantis XVIII. imperatoris, anno VI. et ad hoc iam dictum et a me dedicatum. Oratorium iure episcopali, et potestate omnem decimacionem infra eandem cellam tunc culte terre, et adhuc colende, determinaui, et absque lite contradidi. Hec etiam determinacio vt stabilis et vt firmior ibi deo seruientibus post modum foret cartam hanc scribere feci, et sigilli mei impressione confirmare precepi."

E Mon. Boic. nou. coll. Vol. I. p. II. p. 210—11.

LXI.

A. Ch. 1035. *Stephanus Protorex Hungariae Strigonii decretum II. edit.*

Regnante Diuina clementia opus Regalis dignitatis etc. - - - - (reliqua videantur in Cor-

pore Iuris Edit. Bud. d. a. 1822. Tomo I. pag. 122. et seqq.) —

Explicit Decretum Sancti Stephani Regis, promulgatum Strigonii, seu vt alia MS. ponunt Tulnae Anno 1035.

LXII.

A. Ch. S. a. Vestigium Episcopatus Agriensis a S. Stephano fundati.

Vestigium priuilegii per Stephanum I. occasione fundationis Episcopatus Agriensis elargiti, verum temporibus Tartarorum ablati et deperditi, occurrit in Literis Belae IV. d. a. MCCLXI. in Codice Dipl. Fejériano Tom. IV. Vol. III. pag. 33. adductis; vbi plane possessiones per eundem S. Stephanum memoratae Ecclesiae donatae nominatim enumerantur, aliaque etiam iura hac occasione, eidem concessa, inter quae illud etiam occurrit: „quod si aliquo tempore Reges Vngariae - - - „quatuor filios habuerint, episcopus Agriensis, qui „pro tempore fuerit, quartum custodiet" vberius deducuntur.

Ibidem.

LXIII.

A. Ch. S. a. Vestigium priuilegii Ciuibus de Alba-Regali concessi.

„Rex Stephanus (Sanctus) cum Legato tum Sedis Apostolicae Hospitibus de Alba (regia) Priuilegio mediante talem elargitur libertatem: quod in toto Regno suo nec in aliqua porta confinii tributum alicui soluere compellantur; praeterea quicunque hospites ad eos transire et cum eis conuersari voluerint, ea libertate, qua ipsi fruuntur, similiter in perpetuum potiantur; quod si quis

tributum violenter ab iis extorserit, iram Regiae maiestatis et rerum suarum dispendium merito sustinebit." Libertates has — ipso Priuilegio Stephaneo infausto casu incendii in cineres conuerso Rex Bela IV. ad humilem supplicationem ciuium Albensium libertatis suae statum tractu temporis in dubium reuocari timentuim, velut notorias, dubio omni carentes et absque vlla interruptione vsu roboratas — Priuilegio suo Anno Dominicae Incarn. MCCXXXVII. secundo nonas maii regni vero sui II. emanato mediante confirmat.

Ibidem.

LXIV.

A. Ch. S. a. Vestigium Legendae S. regis Stephani in Ecclesia Albensi asseruatae.

Excellentissimo Domino ipsorum Domino Lodouico Dei Gratia Inclyto Regi Hungariae Albensis Ecclesiae Capitulum orationes in Domino cum perpetua fidelitate. Literas Sublimitatis Vestrae annulari sigillo vestro consignatas omni qua decuit reuerentia recepimus in haec verba: Lodouicus Dei Gratia Rex Hungariae fidelibus suis discretis viris Capitulo Eclesiae Albensis salutem et gratiam. Fidelitati Vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus in Legenda Sancti Regis Stephani hoc, in quantis locis in Regno nostro nobiles Iobagiones et populi Castri Craco vocati residentiam facere debent, et in quali libertate existunt, requirere debeatis et prout rescieritis, nobis per exhibitorem praesentium ad fidelitatem vestram in literis vestris nunciare debeatis. Datum Budae Sabbatho proximo ante quindenas Sancti Michaëlis Archangeli Anno Domini Millesimo Ter-

centesimo Quadragesimo nono. — Nos igitur praecepto Vestrae Sublimitatis libenter obtemperassemus, vt tenemur de iure et de facto, libertatem Iobagionum et populorum praedicti Castri Craco vocati in Legenda sancti Regis Stephani contentam pro eisdem Iobagionibus et populis libenter quaesivissemus et inuentam in nostris literis Vestrae Maiestati transmisissemus, sed dictam Legendam Serenissimus Princeps Genitor vester Dominus Karulus eadem Gratia quondam Inclytus Rex Hungariae piae et felicis recordationis ad scitum omnium nostrorum tempore Iohannis, quondam Custodis de Sacristia interiori excipiendo ad Wysegrad fecit deportari; ideo eandem requirere non valuimus. Datum feria VI. proxima post festum Vndecim Millia Virginum Anno Domini supradict.

Ex authographo. — E tenoribus documenti huius liquet Legendam Sancti Stephani Regis subiuisse vices moderni Libri Regii, ac in se continuisse omnes donationes et priuilegia per eundem Regem Stephanum, satorem constitutionis hungaricae, elargita.

LXV.

A. Ch. S. a. Vestigia diplomatum per Stephanum Proto-Regem Nobilibus concessorum.

Apud certum Nobilem Vacii asseruari et Donationem possessionum Salgo, Küklö, Köpesd, Szilad, Kosut, Kajal, Hodi et Barakony per SS. Regem Stephanum progenitoribus Familiae Salgaianae factam in se complectentis; denique alterius ordinis per quemdam nobilem Comaromii degentem, ex germana alias progenie natum praetensiue possessi, vi cuius antenati eiusdem nobi-

lis per Regem Stephanum praelaudatum in numerum Seruientium adlecti fuissent. "

Apud Szegedi.

LXVI.

A. Ch. 1045. *Berno Abbas Augien. Henricum III. Imp. ob suppetias Petro Veneto latas laudat.*

Domino meo inuictissimo Heinrico pacifico, orthodoxae fidei propagatori gloriosissimo, Bern, licet meritorum qualitate omnium suorum extremus, votiuae seruitutis, assiduaeque orationis munus. (In hac epistola Berno Heinricum laudat, quod Petro regi, ad ipsum suppliciter confugienti, sinum pietatis expanderit, et non solum nullam vindictam de his, quae in se commiserat, sumserit, sed miro caritatis affectu fouerit ac iuuerit, quousque Christo adiuuante, eum regno suo restituisset. (Tum subdit) Haec pauca habui, quae vestri amoris impatiens pro tempore dicerem, vestraeque maiestatis excellentiae beniuole dirigerem. Subieci etiam sermones duos, vnum de epiphania, alterum de coena domini, in quo aliquid de poenitentia, et si non vt debui, tamen prout potui, disputavi: suppliciter deprecans, vt si dignum ducitis, illos nostris scriptis adnecti iubeatis (Post hos sermones iterum redit ad laudes Heinrici; dein agit pro Hirmingarda Turegensi abbatissa, quae ob demeritum gradu exciderat) etc.

Mabillon. Annales S. Benedicti Ordinis Tom. IV. Edit. Luccensis 1739. Lib. LVIII. Nro. XCI. qui has notationes raptim et carptim ex codice Villingensi se excerpsisse confitetur.

LXVII.

A. Ch. 1051. *Andreae I. R. H. quas nomine Henrici III. Imp. ad Gerhardum Ratisb. Episcopum cudi fecit, litterae.*

Noueris optime frater, Gebarto Episcope, quam magna et ardua negotia nostri Imperii nos ab Hungaria in Theutoniam ire compellunt; nam inimici nostri, imperium nostrum, hostiliter occuparunt. Ergo, age, festina, et destructis nauibus, quam citius poteris, nobis Ratisponae occurras; nec enim tibi tutum est, amplius in Hungaria commorari.

Ioh. Thurocz Chronica Hungar. in Schwandtner SS. RR. Hung. in fol. Tom. I. Cap. XLIII. p. 109. litteras has iussu Andreae Regis instar responsi ad epistolam Gebhardi per Nicolaum Episcopum explanatam procusas, et eidem Gebhardo medio cuiusdam hospitis submissam exstitisse refert.

LXVIII.

A. Ch. 1051. *Vestigium Epistolae per Gebhardum ad Henricum III. irruptionis suae in Hungariam tempore, destinatae.*

Thuroczius in Chronica Hungarorum Capit. XLIII. in Schwandtner SS. RR. Hung. in fol. Tom. I. pag. 109. epistolae huius meminit sequentibus. Interea autem, Gebarth Episcopus (Ratisbonensis) veniens in Iaurinum; et mittens epistolam ad Henricum Caesarem, „sciscitabatur ab eo vbi deberet ipsum exspectare" Is autem, qui ferebat litteras, deo sic volente captus est a latrunculis Andreae Regis, et ad eum ductus.

Ibidem.

LXIX.

A. Ch. S. a. Vestigium litterarum Belae I. R. H. quibus Gurg, filio Chach, possessiones haereditarias restituit.

„Quod Ladislaus filius Longa etc. - - - - - Possessiones Gurg filii Chach iure haereditario sibi debitas et cedentes, videlicet Szentiván, Kechketh, Deuecher, Nusol, Sceleus, Buzás, Kisfolu, Szent-Gothárd, Galov, Ormán, Bachhyda, Schilvas, Rechteg, et Desocana in partibus Transyluanis sibi reddi et restitui per nostram postularit Maiestatem, quas etiam possessiones per Litteras Belae primi Regis, qui dum in partibus Poloniae propter Petrum, qui nomen Regis sibi potenter Hungariae adscripserat, pro tempore mansisset, idemque Gurg ipsum Regem Belam tam in dictis partibus Poloniae quam aliis vbique fideli secutus esset famulatu, post suam in regni sui reuersionem eidem praedictas possessiones suas et alias restituisset ceterisque propter sua obsequia dilectione sincera praetulisset, patrimonialiter sibi deuoluendas clare demonstrauit."

Fejér Cod. Diplomaticus ad Anno 1245.

LXX.

A. Ch. S. a. Idem Bela monasterium B. M. V. de Kolosmonostra fundat et dotat.

Vestigium Literarum huius argumenti conseruatum habetur in Literis Confirmationalibus Belae IV. dat. an. MCCLXIII. in Codice Dipl. Tom. IV. Vol. III. pag. 106. occurentibus.

LXXI.

A. Ch. S. a. Idem Bela iura Ecclesiae Agriensis auget.

Literarum huius argumenti per Belam I. editarum et per Andream II. confirmatarum mentionem facit Diploma Belae IV. d. an. MCCLXI. in fauorem eiusdem Ecclesiae Agriensis editum in Cod. Dipl. Tom. IV. Vol. III. pag. 43. verbis sequentibus: Item Bela, p r o a u u s noster, et Endre pater noster carissimus, felicium recordationum reges, decimas omnium forestarum nostrarum, et noualium praediorum nostrorum fundatorum ac fundandorum, ac villarum nobilium et nostrorum seruitorum, vniuersaliter in Comitatibus, Ugocha et de Berek existentium, Ecclesiae Agriensi applicarunt et condonarunt."

LXXII.

A. Ch. 1058. *Vestigium litterarum priuilegialium per Salomonem R. H. Episcopatui Quinque-Ecclesiensi concessarum.*

Litterae Adiudicatoriae Nicolai Gara Palatini d. ann. MCCCCII. in merito controuersiae metalis inter Episcopatum Quinque-Ecclesiensem et Monasterium S. Ladislai de prope Gyula Ord. S. Pauli Eremitae vigentis, editae et allegationes totius processus primitus coram Ioanne de Pásztóh Iudice Curiae Anno MCCCXCVI. tum Comite Franc de Széthen itidem Iudice Curiae ac demum Detrico Bubek Palatino Anno MCCCXCVIII. agitati in se complectentes 28. locis prouocant ad Priuilegium Regis Salomonis Anno MLVIII. Episcopatui Quinque-Ecclesiensi concessum, et aliis Litteris Canonici Stephani, Vice Iudicis Curiae Domini Regis Adiudicatoriis Budae 7-o die quindenarum Festi

natiuitatis B. Ioannis Baptistae A. D. MCCC. priuilegialiter exaratis perque Procuratorem Episcopalem productis insertum, vi cuius idem procurator demonstrare conatus est, plagam controuersam territorio Episcopali insertam haberi. Et cum Iudex peculiarem in diiudicanda hac controuersia, praementionati priuilegii Regis Salomonis reflexionem habuisset et terram litigiosam Conuentui, id quod demonstratio cursus metarum in dictis litteris Salomonis contentarum per eundem facta verior sit, comprobanti — adiudicasset, certum euadit, iudicium quod, Werböczius P. II. T. 14. de inuigorositate priuilegiorum Salomonis pronuntiat, fundamento omni carere.

Ios. Koller Hist. Episcop. Quinque-Eccl. Tom. III. pag. 228 — 252.

LXXIII.

A. Ch. 1059. *Chresimirus Rex Croatiae iura Monasterii S. Ioannis Eu. confirmat.*

Anno ab Incarnatione Domini Nostri Iesu Christi MLIX. Indictione X. regnante Cressimiro Rege Chroatorum et Dalmatiarum, mense Februario, in Ciuitate Belgrado, Dragoslao Priore et Theodosio Episcopo, absolutionis et libertatis Cartula facta est, Monasterio S. Ioannis Euangelistae nuper, sito in eodem loco, praesente Andrea Abbate eiusque fratribus, ipso Rege iubente, hoc modo: Ego Chresimir Rex, tibi, Venerabili Abbati Andreae, tuisque fratribus, tuoque Monasterio, quod mea iussione, et solatio, immo magis vestro labore, inchoatur, et perficitur, tribuo, et concedo, ita vt praemisso Ecclesiastico iure, nulli homini subiugemini, nisi Deo summo, cui vestram

militiam deuouistis, vestrumque Monasterium sit absolutum ab omni fiscali tributo, excepto, quod gratia caritatis, in solemnitate eiusdem Ecclesiae, Episcopo loci ipsius, agnus vnus, ampulla vini largiens, tribuatur, et his largitis, non Episcopo, non Priori, vobis illicite, ausu temerario liceat dominari. Et ne haec nostrae difinitionis paginula, solubilis per labentia tempora videatur, coram Apochrisario S. R. Ecclesiae, Venerabili Abbate Maynardo, misso a Nicolao Sanctissimo Papa, roboramus perpetuo permanenda, cui et iure perpetuo adhaereat tradita a nobis insula, quae vocatur Zuris, et Curte in loco contiguo ciuitatis, quod Rogouo dicitur, cum omnibus possessionibus ipsius monasterii, constantissime confirmamus. Si quis autem hanc iustam nostram diffinitionem tentauerit soluere, maiestatis iram incurrat superne, et nostris sit legibus reus, aurea componat pondera centum, et haec nostrae distinctionis cartula in sua firmitate permaneat. Goyzo Bano testis, Boleslao Tepizo testis, Prizanego Iuppano de Luca testis, Episcopus Theodosius Belgradensis testis, Drayoslao Priore testis, Iuraina Iuppano de Sidraga testis, Prior Drayo testis, Drayo de Costrizza testis, Georgius Vrattaro testis.

Lucius, in Schwandtneri SS. RR. Hung. Tom. III. pag. 156.

LXXIV.

A. Ch. 1059. *Idem Chresimyr Monasterio S. Ioanni Eu. immunitatem a tributis soluendis concedit.*

In nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis anno Incarnationis Iesu Christi omnium dominantis MLIX. abeunte, Indictione X. elabente, Beatis-

simo Papa Nicolao vniuersaliter mundo apostolicante, in orientis partibus, Constantinopoleos scilicet, Cumneno imperante, ac Belgradi Theodosio praesulante, ibidemque Dragoslao priorante, mense quidem Februario. Ego Cresimyr, Stephani Regis filius, Diuina fauente clementia Rex Dalmatiae, Croaciaeque, Andream, Virum Religiosum, Deo et hominibus dilectum, monendo, rogando, ab insula, quae Zuri nuncupatur, aduocaui, praefatae vrbis Pontifice, Priore, Clero, ac populo volente, cogente et collaudante. Quo aduocato, suisque fratribus his praedictis praesentibus, Episcopo, Priore, ac Belgradensibus Ciuibus in praesentia etiam D. Mainardi Reuerendissimi viri, et Ecclesiae Romanae Apochrisarii, Legati a supradicto Apostolico Nicolao, Regali Auctoritate, Magnatumque meorum fauorabili voluntate, scribi mandaui stabile priuilegium libertatis tali vsus eloquio: „Quia Deitatis opitulante gratia, tu Abbas Andreas, tuique fratres, meis precibus obtemperastis, Ecclesiam, super qua vobis superne supplicaveram aedificastis, et Christi coadiuuante misericordia, vestri laboris studio, mearumque rerum solatio, ad effectum perduxistis, concedo, faueo, annuo, tibi Andreae Abbati, et tibi regulariter succedentibus, hanc auctoritatem, et huius potentiae libertatem, vt praeter debitam Ecclesiasticae disciplinae reuerentiam, nulli mortalium potestati, mundanae, siue spirituali, subiecti habeamini, sed vsque adeo liberum sit et plenarie absolutum Monasterium SS. Ioannis Apostoli et Euangelistae, vt neque tributum, neque vectigal fisco Regali soluat, donaria secularia, debita Banis, Iuppanis, vel reliquis potentiolis prorsus ne-

sciat. Vt autem hoc affirmatiue stabiliatur, illud in audientia, et in adentia praelibatorum astantium, Regaliter auctorizo, dominaliter arroboro, potentialiter confirmo, vt ita definitum, itaque determinatum habeatur, ne vnquam alicuius praesumtuosi temeritate, vel sacrilego ausu profani cuiusuis corrumpatur, sed vt assignatum et descriptum est, aeternaliter fixum teneatur. Volo etiam, et affectuose concedo, ac concessiue affirmo, eadem Regali auctoritate, vt tota insula Zuri sit propria et specialis praetaxati monasterii, cum vniuersis illic consistentibus, tam ex ipsa natura, quam manuali positura, cum terris arabilibus, siue non, siluis, saltibus, puteis, fontibus, pascuis in valle, aut montibus, pratis, siccis aut virentibus, et loci eius locis omnibus, quin et cella, quae in ea est tempore in termino Catholica fidelitate huic sublateralis obice sine vllo efficiatur. Quia vero non inceptor operis dignus laude habetur, immo voti compos et efficax pro meritis glorificatur; omnis enim laus in fine canitur, et ibi necessario deuote orantium cessabit oratio, vbi spes aufugit humanae vitae, si careat vitali suffragio; eadem Regali auctoritate, vna cum Guoizone Bano, meisque Primatibus, concedo, fauco annuo, tibi Andreae Abbati, omnibus quoque Beatissimi Ioannis monasterium iuxta patrum instituta regentibus, Rogoua Curtem in condescensione collis proximi, et imminentis Belgradiensi ciuitati, positam ab aquilone, cum omnibus suis pertinentiis. (Omnia nominatione et finibus terrarum Regalium) Si quis autem haec Regalia beneficia collata, et regaliter auctorizata, Monasterii S. Ioannis Apostoli et Euangelistae, pro ani-

mabus meorum parentum, tam praeteritorum, quam futurorum, mea quoque, nefario conatu violare, aut minorare, aut extrahere praesumserit: ira diuini furoris illi abundanter affluat, et sicut ille Iudas proditor dispereat, insuper illorum CCC. XVIII. Sanctorum Patrum maledictionem habeat, lege Christiana careat, Regali Fisco Croatiae subjaceat, centum videlicet auri pondera solvat ei, quicunque hoc in Regno regnauerit. Vt autem sic auctorizabile, vt dictum est, teneatur, horum legitimo astantium testimonio, verissimaque approbatione corroboratur. His omnibus praesentibus, collaudantibus, et haec omnia bona pleniter confirmantibus. Inprimis Domino Mainardo supra dicto Apochrisario, Laurentio Archi-Episcopo, Raynerio Croatino Episcopo, Theodosio et Prestantio Episcopis, Goyzone Bano, Bolleslao, Teuzone, Priuanego, Iupano de Luca, Dragoslao Priore, Iuraina, Iupano de Sydraga, Drago Priore, Drago de Castriza, Dabreina Priore, et Petro filio eius, Gregorio Petrainna armati, Druse, filio Episcopi Prestantii, et fratre suo Madio, Michaële et eius fratre Petro, Braneico et eius fratre, Pisa Capellano, eiusque filio Budizo, Iohanne Ennucho, Schytonosa et fratre suo Post-Iuppano, Chruchenna Drasen Post-Iuppano de Blatta, Sabachio, et eius fratre, cum pluribus aliis.

Lucius, in Schwandtneri SS. RR. Hungaricarum T. III. pag. 155.

LXXV.

A. Ch. 1064. *Fundationales Monasterii S. Nicolai Monialium Tragurini litterae.*

Aprizo Sacolaristich pro aeterna gloria concessit eidem Monasterio S. Iohannis Euangelistae,

terram in Elzani, testibus his, Radoslao Lissizai, Musam, et Stephano fratre Radoslai, et hoc sub Petri Abbatis tempore. Habuit autem Aprizo hanc terram tali ordine; quadam die hic Aprizo Regem Cresimirum, ac Reginam hospitio suscepit, Regali apparatu eis coenam ministrauit, qua peracta, eos largis muneribus honorauit, Regi per se optimum puerum cum optimo equo attribuit, Reginae vero ancillam optimam donauit, et Regis Schitonosse scutum et lanceam, et aliis diuersis, diuersa dedit munera. Alias vero terras interiacentes eidem Rex condonauit Monasterio S. Ioannis, sub tempore Petri Abbatis; terram autem in Chamennani, quidquid est ibi, arabile, effectus ibidem vnus ex fratribus, donauit eidem Monasterio Pribinna Gussichius, et hanc terram concessit ei Rex Chresimir, pro benedictione post tonsionem Capillorum. Ego Morimir pro aeterna gloria dono totam partem alodii mei, volente et consentiente, et collaudante fratre meo Draselo, quod incipit a valle SS. Cosmae et Domiani vsque ad territorium Monachorum S. Thomae.

Lucius de Regno Dalmatiae Cap. XV. in Scriptoribus RR. Hungaricarum Schwandtner editarum Tom. III. pag. 160.

LXXVI.

A. Ch. 1067. *Fragmentum litterarum fundationalium Abbatiae de Zázty per Comitem Petrum erectae, ac per Salomonem R. H. confirmatae.*

„Tandem ego Comes Petrus rogaui Regem cum Duce Magno, et cum Duce Ladislao - - - - Vt autem hoc meae concessionis donum sequenti aeuo inconuulsum permaneat, testium aliquorum nominibus attestari fecit Rex Salomon: Dux

Magnus, Dux Ladislaus, Archi-Episcopus Dersfi, Episcopus Ieronymus, Episcopus Alexius: palatinus comes Radowan, comes Erneii, comes Wydus, comes Markuch, comes Illya, comes Pethe, comes Hetey, comes Martinus, comes Wessar."

Pray Diatribe p. 66.

LXXVII.

A. Ch. 1069. *Laurentius A. Episcopus Spalatinus Ecclesiam S. Benedicti dotat.*

In nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Anno quidem Dominicae Incarnat. MLXIX. Indictione vero VII. Regnante Cresimiro Rege Croatorum et Dalmatinorum. Ego Laurentius, nuper Assarensis Ecclesiae Praesul, diuina ministrante Clementia, cuius absque nutu nulla consistunt, nulla inesse, nulla in mundo videntur deesse, Spalatinae sedis electus et ordinatus Archiepiscopus. Igitur magnitudinem miserationis eius considerans, Imperiumque formidans, et illud quod exigiturus est, quandoque in iudicio futuro expauescens, dicente scriptura, cui plus committitur, plus ab eo exigitur, caepi aequanimiter de tanto mihi grege a Domino commisso, quomodo qualiterue ibi aeterni verbi possim concedere pastionem, denique prout aetas, aut sexus cuiuscunque exigebat, diuina largitate suggerente illis necessaria sufficienter subministrabantur. Verum tamen locus, immo portus feminino sexui perfectae Saluationis nusquam inueni, in quo religiosam, et Deo placitam vitam agere posset; vnde factum est, vt communi cum Concilio locum sibi vtilem aptarem, Monasterium construendum Clericorum et Laicorum fidelium, Valizae Prioris, cum suis Nobilibus cunctis. In-

uento itaque loco cum Ecclesia, quae ad honorem S. Benedicti constructa fuerat, quae etiam Cella Beatissimi Domnii Pontificiis et Martyris Christi, Clerici et Laici sub iureiurando confirmauerant esse. Inuentae quoque sunt et personae, quae ibidem Deo deuote adessent seruiturae; inprimis Domna Chatena Nobilissima feminarum, quam postea Abbatissam vidimus Domino volente, sua cum sorore Stana, Donnaque Anna, et Donna Agapis, ac Donna Vera cum caeteris Deo deuotis personis. Quibus, vt superius, cum communi consilio locum concessimus ad Monasterii constructionem, et ad nostrarum omnium animarum dignam remunerationem: tali denique pacto, talique confirmatione, quatenus sit illud praelibatum, Deo volente, Monasterium ita liberum et absolutum ab omni saeculari nexu, ab omnique pactione securum, quemadmodum Monasterium Protomartyris Stephani, a nostris Antecessoribus statutum et ordinatum videtur. Quibus inprimis ad auxilium et solatium, inferiorem pauimentum cum Canera turris S. Petri, omnibus eiusdem Ecclesiae creditariis consentientibus, concessimus. Inprimis Duimo Zoppo, Formino Dudichino Presbytero Bisantio, Duino Dragauiti cum Marcula vxore sua, et filiis suis Pedrana et Drago, Donna Anna, muliere – – – – – – – Naplate, non enim ibi congregatio esse poterat sine hoc. Haec enim ante horum notitiam testium donatio facta fuit, videlicet dono Ioannis Monachi Venetici, Gregorii Presbyteri, Masca, Petri Archidiaconi, Presbyteri Petri, omniumque Clericorum, Prioris Valizae Meliodemi praenominati Duimi, Claudi Mesagalina, Duimo filio Valizae praenominati, Duimi Draga-

uiti, ac Nobilium Laicorum Ciuitatis Spalatinae. Sed quia incongruum et inutile videbatur eisdem sanctimonialibus fratres vel seruitores sexus masculini pariter commorare, habito consilio, studiose locum, in quo Prouisores ancillarum Dei, seorsum manerent, perquirere statuimus. Itaque Dei ordinatione, locus et Ecclesia, quae a bonae memoriae Viro S. Sacerdote Andrea quondam, ad honorem Sanctae Dei Genitricis et Virginis Mariae constructa videbatur, inuenta est. Vnde communi omnium Clericorum ac Laicorum, Prioris videlicet memorati, omniumque Nobilium voluntate, nec non illo eodem consentiente, cui eiusdem Ecclesiae cura fuerat data, in potestate Dei seruorum ad regendum commodatae, illam praefato Coenobio, cum terris ac vineis, vel libris, seu quidquid habere videbatur, ad auxilium firmantes perpetue concessimus. Ita quidem, vt restaurationem sui status, nullo tempore, quod est illud aedificii, vel diuini officii, amitteret. Ad haec ante stabiliuimus, si habuerint nauigia, siue commercia, eant et redeant. Piscatores Gyrrum sibi galetam praebeant vnam, alii autem piscatores singulos cum habuerint deferant pisces. Quodque nauigium frumenta deferens singula modia contribuant. Terra quae prope Monasterium est, quae dicitur ad gusternam, quia in commune erat, sibi concessimus. De sororibus autem, quae nunc, domino seruiturae, ibi ingrediuntur, et quae, eodem inuitatae, ingressurae aderint, suis facultatibus, vino, territoriis, libera cuncta, quae in praefato monasterio obtulerint territoria, volumus abesse ab humano cuncta seruitio, et ab illo, quod Zirum dicitur. Verum tamen et hoc, quod si-

bi iniunctum est a nobis, gratia honoris nostrae Metropolis Ecclesiae, in praecipua festiuitate, videlicet beatissimi Domnii, duos quippe cereos, singularum librarum, et duas oblatas tantum offerant in tributum. Dein vero nulli subiaceant tributo, nulliue subsistant, nisi gratia dilectionis, et munere orationis. Acta sunt autem haec mense duodecimo, ante notitiam horum testium, in primis Valizae et Nichodemi, Priorum, Petri Archidiaconi, Michae Archipresbyteri, Domni Ioannis Presbyteri, et Monachi, Basilii Capellani, Stephani Presbyteri, Diaconi Fusconis, Presbyteri Ioannis, Presbyteri Pepini, Michae Presbyteri, Martini Presbyteri, Ioannis iudicatoris, Duimi Domini Petri, Ioannis Mesagellinae, et fratris ipsius Ioannis de Porta, Duimi Donni Dragi, Formini Rusicae, et omnium Clericorum Sancti Domnii et Laicorum Spalatinae vrbis. Siquis autem, quod absit, huius nostrae confirmationis violator temerario ausu exstiterit, iratum habeat trinum et vnum Deum et CCCX. et VIII. Sanctorum Patrum consequatur maledictionem, et cum Iuda perpetuam sustineat damnationem; ego vero Theodorus, licet immeritus Presbyter, et Cancellarius Ecclesiae S. Domnii, pro iussione Domini mei praenominati Archiepiscopi, huius confirmationis dictaminis Scriptor et testis sum.

Lucius in SS. RR. Hungar. Schwandtneri Tom. III. pag. 162.

LXXVIII.

A. Ch. 1069. *Chresimir iura monastorii S. Thomae firmat.*

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis anno quoque Dominicae Incarnationis MLXIX. In-

dictione VI. Mense Octobris. Ego Chresimir Rex Croatorum atque Dalmatinorum, testimonium facio cum omnibus Nobilibus meis, quod monasterio S. Thomae Apostoli, sub manu Dominae Dobrizae, eiusdem Monasterii matris, confero firmum stabilemque obseruando, decerno scilicet, vt idem monasterium a modo deinceps, absque omni tributo perpetuo existat liberum, ita, vt nec mihi, nec meis successoribus, cuiuslibet consuetudinis debito implicatum esse videatur, nisi tamen voluntariam exhibens honorificentiam, quatenus omnium ancillarum Dei, in eodem commorantium Coenobio, libertas, et diuturna quies omnium secularium infestatione exemta, licentius atque instantius suo possint famulari Creatori, cui se sub Sacrae legis iugo libentissime subdidisse noscuntur; quapropter iam dictum Coenobium, non solum libertati donamus, verum insuper, et Regale territorium, in loco qui Rosochatiza vocatur, incipiente ab ipsa Rosochatiza, vbi sunt duae funtanae, et vsque ad puteum, qui manet iuxta terram Mogorouici longitudine, et in latitudine a monte Tini vsque ad Vinum, et ibidem Smurdalani, incipiente a termino vallis, vsque ad pedem montis Tini. Si enim quandoque quislibet meus successor interuenerit, huiusque mei decreti stabilitum parui penderit, et ex omnibus, quae a me fideliter statuta sunt, aliquid minuere, vel transgredi voluerit, iram habeat omnipotentis Dei, et omnium sanctorum super illos maneat, nec non et CCCXVIII. Patrum anathematis vinculo innodentur, et in nouissimo ac tremendo examine, cum Diabulo, suisque ministris ac Iuda traditore, damnetur, et inexstinguibilis flammae incendio

crucietur. Huius denique rei stabilitum palam actum et coram his testibus roboratum: Laurentio Archiepiscopo, Rainerio, Croatico Episcopo, Goizone Bano, et alii plures. Ego praedictus Rex Chresimir, per caritatem Dei, et Beatae Mariae Virginis, nec non et Sancti Thomae Apostoli, aliquam benedictionem dono pro redemtione animae meae, meorumque successorum et monasterii praedicti S. Thomae, situm in Ciuitate Belgrado, idem terras in Sidroga nominant, vt sint perpetuum illorum, et qui post nostro discessu aliud aliquid corrumpere tentauerit, maledictus sit a Deo omnipotenti, a Beato Thoma Apostolo, et ab omnibus Sanctis Dei et cum Iuda particeps fiat in aeternum incendium. Et haec contra his, donum mihi concessit optimum equum. Haec facta sunt coram his testibus, Episcopo Theodosio, Drago Priore, Reinerio Croatino Episcopo, Goizone Bano, et alii plures.

Lucius, in Schwandtnerii SS. RR. Hungar. Tom. III. pag. 157.

LXXIX.

A. Ch. 1071. *Idem Chresimir iura Arbensis Ecclesiae confirmat.*

Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi MLXXI. Indictione IX. die VIII. Mensis Iulii, tempore Domini Alexandri Papae vrbis Romae. Ego Cresimir, Rex Croatorum et Dalmatinorum, in simul meis cum Principibus iusticiam Arbensis Ecclesiae retinentem et eam in protectione nostra suscipientes, volumus et perpetuo iure assentientes firmamus, vt dicta Ecclesia habeat suas Parochias, scilicet: Iuppam, quae fuit sub Alpi-

bus, a castro latine Murula vocitato, Sclauonice Stenize vsque ad flumen Copriue, et Ecclesiam S. Georgii in Rauuna, Chissam, suis cum pertinentiis, tantum retinentes de iure suo paucas villas, Pagi, Pezzani, Muroulani, Vlassici, quas, et si pro malo habent, nouo dedimus Episcopo Nonensi, Iuppam Licchae, Iuppam Bruccari, et Bozzachi, et hoc statutum volumus perpetuo inviolabile manere, sicut semper a maioribus natu didicimus, dictae iam Ecclesiae inuiolabile perstitisse. Quicunque autem nostris de successoribus hoc priuilegium perturbare, et ei vim inferre aliquo monimine attentauerit, nostro iudicio pellatur a Regno. De inferioribus sancimus componere centum libras auri, Regali Curiae medietatem, et Sanctae praedictae Arbensi Ecclesiae aliam medietatem. Ad roborem, et vigorem nostraeque Cartulae dationes, assertionisque iustitiae mitram nominis nostri impressis litteris praelibatae donamus Ecclesiae, et nostri sigilli impressione firmando roboramus. Indictione IX. datum est hoc priuilegium Arbensi Ecclesiae, in Castro Belgrado, per manus Ioannis Diaconi, et Domini Regis Notarii, coram communi curia.

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hungar. Tom. III. pag. 228.

LXXX.

A. Ch. 1078. *Vestigium litterarum Suinimiri, al. Demetrii regis.*

Ego Suinimir qui et Demetrius gratia diuinitus collata subministrante et sagacis vigore scientiae vere coëlitus cooperante Rex totius Croatiae simulque Dalmatiae.

Corp. Hist. Byzant. Tom. XXII. p. 233.

LXXXI.

A. Ch. 1078. *Gregorius PP. VII. ad Michaelem Slauorum regem lites inter Spalatinum et Ragusanum A. Episcopos compositurus scribit.*

Gregorius Papa (VII. Ep. Lib. V. Ep. XII.) Michaëli Sclauorum Regi salutem et Apostolicam benedictionem. Cognoscat debitae tuae deuotionis circa sedem Apostolicam reuerentia, Petrum apud vos dictum nostrum Legatum adhuc nostram non aduenisse ad praesentiam: suas tamen misisse litteras, quae ita vestris dissonantes existunt, quod vestram causam, seu Ragusinae Ecclesiae, penitus finire nequiuimus, quapropter Petrum Antibarensem Episcopum, atque Ragusanum, siue alios idoneos nuncios, ad Nos mittere oportet, per quos de lite, quae inter Spaletanum Archiepiscopum, ac Ragusanum, iustitia, possit inquiri, ac canonice diffiniri, tuique Regni honor a nobis cognosci; tunc vero recognita, tuae petitioni iuste satisfacere, secundum quod cupimus, valebimus, ac in dono vexilli, et in concessione pallii, quasi Charissimum Beati Petri filium, dictante rectitudine, audiemus. Datum Romae quinto Idus Ianuarii, Indictione I.

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hungar. Tom. III. pag. 142.

LXXXII.

A. Ch. 1078. *Suinimirus Rex Croatiae iura A. Episcopatus Spalat. confirmat.*

In nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis, anno scilicet ab Incarnatione D. N. I. Christi ML. XXVIII. Indictione prima, ego Suinimir, qui et Demetrius, gratia diuinitus collata subministrante, et sagacis vigore scientiae vere coelitus attri-

butae cooperante, Rex totius Croatiae, simulque Dalmatiae, perspicaci suspensae mentis intuitu praecipites rerum mundanarum transitus prospiciens, et non sine admiratione nullas earum stabiles, nec alicuius spei futurae beatitudinis collectiuas inueniens, eis modo exceptis, quae Deo, et electis eius, quasi accomodatiue, quia centies duplicatae redient, commendatae, vna cum Gregorio Venerabili Croatico Episcopo et Tepei, Dominico, meorum Comitum, aliorumque nobilium, communi fulcitus consilio, salutare, ac proutile ducens, tam mihi quam meis successoribus, et vniuersalitate multiplicum mei Regni climatum Beatissimo Spalatensis Sedis Pontifici ac martyri, Domnio, tempore videlicet Laurentii Reuerendissimi Archi-Episcopi Ioppani, eam quam Centenam aiunt, sine vlla contradictione omnium eorum, quicunque post me hoc in Regno successerint, affirmatiue corroboro, corroborationem ab omni parte perenniter habendo concedo; sic, vt quantacunque longitudine seu latitudine protenditur, eius sanctificae Dominationi plane omnino subiiciatur, ita dico, et hoc edico, vt quidquid ad Ecclesiasticae dispensationis orginem sano intellectu pertinere videtur, plenius habeat Christianae fidei doctrinam, vbique teneri faciat ordinatos, tam Presbyteros, quam alios, vt caste viuant, constringat, ordinandos ordinari, et Synodis vti faciat, discordes Canonicali regula pacificare studeat, primitiarum ac decimarum omnium, quae legaliter decimari possunt, et debent, tam a maioribus, tam a minoribus, generaliter iura recipiat, viuorum et mortuorum Ecclesiae debitas oblationes perpetualiter possideat. Hoc autem ideo feci,

vt Deus et Dominus noster Iesus Christus, et gloriosa eius genitrix et Virgo, Sanctus quoque Petrus, et Beatissimus Domnius, contra omnium aduersantium molimina, vires et triumphum in terris conferant, et in Coelis apud Summum iudicem peccatorum veniam exorantes, dignentur praeparare gloriam. Si quis autem quod absit, hanc nostram donationem dirrumpere conatus fuerit, ira omnipotentis Dei veniat super eum, et maledictiones CCCXVIII. Sanctorum Patrum incurrant super ipsum, et XII. Apostolorum, atque in aeterna damnatione perpetim sustineat combustionem, nec non sexaginta libras componat auri, medietas quarum Regali inferatur fisco, altera vero praefatae Ecclesiae Beatissimi Domnii conferatur. Hoc vero nostrum obseruantes decretum locum, amoena loca vbi piorum animae requiescunt, Elisii possideat amoenum. Acta sunt haec ante notitiam horum testium. Inprimis quidem Helenae gloriosissimae Reginae, Gregorii Venerabilis Chrbatici Episcopi, Ioannis Venerabilis Abbatis Coenobii S. Bartholomaei Apostoli; dein Dominici Tepsi, Pribinne Cetinstici, Iacobi Gitfaci, Adam Nonensis Iupani, Stersinne Bribirstici, Desinne Corbaustici, Dominici Iadrensis sacerdotis et Stephani Capellani et Presbyteri S. Nicolai. Et ego Theodorus, licet immeritus Sacerdos, iussu Domini mei Regis praenominati Suinimiri, qui et Demetrii, atque Domini Gregorii sui Episcopi scriptor huius Decreti et testis sum ibidem.

Lucius, in Schwandtneri SS. RR. Hungar. Tom. III. pag. 158.

LXXXIII.

A. Ch. 1079. *Stephanus rex Croatiae monasterium S. Benedicti pro monialibus fundat.*

In Christi nomine, Stephanus ego, nutu Dei Croatorum et Dalmatinorum Rex. Huius paginis seriem, vel dictaminis causae, cunctis nostri Regni Comprouincialibus, ad futurorum Diutue – – – – – gratiae nostrae his studui scriptis – – – – cum igitur omnipotentis Dei pietas, me suae clementiae Patrum, Auum, proauumque solio in Regio, omnibus Croatiae et Dalmatiae Nobilibus collaudantibus, exaltauerit honore, vniuersa Nobilitas, seu exigui populi manus, ac caeteri Ecclesiarum Coenobiorumque Rectores, vel retroactis pro Causis, et – – – – – – confirmatio – – – – arum vel gratiae communis nostri Regni vtilitatis ad nostra, vt maioris, est cu – – – – – imperantibus confluere coeperunt. Itaque mater et procuratrix sanctimonialium Spalatini Coenobii S. Vid. Benedicti M – – – – – – inter hos nostri praesentiae. vna cum quibusdam suis sororibus, quoddam scriptum, a nuper Rege defuncto Suinimiro concessum, sibi hoc: ad op. sui Coenobii, de quodam territorio regali, qui in loco, qui dicitur Lasani, habetur, secum defferens in die Natiuitatis sanctae Dei genitricis et Virginis Mariae se medium statuit, et hoc idcirco e – – – at, vt quemadmodum a memorato Rege illud donationis scriptum habebatur ratum, atque firmatum, pari modo, immo meliori, a nostra regali dignitate, cum nostri impressione Sigilli roborari, nec non perpetino deberet firmari. Quo cognito, tum illarum precibus flexi, tum nostrorum Nobilium consilio suffulti, quod postulauerant, adimpleri,

illis praecipimus. Igitur memoratum territorium, iam dicto in loco, inconcussum perpetualiter atque inuiolatum, ad opus praescripti monasterii, cui et terras, quae Postize nominantur firmamus; ita quidem, nostrorum successorum nullus, vel cuius libet persona magna, vel parua, nullo modo his nostris firmationibus, et sigilli impressione contraire debeat. Quodsi, quod absit, aliud aliquis agere temptauerit, et praenominatam domum Dei, his terris disuestire voluerit, trinum et vnum Dominum habeat iratum, et CCCXVIII. Sanctorum Patrum consequatur maledictionem, et cum Iuda traditore in inferno mancipetur. Actum est hoc apud Castrum Sibenico, in die praefatae solemnitatis, ante notitiam horum testimoniorum, inprimis Laurentii Archiepiscopi, Iohannis Tragurini Episcopi, Petri Spalatini Archidiaconi, Presbyteri Petri Spalatini, Iacobi Morstici, Vbomiri, Epzi, Strezigne, Berberistici, Viseni, Zetinstici, Dragoslaui, Iagorstici, Vracina, Polstici, Ofrina, Dridistici, Desimiri - - - - Colano, Epiciza ac caeterorum nostrorum Nobilium. Ad haec quoque, causa diuini Amoris, a parte nostri sibi concessimus perpetuum Salonae molendinum, similiter et starea, quae est propria nostra - - - - testibus confirmantibus; quibus eis omnibus Legatum Iupanum Cenaene Iusenum videlicet dedimus - - - - (Membrana in calce corrosa est ita, vt an sigillum appensum fuerit, cognosci nequeat).

Lucius, apud Schwandtner, in SS. RR. Hungar. T. III. pag. 140.

LXXXIV.

A. Ch. 1086. *Henricus III. Imp. in coniunctione Morauiensis Ecclesiae cum Pragensi Episcopatu, Vngarorum limites eidem addit.*

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Henricus tercius Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus (praemisso eo, quod Ecclesia Morauiensis iam temporibus I. Ottonis Imp. Pragensi Episcopatui vnita fuerit, proceditur ad designationem antiquorum limitum eiusdem Episcopatus — sequentibus). „Inde ad orientem hos fluuios habet, et terminos: Brigscz (Bug) et Ztir cum Cracouia Ciuitate, prouinciaque, cui Wag nomen est cum omnibus regionibus ad praedictam vrbem pertinentibus, que Cracoua est. Inde Vngarorum limitibus additis, vsque ad montes, quibus nomen Tritri, dilatata procedit. Deinde in ea parte que meridiem respicit, addita regione Morauia, vsque ad fluuium, cui nomen Wag est, et ad syluam mediam, cui nomen est Mere (i.e. More) et eiusdem montis eadem Parochia tendit, qua Bauaria limitatur etc. Datum III. Kal. Maii anno incarn. Domini millesimo LXXXVI. Indiccione IX. anno autem Domini Henrici regni quidem XXXII. Imperatorii vero III. Signum Domini Henrici III. Romanorum Imperatoris Augusti.

Gelasii Dobner Monum. Hist. Boemiae Tom. III. pag. 129.

LXXXV.

A. Ch. 1092. *Decretum 1-um S. Ladislai.*

Regnante Creatore et Saluatore Domino nostro Iesu Christo. Anno incarnationis eius Mil-

lesimo nonagesimo secundo, XIII. Kal. Iunii in Ciuitate Szabolch sancta Synodus habita est, Praesidente Christianissimo Vngarorum Rege Ladislao, cum vniuersis Regni sui pontificibus, et abbatibus, nec non cunctis optimatibus cum testimonio totius Cleri et populi. In qua Sancta Synodo Canonice et laudabiliter haec inuenta sunt decreta.

Reliqua videantur in Corpore Iuris Tom. I. p. 130. et sqq.

LXXXVI.

A. Ch. 1093. *Circiter: Decretum alterum eiusdem Ladislai.*

Temporibus piissimi Ladislai Regis omnes nos Regni Pannoniae optimates, in Monte Sancto Conuentum fecimus, et quaesiuimus, qualiter malorum hominum impedirentur studia, et gentis nostrae expedirentur negotia. etc.

Reliqua videantur in Corpore Iuris Tom. I. p. 133. et sqq.

LXXXVII.

A. Ch. 1094. *Circiter: Decretum eiusdem tertium.*

Hoc decreuerunt, hanc legem constituerunt: vt nuncius Regis per omnes ciuitates dirigatur, qui congreget Centuriones et Decuriones eorum, qui vulgo Ewrii vocantur, cum omnibus sibi commissis et praecipiat eis. etc. etc.

Reliqua videri possunt in Corpore Iuris Tom. I. pag. 136. et sqq.

LXXXVIII.

A. Ch. S. a. Vestigium literarum metalium Possessionis Kajár a S. Ladislao editarum.

Harum mentio fit in litteris Capituli Iaurinensis d. a. MCCCCLVII. seriem metalis reambulatio-

nis inter possessionem Kajár Monasterii de Bakonbél, et Lovász—patona, Hieronymi Kolos de Néma in se complectentibus — modalitate sequenti: „Qui demum exinde ad nos reuersi - - - - retulerunt - - - - - - - quod iuxta formam tenoremque et continentiam - - - - literarum felicis Reminiscentiae Beatissimi Ladislai Regis metalium super reambulatione et distinctione metarum - - - - possessionis Kajár emanatarum et illae per - - - - Dominum Gregorium Episcopum ac Gubernatorem dicte Abbatiae in specie productarum."

E Czeckiani Collectione Diplomatica.

LXXXIX.

A. Ch. S. a. Idem S. Ladislaus dotem monasterii B. M. V. de Kolosmonostra ampliat.

Vestigium huius priuilegii temporibus Belae IV. occasione combustionis et destructionis mentionati Monasterii deperditi, conseruatum habetur in Literis Belae IV. d. ann. MCCLXIII. in Codice Dipl. Hungariae T. IV. Vol. III. p. 106.

*

Ann. incerto. Ladislaus I. Rex confirmat et auget iura Ecclesiae Agriensi per Stephanum Sanctum concessa.

Literas huius argumenti per Ladislaum I. editas olim praeexstitisse, et nonnisi temporibus Belae IV. occasione cladis Tartaricae deperditas fuisse, documento est Priuilegium eiusdem Belae IV. A. MCCLXI. elargitum et confirmationem antiquorum dictae Ecclesiae iurium complexum; quod in Codice Dipl. Hungariae T. IV. Vol. III. pag. 33. occurrit.

*

Ann. incert. Vestigia priuilegii per Ladislaum I. Nobilibus certis elargiti.

Szegedi in Tyrocinio Iuris Hungarici pag. 322. sequentem nectit narrationem originis sic dictorum Nobilium Scti Ladizlai prope Canisam: „Dum Rex Ladislaus sororem suam inuisurus Dalmatiam peteret, Rusticus quidam clauum de rota currus Regii excidisse aduertens, digitum inseruit, sicque spatio vnius iugeri Regem a lapsu praeseruauit. Quod Rex benignissimus aduertens, miratus simplicem, ast fidelem hominis obsequendi sollicitudinem, gratiam a se deposci iussit. Petiit ille, vt omnes eius pagi incolas Rex nobilitaret, fundosque, quantos ille horis aliquot obequitando circuiret ipsis attribueret. Annuit clementer Ladislaus, exolutisque prioribus possessoribus, Creaturas suas lati fundiis amplissimis dotauit.“

*

Ann. incert. Colomannus Rex Maurum nobilitate et fundis donasse fertur.

Videatur Tyrocinium Ioannis Szegedi, vbi pagina 323. sequens nobilitati satoris familiae Baronum Vragouics historia continetur; eo addito, quod vltimus surculus eiusdem familiae amicis suis ipsas etiam Donationales saepius exhibere solitus fuerit: Dum v. l. Colomannus contra Venetos pro Dalmatia pugnaturus per Sclauoniam transiret, in cetero aulae Comitatu, Maurum quendam procerum admodum validisque lacertis praeditum secum duxit. Qui conspicans aurigam, Regis vectorem, Croatico falerno praegrauem, aegre habenas, nec sine periculo currus euertendi rectare;

hominem equo deturbat, pugnisque non inualide onustum humo allidit!! Ipse ex comite auriga effectus. Regem incolumem ad stationem nocturnam deuehit; in praemium fidelitatis obsequii nobilitate fundisque in Sclauonia non paucis ab Rege donatus."

XC.

A. Ch. 1096. *Gedefridus, Lotharingiae Dux, Colomanum R. H. ad reddendam necis crucesignatorum rationem euocat.*

Regi Vngarorum, Kalomano, Godefridus, dux Lotharingorum, et ceteri comprimores Galliae, salutem et omne bonum in Christo. Mirantur domini et principes nostri, quum christianae professionis sitis, cur tam crudeli martyrio exercitum Dei viuentis interemistis; terram vero et regnum pertransire interdixistis, et variis calumniis eos affecistis. Quapropter nunc timore et dubietate concussi, Tollenburg moram facere decreuerunt, donec ex ore regis intelligant, cur tam crudele facinus a Christianis persequutoribus Christianorum commissum sit."

Chronic. Hierosolymitan. L. I. Cap. II. Haec scripto tenus Colomanno intimata fuisse loquitur ipsa forma et tenor eiusdem nuntii.

XCI.

A. Ch. 1096. *Colomanus R. H. Gedefridum ad tractandam secum quaestionem inuitat.*

Rex Kalomanus duci Godefrido et omnibus Christianis salutem et dilectionem sine simulatione. Audiuimus de te, quia vir potens et princeps tua sis in terra, et fidelis inuentus ab vniuersis, qui te nouerunt. Iccirco te semper diligens ex

sola bona fama, nunc te videre et agnoscere optaui. Et exinde consilium accepi, vt descendas ad nos in castellum Cyperon sine opinione alicuius periculi; et vtraque ripa paludis residentes totum colloquium teneamus de omnibus, quae a nobis requiris, et quorum nos reos arbitraris. (Anno MXCVI.)

Chronicon Hierosolymitanum Lib. II. Cap. III. pag. 21. Hoc responsum non orale sed litteratorium fuisse ipse contextus indigitat. Inducitur enim ipse Rex Colomannus qua loquens, quod, cum res per legatos acta habeatur, secus concipi non posset, quam si eos scriptum nuntium attulisse assumatur. Confirmat id ipsum ratio, qua responsum hoc eidem chronico intextum habetur: „remisit legatos cum legatis de domo sua, vt duci et primis exercitus in hunc modum regis responsa portarent.“ Vnde iam Katona Hist. Crit. Tom. IV. p. 47. illud nomine epistolae insignit.

XCII.

A. Ch. 1102. *Idem Colomanus contra Henricum V. Imp. copiis Boleslai Poloni cupit fulciri.*

Inuictissimo Polonorum, ac Maritimorum (Pomeranorum) Monarchae, Boleslao, Colomannus Vngarorum rex. Quidquid amicissimorum intimo ratio suadet, honestas postulat, vt communi conuenienter succurratur incendio. Nam Tua res agitur, paries cum proximus ardet. Nec ob aliud Lemmanorum locustae vsque ad nos irrepsere; quoniam vt nostris, quod absit, depastis vineis, vestris facilius insiliant oliuetis. Quia ergo res experta experimentis non eget, non in nobis amicitiam, sed amicitiae vires in hostibus nos conuenit experiri. Etenim nocte scintillat, nocte radiat verus amicitiae carbunculus.“

Apud Vincentium Kadlubko. Hist. Polon. Lib. III. epist. V.

XCIII.

A. Ch. 1103. *Decretorum Colomani libri duo.*

(Videantur in Corpore Iuris Edit. Anni 1822. pag. 140. et sqq.)

XCIV.

A. Ch. 1105. *Ingressus Colomani R. H. in ciuitatem Iadrensem monumentum.*

Anno Incarnationis D. N. Iesu Christi MCV. Indictione III. regnante piissimo Colomanno, Croatiae et Dalmatiae primo anno, quo triumphaliter Iadram ingressus est, etc. et infra: At postquam diuino nutu, per Colomannum, Sanctissimum Regem, pax terrae et mari est reddita, quisque nostrum coepit ire ad propria.

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hung. T. III. pag. 184. et 186.

XCV.

A. Ch. 1105. *Idem Colomanus se Dalmatiae regem, ac marium Dominum scribit.*

Nos Colomannus Dalmatiae Bosniae et Magnus Hungariae Rex, maris Adriatici et aliarum amplarum prouinciarum Dominus, Significamus omnibus, singulariter autem populo nostro gloriosae nationis Sclauonico; quod coram nobis nostrÿque praesentia Martini Lapsanovich de Iobanogov comitis de Karina, domini Lamoczkensis et Vaiuodae nostri Dalmatici, auus Radula heros, ternis vicibus Zuonimiri regis Dalmatiae caput, seu vitam conseruauerit; et quod ipse fuerit terror Bulgarini et gloria gentis suae, quodue septemdecim vicibus debellauisset Bulgarinum, et post haec cum

suis Curuczonibus in Cossouo campo conflixisset; vbi etiam cum septem suis fratribus occubuit. Quorum consideratione nos Martino dedimus et donauimus Comitatum Cettinae lege et conditione ea, vt is nobis nostrisque heredibus et successoribus vna cum suis heredibus et posteritatibus suo cum milite et glorioso suo populo fidelis sit ac subiectus. Hanc nostram regiam resolutionem confirmauimus coram Comitibus Dalmatiae, videlicet nob. Georgio Chachitorouich, nob. Georgio Chitorouich, Paullo nob. Guffich, nob. Obrad Cazmichitorouich, nob. Jamnetnotorouich. Qui omnes reddiderunt nobis gratias super hac donatione, Martino, magno Comiti de Carina facta. Scriptum hoc est Iadrae per Cancellarium Dalmatiae Petrum Beriszlauich, Comitem de Bochki. Anno incarnationis saluatoris nostri 1105. Quae donatio eiusdemque iustitia Budae confirmabitur. Colomannus m. p. Locus sigilli. (? ?)

Diploma hoc manifesta indicia falsae effabricationis praeseferens Kerchelich e croatico in latinum conuersum communicat in notit. praelim. p. 114.

XCVI.

A. Ch. 1108. *Circiter: Vestigium concilii prouincialis per Crescentium A. Episcopum Spalat. Iadrae, praesente Strigoniensi ablegato celebrati.*

Ego Gregorius Abbas S. Petri, recordationem facio, qualiter interpellaui cum Theobaldo, preposito Laurentii, Strigoniensis Archiepiscopi, in synodo Iadrensi, coram Archi-Episcopo Crescentio, et Gregorio, Iadrensi episcopo, nec non Lupo Arbensi Episcopo, atque Petro Absorensi, Dominico Veglensi, et Ioanne Traguriensi Epi-

scopo, et Duimo Abbate Scti Stephani, et Desa S. Gregorii Abbate, et Damiano, Traguriensi Abbate, et aliis pluribus, qui ibi interfuerunt."

Farlatus Tom. V. p. 53. Katona T. IV. p. 234.

XCVII.

A. Ch. 1109. *Colomanus R. H. donationes a Protorege Stephano monasterio B. M. Virginis factas, aliasque transcribit et confirmat.*

Anno Dominice Incarnationis Millesimo, centesimo nono, precipiente christianissimo Rege Columano, renouatum est hoc priuilegium de monasterio Besprimensium monialium. Causa autem renouacionis hec sunt: cum totum priuilegium Sancti Stephani de omnibus pertinentiis eiusdem monasterii cera sigillo eius insignita esset inuolutum, et incurabili necessitate quarumdem litigacionum fuisset apertum, causis, que emerserant, exstinctis, et exinanita fide veteris priuilegii oportuit nouum fieri, quod ea contineret, quae monasterium illud sine omni controuersia illo tempore obtinuit, quando ipsum priuilegium preceptum est renouari. Et hec sunt, que in ea vidimus et inuenimus esse ipsius monasterii sine omni contradictione, Symone Quinque-Ecclesiarum Episcopo, iussu regis et consensu Besprimiensis Episcopi diligenter perscrutante, et veritatem rei christianissimo Regi Columano referente. Videlicet villa Zaarberin cum quia LIV. mansionibus et totidem vineas ita, vt quelibet mansio annuatim dicto monasterio sexaginta cubulos vini debeant amministrare, sed terra ad ipsam villam pertinens est communis, et sylua ipsius ville habitatoribus, preter syluam coquine, qua circumiacet in metis.

Secundam villam Mama, in qua sunt aratores plaustrales, et alia officia pro vtilitate Ecclesie exhibentes, iuxta preceptum Abbatisse, dicte Ecclesie tempore constituto. Tertia villa Sondur in eadem libertate; quarta Kensa; quinta Chytun. Istas quinque villas, nostros Vduornicos, dicto monasterio dedimus iure perpetuo possidendam; in istis quinque villis Mama, Sondur, Kensa, et Chitun non est terra communis, et tota terra ipsarum villarum, scilicet akaratia circumiacet in metis, nec alicui liceat habitare, nisi prius Domina Abbatissa voluntate admiserit. Item villam Vamus cum X. mansionibus, in qua sunt operatores, scilicet fabri, et alia seruicia exhibentes, et terra est communis. Item Sanctus Rex Stephanus dedit villam Poloznik cum 8. mansionibus, sed terra est communis. Item sanctus Stephanus dedit villam Podrug, quarum terra non est communis, sed circumiacet in metis, ita tamen quod dictas possessiones tam in decimis, quam in magistratibus capelle, dictarum villarum, Episcopus Besprimiensis in nullo debeat molestare, vel in aliquo perturbare; totam monasterio nostro duximus pertinendam, sicut in donationibus regalium extitit consuetum; et eedem Domine in consecracione chrismatis et olei Ecclesie Sancte Strigoniensis pertineant. Item sanctus rex dedit portum et naulum Scigetfev vocatam cum VII. naucleris: et in villa Ticus eisdem fundum curie, et via. Item Sanctus rex dedit quamdam insulam Obada vocatam, et cum ea dedit villam Zamtov vltra Danubium cum XXX. mansionibus et Magistratibus capelle. Item in dedicatione Ecclesie Monasterii XX. mansiones, sicut

etiam in eadem villa XII. piscatores; tota terra ipsius ville dominium Abbatisse est in metis; quarum meta sic incipitur: a parte superiori in fine eiusdem ville meta lapidea; deinde vadit ad orientem, ad metam terream, qua vulgariter Erhat vocatur; deinde vadit ad duas metas terreas; deinde vadit ad tres metas terreas; post hec vadit ad partes meridionales, et ad magnam viam iniungitur. Deinde vadit ad monticulos, et ibi stat meta lapidea, quod Baluan vocatur; deinde reuertitur iuxta viam magnam, et veniet assidue per metas terreas ad nemus, quod iacet iuxta fluuium Danubii, et ibi meta terrea et sic terminatur totum teloneum fori, ac alias vtilitates eiusdem ville constituit. Item Sanctus Rex dedit quamdam insulam Syld vocatam cum terris et lacunis et X. mansiones ad procuracionem pecudum; et in illa insula habent piscatorem Sturionum; sed terra non est communis. Item dedit villam Sorlous aprocurandas apes, sed terra non est communis. Item dedit sanctus rex villam Girinchar in eadem libertate, sed terra est communis. Ex omnibus possessionibus istis non habet Abbatissa aliquos seruientes cum equis nisi solummodo LX. et tres mansiones carpentariorum, et duas mansiones fabrorum et vnum tornatorem, et custodes lagenarum; ceteri omnes sunt vel vinitores vel aratores, et alia seruicia exhibitores. Item dedit sanctus Rex portum Modochea, quod Thona vocatur, cum descensu ad piscacionem vsonum, et ad opus Monialium Sancte Marie seruiencium. Vetus autem priuilegium iuxta linguam auctoris Monasterii Grece scriptum, ideo adnotauimus, vt ex concordia veteris et noui cognosceretur certitu-

do veritatis. Licet iuxta inuestigacionem Quinque-Ecclesiensis Episcopi apposita sint quedam in nouo, que non inueniuntur in veteri, et que sancte Ecclesie accreuerunt in processu temporis. Quicunque autem aliquid de his, que in hoc priuilegio continentur, sicut vididimus in priuilegio sancti regis Stephani, presumserit minuere, maledictioni iusti Iudicis Dei, et sancte Marie, et omnium Apostolorum, et omnium fidelium Dei, sicut in veteri priuilegio scriptum est, subiaceat, et legem regni de peruasione Ecclesie Dei persoluat." Locus sigilli e dorsi membranae medio pendentis."

Ex ipso Autographo Originali diligenter erutum.

XCVIII.

A. Ch. 1114. *Circiter: Acta Synodi Strigoniensis.*

Incipiunt Capitula de Synodalibus Decretis Domini Archi-Episcopi Laurentii Strigoniensis Metropolitani et decem suffraganeorum suorum.

Caput I. etc. (videantur Acta haec in Caroli Péterfy Sacris Conciliis Eccl. Hung. Tom. I. pag. 55. et sqq. vbi ea per extensum recensita habentur.)

XCIX.

A. Ch. 1124. *Cuno Abbas apud Anselmum de Braz in Hungaria versatus.*

In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis, Cuono diuina gratia Stabulensis Abbas successoribus suis etc. „Anno igitur ab incarnatione Domini MCIII. Anselmus de Braz supra dicti Albrini filius, disponens in Hungariam ire accipit ab abbate mutuo XII. marcas et dimidiam, ea scilicet conditione, vt si ipse reuerteretur, vel aliquis filiorum suorum, qui etiam cum eo profecti sunt,

reddita praenominata summa beneficium suum reciperet, si vero contigisset eum exulem obire vna cum masculinae prolis haeredibus, fratres eandem Ecclesiam in proprios vsus retinerent pro sua et cognatorum suorum anima. Datum in Monasterio stabulensi Anno MCXXIV. etc.

Martene Tom. II. veterum Scriptorum Col. 85.

C.

A. Ch. S. a. Bela II. R. H. particulam terrae Siluan, hodie Nagy-Szilva, seruientibus suis Ura, et Zombath absque omni contradictione statui iubet.

Bela, Dei gratia, Rex Vngarie, fideli suo M. Comiti de Sarus, salutem et graciam. Cum nos fidelibus seruientibus nostris Vra et Zombat, et eorum eredibus in terra, Silwan vocata, particulam quamdam dedimus propter fidelia seruicia exhibita, iure perpetuo possidendam; prout plenius in ipsorum priuilegio continetur; quare fidelitati tue mandamus firmiter et districte: quatenus statim visis presentibus, eatis, et predictis Seruientibus nostris terram antedictam sine omni contradictione, postposita et occasione aliqua eisdem statuatis, ipsis methas omnes ipsius terre assignandas. Si quis autem nostre donacioni contrarius extiterit et rebellis, de nostro mandato et precepto predictos homines Vra et Zombat in Vestram recipiatis protectionem specialem, et ab omnibus molestare volentibus protegatis et defendatis, et aliud, si nostram graciam diligitis, non facturus. Datum Strigonii."

E membrana Originali Cymelii Episcopatus Quinque-Ecclesiensis. E stilo mandati, orthographia, ac litterarum pictura ad Belam II. arguitur referenda.

CI.

A. Ch. 1139. *Vestigium litterarum Ottonis Episcopi Bambergensis ad Regem Belam II. per Rudolphum Oeconomum suum submissarum.*

Mentio harum fit apud Biographum S. Ottonis *in* Canisio Edit. Basnag. T. III. P. II. p. 91. sequentibus: „Certus itaque de strenuitate Rudolphi Episcopus (quippe Otto) – – – – ad – – – regem Belam, magnum eleemonysatorem, cum litteris ac donariis eum direxit, parare amicitias ac societatem, notitiam quoque ac parilitatem studiorum in operibus misericordiae, accendere hominem sanctum ad desiderium futurae exspectationis, ad gaudium aeternae vitae atque beatitudinis. Bela igitur accepto nuntio auditisque litteris episcopi, spirituali gratia et diuina consolatione plenis etc."

Ibidem.

CII.

A. Ch. 1147. *Conradi Imperatoris ad Vibaldum Stabulensem Abbatem epistola, qua sui per Hungariam transitus mentionem facit.*

Conradus Dei G. Romanorum Rex Wibaldo venerabili Corbeiensi Abbati gratiam suam et omne bonum. Vt processus itineris nostri ad prosperitatem totius ecclesiae et honorem regni nostri tendat, suffragio orationum tuarum plurimum adiuuari speramus et petimus. De statu igitur incolumitatis nostrae, in quo adhuc fuimus, dilectioni tuae significamus. Sani, Deo gratias, et integri sumus. Per Hungariam descendentes in Graeciam vsque peruenimus, vbi a rege Grae-

eorum nobis honorifice seruitur. Praeterea fidelitati tuae dilectum filium nostrum attentius commendamus, rogantes quatenus pueritiam eius gubernare et regere tua non desinat prudentia.

Martene collectio Veterum Scriptor. T. II. col. 212.

CIII.

A. Ch. 1147. *Vestigium literarum a Borichio Duce ad Ludouicum VII. Galliae regem scriptarum.*

De his memorat Odo de Diogilo Lib. II. apud Petr. Franc. Chiffletium in Diatribe de genere illustri S. Bernardi: „Erat autem quidam Boricius nomine, qui ius haereditarium in Regno illo (Hungariae) clamabat, et super hoc Stampas Regi nostro (i. e. Ludouico VII. Galliae) literas miserat plenarie querimoniam exponentes. Hic dum Regi nostro veniret obuiam, literas suas sequens; offendit, in quo confidere posset, Imperatorem. Causam igitur suam illi exponit (multa promisit) immo sicut audiuimus, dedit, et ab eo spem sui iuris accepit etc.

Vid. Calles Annales Eccl. Germaniae Tom. II. P. I. pag. 467.

CIV.

A. Ch. 1151. *Circiter: Belae II. Regis Notarii in res Gestas Hungarorum prologus.*

P. dictus Magister ac quondam bonae memoriae gloriosissimi Belae regis Hungariae Notarius, N. suo dilectissimo amico, viro venerabili, et arte literalis scientiae imbuto salutem, et suae petitionis effectum. Dum olim in scholari studio simul essemus, et in historia Troiana, quam ego cum summo amore complexus, ex libris Daretis

Phrygii ceterorumque auctorum, sicut a magistris meis audiueram, in vnum volumen proprio stilo compilaueram, pari voluntate legeremus; petisti a me, vt, sicut historiam Troianam bellaque Graecorum scripseram, ita et genealogiam regum Hungariae, et nobilium suorum, qualiter septem principales personae, quae Hetumoger vocantur, de terra Scythica descenderunt, vel, qualis sit terra Scythica, et qualiter sit generatus dux Almus, aut quare vocatus Almus primus dux Hungariae, a quo reges Hungarorum originem duxerunt, vel quot regna et reges sibi subiugauerunt, aut quare populus de terra Scythica egressus per idioma alienigenarum Hungarii et in sua lingua propria Mogerii vocantur? tibi scriberem: promisi enim me facturum, sed aliis negotiis impeditus, tuae petitionis et meae promissionis iam poene eram oblitus, nisi me per literas tua dilectio debitum reddere monuisset. Memor igitur tuae dilectionis, quamuis multis et diuersis huius labioriosi saeculi impeditus sim negotiis, facere tamen aggressus sum, quae facere iussisti, et secundum traditiones diuersorum historiographorum, diuinae gratiae fultus auxilio, optimum aestimans, vt ne posteris in vltimam generationem obliuioni tradatur. Optimum ergo duxi, vt vere et simpliciter tibi scriberem, quod legentes possint agnoscere, quomodo reș gestae essent, si tam nobilissima gens Hungariae primordia suae generationis, et fortia quaeque facta sua ex falsis fabulis rusticorum, vel a garulo cantu iaculatorum quasi somniando audiret, valde indecorum et satis indecens esset; ergo potius a modo de certa scripturarum explanatione, et aperta historiarum interpretatione rerum veri-

tatem nobiliter percipiat. Felix igitur Hungaria, cui sunt dona data varia, omnibus enim horis, gaudeat de munere sui literatoris, quia exordium genealogiae regum suorum et nobilium habet. De quibus regibus sit laus et honor regi aeterno et sanctae Mariae matri eius, per gratiam cuius reges Hungariae et nobiles regnum habeant felici fine, hic, et in aeternum. Amen.

Steph. Ladisl. Endlicher Editio Anonymi Belae Regis Notarii p. 89. Circa aetatem ipsius confer Tudományos Gyűjtemény An. 1826.

CV.

A. Ch. 1155. *Gerson, vel Gereon, Regni Hungariae Palatinus, Comites Belus et Suinmur, fratres, de genere Ürs, ratione arcium Uran et Ürs, transegisse, testatur.*

Nos Comes Gerson, Regni Hungariae Palatinus, memoriae commendamus per praesentes: quod Belus Comes, Filius Ugra, Filii Buhna de Genere Ürs, oneribus Miska fily sui in se leuatis, ab vna; parte 'vero ex alia Comes Suinmur, Frater suus carnalis, coram nobis constituti retulerunt in hunc modum: quod licet ydem ratione et praetextu directarum et aequalium medietatum arcium Uran et Ürs alter alterum grauare praetenderint, tamen nunc ordinatione nonnullorum probornm virorum interueniente, taliter se in praemissis concordasse, recitarunt, imo concordarunt, et vniti sunt nostri in praesentia: quod primo praefatus Suinimur directam medietatem ante dictae arcis, et Bonorum Ürs, simul cum pertinentys et vtilitatibus quibusuis possessionibus nempe villis et cunctis beneficiis memorato Comiti Belus et fi-

lio suo Miska eorundemque haeredibus, et posteritatibus vniuersis iure perennali tenendam possidendam pariter et habendam; e conuerso autem praelibatus Comes Belus Frater suus onere sub praemisso in se leuato in huius recompensam, directam et aequalem medietatem praedictae alterius arcis Uran, similiter cum cunctis pertinentiis, possessionibus et villis eorumque beneficiis et vtilitatibus, praenotato Comiti Suinmur, eiusdemque haeredibus et successoribus vniuersis in sempiternum dedissent annuissent et reliquissent, perpetuo possidendam et habendam nil iuris sibi ad inuicem reseruando, sed totam iuris et dominii proprietatem in alterutrum conuertendo transtulerunt harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Budae vndecimo Kalendas Marty Anno Domini Millesimo Centesimo Quinquagessimo quinto.

E Collectione Czeckiana.

CVI.

A. Ch. 1156. *Fridericus I. Imp. Henrico Austriae Duci Marchionatum in Ducatum ea obligatione commutat, vt ad expeditiones Caesareas contra Hungariam concurrere teneatur.*

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Fridericus diuina fauente clementia Roman. Imp. Aug. Quamquam rerum commutatio ex ipsa corporali institutione possit firma consistere, nec ea, quae legitime geruntur, vlla possit refragacione conuelli; ne qua tamen possit esse gestae rei dubietas, nostra debet imperialis auctoritas praecauere. Nouerit ergo etc. – – posteritas, qualiter nos etc. – – – – (sequitur euectio Marchiae Au-

striac in Ducatum, certorumque iurium et immunitatum pro fauore huius collatio e motiuis sequentibus) „ob singularem fauorem, quo erga dilectissimum patruum nostrum Heinricum Austrie, eius conthoralem prenobilem theodoram, et eorum successores, nec non erga terram austrie, que clippeus et cor sacri Romani Imperii esse dignoscitur, afficimur, de consilio et assensu principum Imperii dictis coniugibus, eorum successoribus in eodem ducatu, nec non praefate terre Austrie subnotatas constitutiones concessiones et indulta authoritate imperiali in iura plene et perpetua redactas donauimus liberaliter vigore presencium, et donamus: primo quidem quod Dux Austrie quibusuis subsidiis seu seruiciis tenetur, nec esse debet obnoxius sacro Romano Imperio, nec cuiquam alteri, nisi ea de sui arbitrii fecerit libertate, eo excepto dumtaxat, quod imperio seruire tenebitur in Vngariam duodecim viris armatis per mensem vnum sub expensis propriis, in eius rei euidenciam, vt princeps Imperii dinoscatur," et inferius „dux vero austriae - - - nullam quoque expeditionem debeat, nisi forte quam Imperator in regna vel prouincias Austrie vicinas ordinauerit." (cetera velut res Hungariae haud tangentia praetermittenda censui). — Datum Ratisbonae XV. Kal. Octobris Indictione IV. anno Dominicae incarnacionis MCLVI. regnante domino Friderico Romanorum imperatore augusto in christo feliciter. Amen. Anno regni eius V. Imperii II.

Rauch's oesterreichische Geschichte Anno 1780. 2. Bd. pag. 5. et sqq.

CVII.

A. Ch. 1159. *Idem Fridericus suis ad Rolandum et Cardinales literis, se inter ceteros regem quoque Hungariae ad synodum Papiae celebrandam euocasse, testatur.*

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus Rolando Cancellario, caeterisque Cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum Pontificem, salutem et omne bonum. Quoniam Diuina praeordinante clementia Romani Imperii gubernacula suscepimus, oportet, vt in omnibus viis nostris ipsius legem custodiamus, cuius munere, cuius voluntate dignitatis nostrae apicem adepti sumus. In hoc itaque sacratissimo proposito constituti, cum omnibus Ecclesiis in imperio nostro constitutis debeamus patrocinari, Sacrosanctae Romanae Ecclesiae tanto propensius debemus prouidere, quanto ipsius cura et defensio a diuina prouidentia videtur nobis esse commissa specialius. Ea propter de discordia, quae substituendo Romanum Pontificem inter vos suborta est, plurimum dolemus, timentes ne occasione huius schismatis Ecclesia Christi sanguine redempta debet dilacerari, praesertim cum robur Ecclesiae foris titubare videatur, quoniam vnitas ipsius scissura domestica interius dilaniatur. Vt autem huic Pesti competens et Deo gratum exhibeamus remedium, ex religiosorum virorum consilio generalem Curiam et conuentum in octaua Epiphaniae Papiae indiximus celebrandam, ad quam euocauimns totius Imperii nostri et aliorum regnorum, scilicet Angliae, Franciae, H u n g a r i a e, D a c i a e Archiepiscopos, Episcopos, Abbates et viros Religiosos ac Deum timentes, quatenus remoto omni seculari iudicio, hoc tam magnum Ecclesiae negotium ecclesiastica-

rum tantum personarum sententia ita sopiatur, vt et Deo debitus exinde honor deferatur, et Ecclesia Romana sua integritate et iustitia non possit a quoquam priuari, vel status Vrbis, quae caput Imperii nostri est, inquietari: Proinde eruditioni Vestrae mandamus, et ex parte Dei Omnipotentis, et totius Ecclesiae Catholicae praecipimus, vt ad eandem Curiam siue Conuentum veniatis, et ecclesiasticarum personarum sententiam audituri et recepturi. Testis enim nobis est Deus, qui in hac Curia nec amore nec odio alicuius personae quidquam aliud quaerimus quam honorem Dei et Ecclesiae vnitatem. Quod si ad tam celebrem Conuentum examinationis causa venire volueritis: charissimi Principes Nostri et Ecclesiae Catholicae Hermannus Verdensis, Daniel Pragensis, Patres et Episcopi Venerabiles, quos de palatio nostro ad vos transmisimus, vna cum Comite Palatino Consanguineo Nostro, aliisque Legatis Nostris, securum vobis conductum praestabunt. Si vero iustitiam Dei et Ecclesiae in tam solemni conuentu recipere nolueritis, videat Deus et iudicet. Nos autem ipsius fauente gratia, qui dat salutem Regibus, iustitiam Dei, quae nullum magis, quam Imperatorem Romanum decet, prosequemur.

Baronii in Annal. Eccl. Tom. XII. col. 448.

CVIII.

A. Ch. 1159. *Eiusdem litterae in negotio Victoris in Pontificem, Episcoporum quoque Hungariae consensu, eligendi.*

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus Herimanno Brixiensi Episcopo salutem et omne bonum. Quod in passione sua

Christus duobus gladiis contentus fuit, hoc in Romana Ecclesia et in Imperio credimus mirabili prouidentia declarasse, cum per haec duo rerum capita et principia totus mundus tam in diuinis, quam in humanis ordinetur. Cumque vnus Deus vnus Papa, vnus Imperator sufficiat, et vna Ecclesia Dei esse debeat: quod sine dolore dicere non possumus, duos Apostolicos in Romana Ecclesia habere videmur. Defuncto itaque Hadriano Papa in Calendis Septembris, Cardinales, qui columnae immobiles esse videbantur, quibus sancta et vniuersalis firmissime inniteretur Ecclesia, non quae Dei sunt, sed sua quaerentes, et vnitatem Ecclesiae scindentes, duos Pontifices elegerunt, et ambos consecrauerunt. Pro tanta namque et tam perniciosa Ecclesiae iactura, tota nimirum Italica Ecclesia conturbatur, et dissensiones, schismate orto in Capite, iam in inferiora membra diffluxissent, et totum Ecclesie corpus defoedassent, nisi nos consilio et auxilio religiosorum virorum, qui Spiritu Dei aguntur, tam impudicae iniquitati iustitiae rigorem opposuissemus. Ne itaque in tantae discrimine discordiae vniuersalis Ecclesia periclitari possit, Romanum Imperium, quod ad remedium tam pernitiosi morbi diuina clementia prouidit, vniuersorum saluti debet sollicite prouidere, et ne tanta mala in Ecclesia Dei praeemineant, futuris casibus solerter obuiare. Coadunatis itaque in vnum omnibus Episcopis tam Italicis quam Teutonicis, ceterisque principibus ac viris religiosis, qui zelum Dei et Ecclesiae habere videbantur, quod facto opus esset diligenter inuestigauimus, ex decretis Romanor. Pontificum, et statutis Ecclesiae veraciter accipientes, quod exorto schis-

mate in Romana Ecclesia ex duorum Apostolicorum dissensione, ambos vocare et secundum sententiam et consilium orthodoxorum litem decidere deberemus. Ex consilio itaque omnium, qui aderunt Episcoporum, coeterorumque Principium Curiam solemnem et generalem Conuentum omnium Ecclesiasticorum in octaua Epiphaniae Papiae celebrandum indiximus, ad quam ambos, qui se dicunt Romanos Pontifices, vocauimus, omnesqne Episcopos Imperii nostri et aliorum regnorum Franciae videlicet, Angliae, Hispaniae atque Hungariae, vt eorum in praesentia nostra iusto declaretur examine, quis illorum regimen vniuersalis Ecclesiae de iure debebat obtinere. Quia vero ad vnitatem Ecclesiae reformandam sapientia admodum nobis necessaria est, at ea nequaquam carere valeamus: dilectionem tuam attentissime rogamus, et rogando commonemus, quatenus pro fidelitate Ecclesiae et Imperii ad praedictam Curiam omni occasione remota venias, vt in aduentu tuo vnitas et pax et tranquillitas Ecclesiae reformetur. Interim autem praedictae scissurae in neutram partem assensum tuum declines, nec tamquam iustam et rationabilem aliquatenus recipias. Data Cremonae Decima Calendas Nouembris.

Baronius in Ann. Eccl. Tom. XII. col. 449.

CIX.

A. Ch. 1160. *Acta Concilii Papiensis per Pragensem Episcopum in Hungariam perlata.*

Domino suo in Christo reuerendo Salzburgensi Archi-Episcopo Frater Henricus, dictus Praepositus de Berthersgaden, cum deuotis orationibus debitae subiectionis obsequia. Si cuncta, quae

audiuimus et vidimus, scribere deberemus: non chartam sed volumen facere videremur. Verum summam eorum, quae de duorum electione Romanor. Pontificum acta sunt, breuiter paternitati vestrae notificamus. Curia, quae in octauis Epiphaniae Papiae fuerat indicta, vsque ad sextam feriam proximam ante Caput ieiunii, quia in destructione Cremae Dominus Imperator detinebatur est dilata. In qua considentibus Domino Patriarcha, Archiepiscopis et diuersar. terrar. fere quinquaginta Episcopis, Legatis quoque Regis Franciae, et Archi-Episcopor. Arelatensis scilicet, Lugdunensis, Viennensis, Bisuntini, atque Treuirensis et Rauennatis Electi, Cardinales et Clerici, qui pro parte Victoris aderant, in medium processerunt, et vtriusque seriem electionis exposuerunt. Super qua continuis quinque diebus ab Episcopis et aliis prudentibus viris copiose disputatum cum fuisset: sexta tamen die in publico Consistorio electionis capitula denuo proposita sunt, et singula a Canonicis Ecclesiae B. Petri, et Rectoribus Romani Cleri, sacramento super sancta quatuor Euangelia praestito, confirmata. Pars autem altera nec ipsa venit, nec responsales, (qua de causa nescimus) conuentui direxit. Recitatae sunt insuper litterae quamplures bullatae, ab Alexandro et Cardinalibus, qui cum ipso sunt, Episcopis et Ciuitatibus Longobardiae directae, sed a fidelibus Domini Imperatoris captae. Ex quarum tenore machinationes eorum et molimina contra Imperium patenter sunt deprehensa. Vnde, quia dilatio non paruum tam Ecclesiae, quam Imperio videbatur minari periculum, praesertim quia non erat, qui praedictis assertionibus contradice-

ret, cum vtraque nimirum pars, non ad Curiae sed ad Ecclesiae fuisset examinationem vocata: Episcopi Partis Victoris, quae ipsum vndecim diebus, antequam Alexander immantaretur; immantatum fuisse et in sede B. Petri, aduersa Parte praesente, absque reclamatione sedisse, praestito (vt dictum est) sacramento probauerat, assensum praebuerunt. Et eundem Victorem vt Apostolicum in Ecclesia solemniter suscipientes, solitam ei reuerentiam exhibuerunt. Facta sunt haec Domino Imperatore et fidelibus imperii annitentibns, propter causas memoratas. Quapropter ipsemet eidem confirmato Pontifici ante fores Ecclesiae descendenti consuetum detulit honorem. Secunda vero posthaec die, saepe iam dictus D. Victor celebrato Synodi officio, alterius Partis Principem cum quibusdam suis fautoribus, Episcopis scilicet Ostiensi et Portuense eo, quod consecrationis manum eidem praesumpserant imponere, Cardinalibus etiam Henrico Pisano, Ioanne Neapolitano, et Hyacintho, anathematis vinculo, extinctis candelis, innodauit. Excommunicauit autem Henricum Pisanum presbyterum Cardinalem tituli sanctorum Nerei et Achillei, idcirco, quod mandato eius magister Raymundus Cardinalis despoliatus, et atrociter caesus fuerit. Praepositum etiam Placentinum, qui Dominum Tusculanum armata manu inuaserit, et despoliatum multis contumelys affecerit, simili sententiae inuoluit. Willelmum praeterea Siculum, atque Mediolanenses pro inuasionibus Ecclesiarum et Imperii ad canonicam vocauit satisfactionem. Interfuerunt his omnibus Metropolitani: Dominus Patriarcha Moguntinus, Coloniensis, Magdeburgensis,

Bremensis cum nonnullis Suffraganeis suis et maxima pars Episcopor. Longobardiae, quorum plurimi affectuosum et plenarium praedictae confirmationi tribuerunt assensum. Dominus vero Patriarcha, et quidam alii salua in posterum Catholicae Ecclesiae censura propter memoratas Imperii necessitates obediuerunt. Absentes quos praenotauimus A. Episcopi pro se et suis suffraganeis plenarie consenserunt, excepto Treuirensi, qui cum iter cepisset, infirmitate impeditus excusationis tantummodo literas direxerat. Praesentes autem eius suffraganei Tullensis et Virdunensis pro se et consuffraganeo suo Metense in integrum spoponderunt. Domini Babenbergensis, Patauiensis et Ratisbonensis Patriarcham sunt imitati. Pro confirmandis omnibus, que factae sunt, mittuntur Legati Dominus Coloniensis in Franciam, Virdunensis in Hyspaniam, P r a g e n s i s i n H u n g a r i a m. Si interim alia scripta, quorum quaedam vidimus, meram de his veritatem continentia ad manus vestras deuenerint: sciat sanctitas vestra, quod vt pro parte potuimus, sinceram de his veritatem significauimus, plenius autem praesentes insinuabimus.

Baronii Ann. Eccl. Tom. XII. col. 467.

CX.

An. Ch. 1160. *Epistolae Synodalis Archiepiscoporum et Episcoporum Victori Pseudo-papae adhaerentium fragmentum.*

Quia sedis Apostolicae turbatio Christianorum animos admodum sauciauit, etc. Vt autem omnis actio plenius legentibus elucescat, dignum duximus, vt omnium nostrorum consensus et nomina subscribantur. Ego Peregrinus Aquileiensis Patriar-

cha cum meis Suffraganeis interfui et consensi. etc. etc. Rex Hungarorum per literas et legatos suos consensit. etc. etc.

Baronius Ann. Eccl. Tom. XII. col. 463. et sqq. Argumenta, ex quibus subscriptio haec falsitatis arguitur, videantur in Hist. Crit. Steph. Katona Tom. IV. p. 717. et sqq.

CXI.

A. Ch. S. a. Geysa II. R. H. Ecclesiam Hierosolymis in honorem B. M. V. et S. Stephani condit et dotat.

Huiusmodi argumenti Literas praeexstitisse, documento sunt Literae Vrbani IV. Pontificis d. a. MCCLXII. in Codice Dipl. Hung. T. IV. Vol. III. pag. 81. adductae, in quibus sequentia occurrunt: „Sane cum recolendae memoriae Geysa, quon„dam rex Hungarorum Hierosolymis, sicut in „eius scripto authentico continetur, Eccle„siam in honorem Dei et memoriam B. Mariae „semper virginis, matris suae, ac S. Stephani „Regis fecisset de suis, et suorum principum „eleemosynis pietatis intuitu construi, et domum „etiam hospitalem, in qua peregrini et alii tran„seuntes, propterter Deum subsidia reciperent „charitatis. etc.“

CXII.

A. Ch. 1163. *Manuelis Im. Bizantini ad Stephanum III. R. H. epistola.*

Non ad inferendum Hungaris bellum, fili mi, venimus, sed vt Belae, fratri tuo, possessionem restituamus; quam a dominatione tua minime abstulimus, sed quam tu ipse, paterque vester iam pridem concessistis: atque adeo etiam, vt patruum tuum Stephanum, maiestatis nostrae affinem, pe-

riculo eximamus. Si igitur, te etiam volente, Belam generum nostrum esse contigit, quod et tu pactis ipsis firmasti; cur non reddita ei sua possessione, nostra potius frueris societate et beneuolentia? Si vero necessitudinem et affinitatem respuis, aliaque modo de iis tibi mens est: scias longe nos amplius ab eo abesse, vt vim nobis inferri patiamur.

Cinnamus edit. Ven. p. 99. Parisinae vero 126. pag. epistolam hanc e castris ad Petricum (Petrouaradinum?) positis datam esse refert.

CXIII.

A. Ch. 1163. *Alia eiusdem ad eumdem.*

Non iuste agis, vir nobilissime, dum sacramenta, quae nuper de Sirmio aliisque locis maiestati nostrae dedisti, infringis. Scias igitur, (longiori enim te detinere oratione prohibent, quae a te acta sunt) quod nisi primo quoque tempore ab iis, quae tui non sunt iuris, decedas, non te effecturum, Sirmium eripiendo, quanta confessim passurus es, quum tuos vicissim fines ferro et incursionibus vastabunt Romani. An te fugit, quot olim militum iacturam primum fecerit Hungaria, quum pater tuus Romanum imperium offendisset? sed enim horum delictorum poenitentia salutaris ipsi fuit. Tu vero vide, ne et poenitere perinde tibi inutile sit et infructuosum. Iustitiae quippe gladius, quamuis iam dudum exacutus, hoc vno maxime modo quandoque ad hebetudinem solet redire. Secus haud scio, an quisquam omnium eius aciem effugerit

Cinnamus Edit. Ven. p. 105. Edit. vero Parisinae p. 134. Litteras has tunc scriptas refert cum Stephanus

Sirmium iterum abstulisset Romanis, ipsique imminuisset Zeugmino.

CXIV.

A. Ch. 1164. *Eiusdem Manuelis Hierosolaum, Russiae Principem, aduersus Stephanum III. concitantis litterae.*

„Non imitabimur tuam ingratitudinem, quam, nulla ad id impellente necessitete, erga nos exhibuisti, neglectis promissis pactisque iis, quae nuper sanciueras; sed tibi, vltima nos iniuria afficere paranti, ob oculos eam proponimus. Scias igitur, dum filiam tuam Hungariae regi vxorem tradis, illam te iungere viro maligno, animoque valde instabili. Quando enim iustitiae, seu veritatis respectum vllum habuit? Hominem autem, qui nec naturam, nec leges reueretur, suoque prorsus fertur arbitrio, omnia exsequi posse, haud aegre existimo. Proinde neque filiam tuam ducet Stephanus, neque aliud quidpiam, legibus consentaneum, quantum ad illam spectat, exsequetur. Quod si eam ducat; vulgaris cuiusdam et velut e triuio adductae feminae loco habebit. Qui enim maiestatem nostram tantopere offendit, et sacramenta nuper data pro ludo habere non erubuit; cogita, quam in te inhumanitatem non sit commissurus."

Cinnamus Edit. Ven. pag. 106. Edit. vero Parisinae pag. 136.

CXV.

A. Ch. 1166. *Vestigium priuilegii a Stephano III. Ecclesiae SS. Cosmae et Damiani concessi.*

Huius mentio fit in litteris confirmatoriis Belae III. d. ann. MCLXXXVIII. apud Farlat. Tom. IV. pag. 7.

CXVI.

A. Ch. 1169. Circiter: Idem Stephanus iura Ecclesiae ac monasterii dexterae S. Stephani (Szent-Jog) confirmat.

„Post mortem - - - Regis (Geyzae) - - filii Pauli, scilicet Ieronymus et Cornelius, filii ire, Abbatem de Monasterio (Sz. Jog) expulerunt, Monasterium desolauerunt, et bona eius diripuerunt; quos Dominus Lucas Episcopus Strigoniensis propterea excommunicauit, et vbique in Regno isto de voluntate Regis Stephani, filii Geyzae, denuntiari fecit. Insuper idem Rex Stephanus sua auctoritate firmauit: quod, si quis huius Ecclesiae libertatem minuere vel infringere conaretur, ab omnipotente Deo, et Sanctissima Dextra feriretur. Ordinauit insuper, quod dictum Monasterium, sub nullius potestate, nisi Regis Hungariae et Archi-Episcopi Strigoniensis constituatur; atque etiam defensioni Fulkonis, et Fensuke Comitum commisit; et postea Boleslaum Praepositum Budensem destinauit, vt bona monasterii a vicinis et commetaneis inquireret, metisque consignaret, qui modis omnibus obtemperauit, et in charta Regio sub sigillo posuit. Praefatus autem Praepositus registrauit familias a S. Rege Ladislao eidem traditas. Item decem domos artificum, quatuor domos pellipariorum, duas domos fabrorum, tres cerdonum, duas abluentium, quatuor molendinariorum, et duos Molendinarios, quinque domos Tornatorum, ad faciendum scutellas, portaria, et qualecunque opus tornatile Abbas praeciperet; septem domos pistorum, tres agazonum, quinque cocorum, tres pincernarum, duodecim campanistarum, et duodecim Libertinorum, in propriis equis seruientium,

quatuordomos Cubiculariorum Fratrum, tres domos Braxatorum, item custodes nemorum. Praeterea a Marschaldo Comite mansiones seruorum datae sunt ad simile seruitium. Item ab eodem Rege datum est forum in eadem villa ad coenam fratrum, hoc est: Quod nec Iudicem, nec teloniatorem constituere in eo, nec homines nouos illuc mittere praesumant, sed omnia ad Abbatem pertineant. Villa Markus data est a Rege Ladislao, cum vndecim domibus libertinorum, cuius villae metas vide in literis Belae Regis; similiter villae datae a Rege Gejza, et plures aliae, scilicet Aqua, Thura, Degust, Keüres, Zakalus, Gyuros, Tamasd, Too, Suur, piscina Saard, Hodos, Viznek, Dud, Seuri, Thorsa, Vduarnuk, Zachy, Zerend, Bekas, Kerys, Setz, Zygethffeö, Kezeügye. Nota quod villa Markus data est cum vndecim domibus, Aqua cum quadraginta domibus; Thura cum duodecim mansionibus operariorum; Degust cum septemdecim mansionibus; Keüres cum decem domibus; Zakalus cum quatuor mansionibus, Gyuros cum duabus mansionibus: Tamásd similiter cum duabus; Bas (Bekas) cum sex domibus; Bessenyeü Too cum quinque mansionibus; Suur cum duodecim domibus piscatorum, et piscina; Zad Hodos cum duodecim mansionibus; Viznek cum viginti domibus; Dud cum sedecim domibus. In villa Seuri sunt viginti vineae cum novem mansionibus: Thura cum vndecim domibus; Vduarnuk cum triginta mansionibus seruorum; Zachy cum nouem mansionibus; Zerend cum sex mansionibus: Torsa cum sex domibus Iobbagionum; Keüres cum sex mansionibus vinitorum, et duodecim vineis; Zachy cum sex domibus equitum: in Zetz

duae mansiones vinitorum cum quatuor vineis; Zigethkut cum sex domibus equitum; in Keszt-heltz duae vineae cum vinitoribus; Zigetfeu sex mansiones cum totidem vineis, Kezüge et Danil datae sunt a Marchaldo: Item Augustinus similiter dedit Iray Thukis cum octo mansionibus; praeter haec Petrus dedit duas mansiones servorum"

Haec ex Inventario Monasterii S. Dexterae a Gregorio Gyöngyösino ex actis eiusdem Monasterii desumto communicantur in supplemento ad Dissertationem Georgii Pray de S. Dextera per Matthaeum Simon edito, pagina 94 et sqq.

CXVII.

A. Ch. **1170.** ***Gregorii Antibarensis ad Episcopum Salonitanum epistola.***

Venerab. Patri et D. R. D. G. Sanctae Saloninae Ecclesiae Archiepiscopo, Apostolicae sedis Legato, Gregorius Antibarensis Minister, licet immeritus, salutem cum reuerentia. Ex antiquis rescriptis, et monumentis antecessorum meorum, et diuersis aliis coniecturis, veritatem perpendens, quod Salonitana Ecclesia totius Dalmatiae dominatum et primatum quondam obtinuit, et quod Diocletana Ecclesia, cuius vicem Antibarensis Ecclesia in se recto transtulit consilio in Metropoli, praedictae Salonitanae Ecclesiae consensu, se ordinauit reuerentia suae matrici seruata; satis et satis mecum reputans, tam gravissimum excessum potius cum honore fore sepeliendum, quam quod, vt ad consequentiam, et exemplum traheretur, vt illa nobilis Ecclesia, tam nitidissimis monumentis decorata, diutius in tantum sua priuaretur nobilitate, hinc enim quoque curiosus permansi, volens debitam decenter reuerentiam Dominae meae

firmiter exhibere, nuncium certum hoc agendi per me non tamen inueniens, tandem Dominus noster verus, qui pia gubernatione quemlibet amplectitur, fidelissimos nuntios vestros Magistrum F. et R. qui supra certa seruitia vestra tractare procurant, mihi multa voluenti, dirigere destinauit, quorum avidis precibus . . . et quibus inclitam voluntatem vestram referentibus, iam Ecclesiam vestram in matrem et Dominam recognoscere destinaui, et ei debitum honorem et reuerentiam, ceu Dominae speciali, exhibere. Ita tamen, quod mihi ad Pallium, ad vestrum seruitium a Curia Romana inquirendum, tamquam in negotio proprio, curiosius existatis, et quod consilium, auxilium et adiutorium huic Ecclesiae Antibarensis cum successoribus vestris mihi et successoribus meis, perpetuo vos, et vestri successores impendatis, et quod Dominus Papa hoc velit, vobis incumbat. Me autem eidem hoc Domino Papae attestaturum personaliter, vel internuntio omnino fore, sciatis, (scripta circa annum 1170 vel paulo anterius)

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hungar. Tom. III. pag. 147.

CXVIII.

A. Ch. 1171. *Priuilegii in Ciuitate Spalatina emanati fragmentum.*

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis anno igitur sacro, postquam Christus carnem sumsit ex virgine MCLXXI. Indictione vero III sub tempore magnifici Imperatoris nostri Manuheli, in ciuitate nostra Spalatina, et in toto Regno Dalmatiae et Croatiae imperante Constantino Sebasto, in sede quoque B. Domnii residente Gerardo Vene-

rabili Archiepiscopo, Comitatum praefatae ciuitatis gubernante Iohannes Comes, hoc scriptum vt subsequitur, vt posteris ad memoriam staret etc.

Lucius apud Schwandt. p. 205.

CXIX.

A. Ch. 1171. *Circiter: Pacis inter Spalatinos et Iupanum Saracenum compositio.*

In Christi nomine, Dominantis Constantini Ducis Ducatus anno primo, mense Aprilis. Nos Spalatini, hoc testamentum et stabilimentum pacis, inter nos, et Iupanum Saracenum, atque Bratozai Iudex Castri Clissae Radonae Ar - - - - - lii Presbyter, Petrus Presbyter, Drasinne Nauclerus, Vilco Drug, Desinne, Toliso, Oame, Iunota, Desmir, Boles, Tolimir, Pomeza, Pinniz, post hos centum quinquaginta alii conciues Clissani, firmauimus, vt nos fideliter amicemus coram Duce isto ceu, et vsque et sequacibus et nostro posse eorum iusticias manutenere curemus. Sed et hoc adiecimus, vt si inscienter eos nos ab extraneis comparauerimus, accepto pretio, et vnum solidum supra, nos dimittemus. Quod si scienter ipsos nolente comparauerimus, absque pretio liber discedat nihil dando. Et si Clisanus Clisanum palam vendiderit, quantumcunque eum vendere possum vendam. Et, quodcunque tempore guerrae a Clisanis contra nos patratum est, cadat, et, quod tempore pacis cum ipsis placitare coram eorum Iupano, et Iudicibus debemus, quod si iustitia dictante Clisanus compositus est, componat - - - - si non persona, et si eorum Iupanus aut Iudex nobis rectum iudicium non iudicauerit, nos habemus potestatem eos vocandi coram praesen - - -

- - Ducis - - - - et, si quis latro apud nos, quae sunt eorum, furatus fuerit, aut reddat totum, aut tradatur eorum ditioni; et si quis nostrum super aliquem eorum debitum quaesierit, si sine placito eum ceperit, amittat placitum, et, si inuenire poterimus eorum damnum, notificemus: et ipsi nostrum campum, et omnia, quae habemus, mobilia et immobilia, ab omnibus latronibus, absque fraude et malo ingenio, custodiant. Et insuper, si quis extraneus, pro aliqua re pignorare voluerit, antequam iustitiam quaesiuerit, vos nos defendere studeatis.

Hoc Sacramentum firmauimus, ego Volcinna Sagarelle, Tolmizo Drago Iupano, Petrizo Palumbello, Turminus, Constantini, suo cum fratre, Iurre Sulize, Micha Malanarete, Caualca Tole, Bivaldo Zane Marci Drago Gumay caeterique centum quinquaginta. Si quis, quod absit, hanc ordinationem, cum aliqua fraude, et malo ingenio, frangere tentauerit, habeat iratum Trinum et vnum Deum, et maledictionem CCCX. et VIII. Sanctorum patrum, et duodecim Apostolis, et omnium Sanctorum.

Ego Duymus Leuita Ecclesiae Beati Domnii Primicerius, huius testamenti Scriptor, et de hac re existens testis.

Lucius *in* Schwandtneri SS. RR. Hung. Tom. III. pag. 451.

CXX.

A. Ch. 1174. *Belae III. R. H. de sui per A. Episcopum Colocensem coronatione, Sedi Archiepiscopali Strigon. praeiudiciosa haud futura, reuersales.*

Ego Bela, Dei Gratia, Hungariae Dalmatiae Croatiae Ramaeque Rex, diuina disponente cle-

mentia, suscipio coronam de manu Colociensis Archiepiscopi; sed non in praeiudicium Strigoniensis Ecclesiae, quo minus Hungarici reges ab eiusdem Ecclesiae Archiepiscopis semper debeant in posterum coronari.

E litteris Innocentii III ad Ioannem Archi-Episcopum d. a. 1209. ap. Praii Hier: P. I. p. 113 et in Codice Dipl. Tom. III. Vol. I. pag.

CXXI.

A. Ch. 1174. *Sebastiani Ziani, Venetiae Ducis, literae in gratiam Tragurinorum datae.*

Sebastianus Ziani, Dei Gratia Venetiae Dalmatiae atque Chroatiae Dux, omnibus fidelibus suis, ad quos istae litterae peruenerint, salutem cum bonae voluntatis gratia. Credentes, et certa relatione scientes, quod Tragurini ad nostram deuotissime existunt fidelitatem, nolumus vt aliquo modo offendantur, neque tollatur eis aliqua inconsueta strinna, nisi quam ipsi sponte dare voluerint; quapropter vobis praecipiendo mandamus, quatenus eosdem Tragurienses, et illorum bona custodientes, nullam ab eis inconsuetam strinnam exigatis, sed illam, quam vobis sponte dederint, bene recipiatis - - - - ne aliqua eis molestia inferente; et quicunque aliter facere praesumserit, nostram se sciat amisisse gratiam. Data mense Februarii Indictione VII. feliciter. (Quae indictio in annum MCLXXIV cadit).

Lucius, in SS. RR. Hungar. Schwandtneri Tom. III. p. 213. Ex his litteris vna patet, Tragurium hoc tempore Venetis adhaesisse.

CXXII.

A. Ch. 1174. *Ioannes Comes Spalatinus testimonium mulierum non acceptandum statuit.*

In Christi nomine. Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi MCLXXIV. Indictione VII. tempore inuictissimi ac semper triumphatoris Domini nostri Imperatoris Manuelis, in ciuitate nostra Spalatina prominente Constantino Seuasto, in Buccaratu Heliae.

Ego Ioannes Spalatinus Comes pariter cum Petro Iudice, et cum toto eiusdem ciuitatis populo pari voluntate, et communi consilio decreuimus (inseritur supra memorata lex) Vt hoc autem firmum, et stabile a modo et semper consistat, iureiurando firmauimus.

Apud Lucium in Schwandtn. SS. pag. 211.

CXXIII.

A. Ch. 1178. *Manuelis Imper. in causa Spalatensis Ai Episcopi mandatum.*

MCLXXVIII. Indictione XI. Tempore Manuelis Magnifici Imperatoris, in Ciuitate Spalatina Raynerio Venerabili Archiepiscopo cathedram Archiepiscopalem regente, Comitatum vero praedictae ciuitatis obtinente Martino Comite.

Ligiae Imperii mei Rogeri Sclauoni. Insinuatum est Imperio meo ab honorificentissimo Archiepiscopo Spalatensi Raynerio, quod quidam incolarum eiusmodi regionis, sed et Caciclorum aliqui non pauca eorum, quae in suo priuilegio, et ad suam Ecclesiam pertinent, possident in Serengene, et praedicta, quod Ecclesia illis suis bonis priuatur; hi autem violenter ea tenentes, di-

ctae Ecclesiae Praelato nullam propter hoc reuerentiam faciunt: iubet ergo tibi Rogerio Imperium meum, vt discutias huiusmodi negotium in praesentia praedicti Archiepiscopi, et praedictorum incolarum, atque Caciclorum; quodsi in priuilegio praedictae Ecclesiae constiterit, omnia praedictae Ecclesiae in integrum restituas, sicut in cartula praedictae Ecclesiae apparuerit pertinere; possessores autem repellas, et interdicas eis, vt desistant ab inuasionibus rerum huius Ecclesiae, et praesertim in villa de Serengene. Quomodo vero et idem Archiepiscopus conquestus est, quod praedia Ecclesiae S. Bartholomei occupata sunt a quibusdam, considera tu Rogerii, Ligiae mei Imperii, et omnem terram, quam supradictus Archiepiscopus poterit monstrare per cartam, aut per bonos testes, esse vel fuisse S. Bartholomei, Archiepiscopatui Sancti Domnii in integrum tribuas. Mense Martio Indictione XIII.

Lucius, in Schwandtneri SS. RR. Hungar. Tom. III. pag. 211. Ex hoc documento liquet, Dalmatiam hoc tempore paruisse Graecorum Imperatori Manueli.

CXXIV.

A. Ch. 1180. *Rogerii, Slauoniae Ducis, per Manuelem constituti, literae.*

In Christi nomine. Anno Dominicae Incarnationis MCLXXX indictione vero XIII. Regnante Domino nostro Manuele, Sanctissimo Imperatore, et in Ducatu Dalmatiae et Croatiae existente D. Rogerio Sclavonie Duce; hoc autem est ante praesentium idoneorum testium, nomina quorum inferius leguntur, et in ciuitate Spalati et in podo imperialis turris. D. Rogerius Sclouone Duccas de

monasterio D. N. Sanctissimi Imperatoris Manuel, dedit mihi Rogerio Spalatensi, Archiepiscopo, duos Pristaldos, Michaëlem Dragumanum et Petrum de Sagauella, de terris videlicet S. Bartholomei, quod ab isto die in antea V. die Martis, qui est X dies Mensis Iunii, in introitu eiusdem mensis, vbicunque repertae fuerint terrae, et omnia praedia memoratae Ecclesiae, sint Ecclesiae B. Domnii in perpetuum, ita quod deinceps nullus Zuppanus, vel Post-Zuppanus et nullus alius homo, aliquam molestiam, siue iniuriam, Deo, et B. Domnio, et mihi Raynerio Spalatensi Archiepiscopo, omnibus meis Canonicis, successoribus, audeat inferre; quicunque autem aliquid contrarietatis, seu aduersitatis, Deo, et B. Domnio, mihique Raynerio Spalati Archiepiscopo, vel meis Canonicis successoribus aliqua temeritate praesumserit facere, habeat iratum trinum et vnum Deum, et indignationem summi Imperii omnino incurrat, et consequatur. Huius autem rei isti sunt testes: in primis Mireus Segnensis Episcopus, Flasco Tiniensis Episcopus. Martinus Spalatensis Comes, Marinus Traguriensis Comes, Iuppanus Desa, Iudex Vilcotta. Breveco Iuppanus, Comes Nicolaus Iuppanus, Miroslauus filius Bogdanazi Iuppanus, Srepanus filius Raccos Iuppanus, Grubessa filius Saioli Iuppanus; Desco, Presbiter Kadolae, Vilcotta Subdiaconus. Sorizcius Clericus, Iuppanus Drago. Paulus de Auina, Nicolaus de Caloiatine. Dabre filius Ottoch. Michaël frater Ioue. Bogdanus filius Kale. Dobre de Mari. Vitus Clericus. Grobie Clericus. Caraldus Clericus et Sagarella. Et ego Magister Gualterius Comitis Notarius, qui hanc cartulam scripsi, testor.

† Ego Rogerius Sclauone, Dei et Imperiali gratia, Dalmatiae et Croatiae Duccas, manu mea subscripsi.

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hungar. Tom. III. pag. 211.

CXXV.

A. Ch. 1180. *Alexandri PP. III. ad Spalatensem Archiepiscopum litterae.*

Alexander Episcopus - - - - Venerabilibus fratribus, Spalatensi Archiepiscopo, Apostolicae sedis Legato et - - - - Traguriensi Episcopo, Salutem et Apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius Raimmundus de Capella, Subdiaconus noster, a praesentia charissimi in Christo filii nostri W. Illustris Siciliae Regis, ad quem fuerat a nobis, et a dilecto filio nostro Iacobo, S. Mariae in Cosmedin Diacono Cardinali, transmissus, rediret ad nos, piratae, qui erant in Sagettia Comitis de Seuenico, in qua duo Comites erant, Nestros, videlicet, et Poclat, in ipsum, et socios suos praesumserunt violentas manus iniicere, et ei, quidquid habebat in naui, valens vltra sexaginta Marchas argenti, et litteras etiam nostras, et illas etiam, quas praefatus Rex nobis mittebat, vt scriptum de d - - - - pecuniae ipsius Cardinalis, ei turpiter et inhoneste auferre minime dubitarunt; super quo itaque tanto mouemur amplius, et turbamur, quanto id amplius in nostram iniuriam respicit, et contemptum, cum tantam iacturam, et iniurias, cuiuslibet Clerici, nedum Subdiaconi nostri, non possemus sub taciturnitate et silentio praeterire. Quoniam igitur sustinere non possumus, nec debemus, vt tanta praesumtio et exces-

sus incorrectus remaneat, Fraternitati vestrae, per Apostolica scripta praecipiendo mandamus, et mandando praecipimus, quatenus illos duos Comites et piratas, et raptores alios, qui in praedicta Sagettia fuerunt, quantocius moneatis, vt tam litteras, quam etiam ablata nuntio memorato, subdiacono nostro, praesentium latori, sine diminutione et dilatione, cum expensis, quas propter hoc facere coactus est, restituant, et Comitem de Seuenico, cuius illa Sagettia fuit, ad restituendum, quidquid de his ad suas manus deuenit, diligenter inducatis; si vero ad commonitionem vestram id non fecerint, eosdem, et omnes, qui tunc in praedicta Sagettia fuerunt, contradictione et appellatione cessante, publice, accensis candelis, auctoritate nostra excommunicetis; et si nec sic infra decem dies resipuerint, in ciuitate Seuenici, et in alia terra Comitis Seuenici, si eius fuit ipsa Sagettia, omnia diuina, praeter baptisma paruulorum, et poenitentiam, prohibeatis officia celebrari. Illos autem, qui in praedictum Subdiaconum nostrum violentas manus iniecerunt, sublato appellationis remedio, publice excommunicatos sine dilatione denuntietis, et eos faciatis sicut excommunicatos vitari, donec vniuersa ablata restituant, et cum litteris vestris, nobis, et praedicto Cardinali, nec non etiam eidem Subdiacono nostro, satisfacturi ad Apostolicam sedem accedant; qualiter autem idem nuntius cum his, quae recuperauit, ad nos secure possit redire, studeatis solicite prouidere. Porro, si vterque vestrum - - - sequendis interesse non potuerit, alter ea nihilominus exsequatur. Datum Venetiis Riuoalti X. Kal. Augusti.

Lucius, in SS. RR. Hungaricarum per Schwandtnerum editis Tom. III. pag. 212.

CXXVI.

A. Ch. 1180. *Eiusdem bulla ad Spalatinos.*

Alexander, dilectis filiis, vniuersis clericis Spalatensibus. Quotiens ab Apostolica sede super aliqua re confirmatio postulatur, ad concedendum debemus faciles inueniri, et rationalibus votis gratuitum impertiri consensum. Constitutus siquidem in praesentia Nostra, Venerabilis frater noster, Gerardus Archiepiscopus vester, proposita nobis assertione, monstrauit, quod, cum inter Laicos, super Ecclesiis, quas tenetis, grauis esset quaestio exorta, et Laici dicerent, quod Archiepiscopus vester, quando ad Imperatorem Constantinopolitanum vel Regem Vngariae esset iturus, adiutorium facere deberetis; praedictus Archiepiscopus, auditis et cognitis rationibus, eandem controuersiam fine congruo definiuit, et vos ab huiusmodi exactione absoluens, ad exemplum bonae memoriae Gaudii, quondam Archiepiscopi, vobis libertatem, quam habebatis, auctoritate Pontificali corroborauit; quam vtique libertatem, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, deuotioni vestrae auctoritate Apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, vt nulli omnino hominum liceat, hanc paginam Nostrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire; si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei et BB. Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Veruli XII. Kalend. Iulii.

Schwandtneri SS. RR. Hungar. T. III. p. 562. in nota a).

CXXVII.

A. Ch. 1180. *Fragmentum inscriptionis Sanctuarii Arbensis Ecclesiae.*

A. C. MCLXXX. 14. Maii testificatio, quod tempore, quo Colomanus Rex Vngariae dominatus est Dalmatiae, Arbenses libere possederunt insulas Arbe et Gallo, cum vero Dalmatia condonauit se Ordelapho Phaletro Duci Venetiarum, itidem libere et absolute possederunt etc.

Lucius ap. Schwandtner pag. 195.

CXXVIII.

A. Ch. 1181. *Theobaldi, S. A. Legati, ad Clerum et populum Spalatensem litterae.*

Theobaldus Dei Gratia S. R. Eccl. Subd. Apostolicae sedis Legatus, dilectis in Christo fratribus, vniuerso Clero, M. Comiti et toti populo Spalatensi cum dilectione salutem. Ad robur et memoriam rerum gestarum plurimum valere cognoscitur series literarum, quandam namque firmitatem praestat, nec sinit obliuisci scriptura, quae diligenti solicitudine, et cura, sub vno paginali contextu fuerint comprehensa; ideoque per scripta praesentia notum facimus, et ad notitiam tam praesentium, quam futurorum significamus, quod cum de mandato summi Pontificis in Dalmatiae et Sclauoniae partibus Officium legationis haberemus, Spalatensis Ecclesia, quae et Salonitana dicitur, super Farensi Episcopatu querimoniam deposuit adversus Iadertinam Ecclesiam. Profecto sub Generali vocatione Clero Iadertino scripsimus, significantes, et mandantes, vt eorum aliqui taliter instructi, et parati ad nos accederent, quod super motis controuersiis sufficienter respon-

dere valerent, cumque ad diem et terminum denuntiatum praefatus Clerus nec venisset, nec responsum misisset, quibusdam diebus postea elapsis iam dictam querelam audiuimus in praesentia Episcoporum, et multorum aliorum, et auditis, visis, et intellectis rationibus, priuilegiis, et allegationibus Ecclesiae Spalatensis, eidem, habito plurium venerabilium virorum consilio, praedictum Farensem Episcopatum adiudicauimus, et assignauimus. An. Dominicae Incarnat. MCLXXXI. Indict. XIII. Pontif. Alex. P. P. III. anno vigesimo secundo.

Ibidem.

CXXIX.

A. Ch. 1181. *Belae III. in Dalmatia regnantis monumentum Iadrense.*

A. C. MCLXXXI. mense Februario Iadrae regnante D. Bela, Dei gratia, Rege Hung. Dalmat. Croatiae, Sententia Dom. Mauri, Dei et Regis gratia Comitis, et totius maritimae prouinciae studiosi exercitatoris, cum castra metatus esset etc.

Lucius ex Archivo S. Chrysogoni in Schwandtneri SS. RR. Hung. Tom. III. pag. 224.

CXXX.

A. Ch. 1182. *Priuilegium Mastropetri, Venetiarum Ducis, Traguriensibus concessum.*

Aureus Mastropetrus D. G. Venetorum, Dalmatiae atque Croatiae Dux, omnibus fidelibus suis, ad quos istae literae peruenerint, salutem et dilectionem. Vniuersitatem vestram scire volumus, quod Traurenses omnes fidem nobis seruare volentes, sicut etiam nostris praedecessoribus olim seruauere fidelitatem, a minimo vsque ad maio-

rem nobis iurauere; eapropter eos, tamquam fideles nostros diligentes, securos deinceps illos, et saluos, in personis et rebus eorum esse volumus, eundo, stando. atque redeundo: mandamus igitur vobis, et mandantes praecipimus, quatenus praefatos Traurenses liberos, securos, atque saluos dimittentes, pro honore nostro, dilectionem eis et amorem exhibeatis, vbicunque illos inueneritis; scientes pro certo, quod si aliter facere praesumseritis, nos non modicum offendetis, et insuper nostro subiacebitis banno. Datum mense Septembri Indictione XI. Feliciter.

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hung. Tom. III. pag. 225.

CXXXI.

A. Ch. 1187. *Eiusdem Mastropetri litterae, belli aduersus Hungaros gesti testimoniales.*

In nomine Domini Dei et Saluatoris nostri Iesu Christi. Anno Incarnat. eiusdem MCLXXXVII. die VII. mensis Novbris Indictione VI. Riuo alto. Quum nos Aureus Magister Petrus Dei Gratia Venetiarum, Dalmatiae atque Croatiae Dux, cum nostris Iudicibus, et Sapientibus Consilii et Aduocatoribus Communis Venetiarum, videremus nostro Communi necessaria esse pro guerra quam cum Hungariae Rege habemus, ad galeas in obsidionem Iadrae mittendas pecuniam inuenire, ad eos precibus duximus recurrendum, qui possunt nostrae patriae hoc necessitatis tempore subuenire. Rogauimus itaque omnes viros, quorum nomina inferius continentur, vt pro sua liberalitate Communi nostro in tali necessitate hoc tempore constituto de praefata pecunia subuenirent. Qui quoniam Terrae nostrae veri sunt ama-

tores, promiserunt nostro Communi iam dictam pecuniam se daturos. De qua suprascripta pecunia dedit Domnus Matthaeus Abbas S. Nicolai cum Collegio, Libras Venetorum D. etc. - - - - Hungarus Natalis Libras C. etc. - - - - - Iohannes Hungarus Libras C. etc. - - - -

Antonii Muratorii SS. RR. Italicae Tom. XXII. Colom. 522.

CXXXII.

A. Ch. 1188, *Fragmentum diplomatis Dalmatiam Hungariae subiectam attestantis.*

In Nomine D. N. I. C. Anno eiusdem incarn. 1188. indictione vero VI mediante mense Martio, regnante Domino nostro Rege Hungariae Bela; in sede vero S. Domnii residente Petro Hungaro, venerabili Archiepiscopo, Spalatensem autem comitatum obtinente Grubessa comite, Vilcotta iudice etc.

Apud Farlatum Tom. III. pag. 222.

CXXXIII.

A. Ch. 1188, *Faagmentum Diplomatis, quo Bela III. privilegium Stephani III. R. H. coenobio SS. Cosmae et Damiani concessum, roborat.*

Bela Rex Hungariae Dalmatiae et Croatiae Ramaeque - etc. Actum est autem istud apud Strigonium in communi praesente Paullo, Colocensi electo; Stephano Comite de Sala, Mochone Nitriensi Comite, Damiano Iadrensi Comite etc. Anno MCCLXXX. VIII. pridie nonas Maii.

Apud Farlat. Illyr. Sacr Tom. IV. p. 7.

CXXXIV.

A. Ch. 1189. *Idem Bela axiomate regis* *G a l a c i a e, seu Galiciae insignitur.*

Anno ab Incarnatione Dni. MCLXXXIX. mense Maii, diu secunda astante Indictione Septima, temporibus equidem D o m i n i n o s t r i B e l a e, gloriosissimi regis Vngariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramaeque, et G a l a c i a e; et Macarii Curialis Comitis eius, Vice Bani, ac Petri Salonitanae Sedis Archiepiscopi. Cum ego si quidem Michaël Sanctae Scardonensis Ecclesiae Episcopus ad iam dictum comitem Macarium visendum Iadram perrexissem, et totius mei Episcopatus iura pro iuribus ventilando definissem; Bruconia cum filiis in mea multorumque aliorum praesentia, quos inferius dicemus, sua nobis insinuatione monstrabat, quod tu Bunna S. Dimitrii Abbatissa cum tuo conuentu quaedam territoria eius in Bubniano, et in campestribus deorsum posita, per violentiam retinebas; tu vero e contra taliter respondebas: quod de cetero super hoc respondere non deberes, eo quod annis a multis retroactis pro eadem causa steteras; et Drassemum, filium Slouiniae, Prestaldum tali tenore susceperas, quod ad primum, et secundum, tertium et quartum, et usque ad quintum terminum praefatus Bruconia cum filiis citatus fuerat, et venire contemserat, auditis gratis vtrisque partibus, et recordans, quod omnia, quae tu Abbatissa dixeras, vera erant, tibi praefatae Abbatissae, et tuis posteris Abbatissis praenotata territoria cum omnibus terminis et pertinentiis suis habere, et perpetuo possidere adiudicauimus, tibique praefatum Drassenum ad nostri iudicii confirmationem credimus; ipse vero

vice sui Tolisium Tugomivik super eandem causam constituit. Acta sunt quidem haec et definita coram Damiano Comite Iadrae, Dimitrio Sclauo, a Petronio Cucillae Iudicibus, Micha Strigulae, Boricio Michaëlis, Michaël Subbae, Nicolao Segellatti, Gregorio Cilumbuli; de Sclauis autem fuerunt hi: Vilzarius, filius Goysae, Milonia cum filio de genere Chrisciza, et multi alii, coram quibus praefata territoria circumuenta et terminata fuerunt. Et ego Blazius S. Anastasiae Diaconus, Iadertinae Ciuitatis notarius, a praefato Episcopo Scardonensi rogatus, hanc definitionis et protectionis chartulam, vt audiui, scripsi, roboraui, et solito signo signaui."

Ex autographo Farlati Illy. S. Tom. IV. p. 12.

CXXXV.

A. Ch. 1189. *Fragmentum legum, quas Fridericus Imp. in castris iuxta Posonium terram sacram petens, sanxerat.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Talis est ordinatio de pace seruanda iuxta formam et tenorem harum literarum ex voluntate Domini Imperatoris accedente etc. – Reliqua Gerlacus Monarchus in suo chronico omisit, ex aliis tamen locis illius quaedam ex his legibus elici possunt, ut pote: „Aliqui vero peregrinorum, qui socios vulnerauerunt, manu statim sunt truncati iuxta leges sancitas." „Non nulli etiam accusati de foro infracto iussi decollari." „Horum denique omnium consilio principum in praenotata mansione (Viervelt) Dominus Imperator optimis et pernecessariis legibus exercitum informauit, et Sacramento ad has obseruandas adstrinxit, per

singulorum contubernia iudicibus designatis, qui transgressores legitime punirent etc.

Historia de Expeditione Friderici Imperatoris etc. edidit Iosephus Dobrowszky anno 1827. pag. 27.

CXXXVI.

A. Ch. 1189. *Dietpoldi Pataquien. Episcopi ad Leopoldum Austriae Ducem e Graecia litterae, quibus peregrinationis sacrae aduersitates describit, ac cuiusdam Comitis Hungariae, in legatione adhibiti, mentionem iniicit.*

Dietpoldus D. G. Bathauiensis Ecclesiae humilis minister, dilecto amico suo Luipoldo Illustri Duci Austriae salutem et sincerum amorem. Sicut iucunda et dulcia cordis nostri vobis desideramus communicare, sic ea, quae minus prospere exercitui nostro successerunt, industriae vestrae duximus significanda: Scire itaque velitis, quod IV. Kal. Iunii Bulgariam intrauimus, maximas a Bulgaris sustinuimus aduersitates, multos ex nostris iaculis sauciarunt, nos quoscunque ex illis deprehendimus, laqueo suspendimus. X. Kal. Augusti venimus ad ciuitatem Nisseam, ibi magnus Comes Seruiae cum magno apparatu nobis obuiam venit, quem Dominus Imperator honeste excepit, et multa cum eo pertractans honesta ei donaria dedit, sicut et ipse magna ab eo recepit. Similiter omnes principes a praedicto Comite vino, medone, et animalibus multum honorati fuerunt. III. Kal. Augusti inde transiuimus ad primam clausuram etc, (quae sequuntur omittenda videbantur, cum ad res Hangariae nihil faciant) XVII. Kal. Septembris ad tertiam clausuram deuenimus, quae ita muntia fuit, vt difficilem nobis minaretur tran-

situm, nihil aduersitatis iniunctum nobis est, exploratores Ducis Sueuiae plus quam D. - armatos Graecos ibi viderant. Graeci visis Imperatoris nostri militibus et ducis Sueuorum, filii ipsius, continuo in fugam versi sunt, in illo loco debilitas exercitus ex nimia abundantia panis, vini, nouorum fructuum optime recreata fuit, ibi societas domini Imperatoris nobis iuncta, Apud Circuicen quidam Comes Vngariae nomine Lectophorus, qui in legatione domini Imperatoris Constantinopolin praecesserat, cum legato Regis Graecorum ad nos reuersus est.“ Reliqua ad rem Hungariae haud facientia praeteramissa habentur. — Tagenonis Decani Patauiensis Descriptio Expeditionis asiaticae in Turcas Friderici Imperatoris; in Freheri script. Rer. Germ. Tom. I. in Append. p. 6.

CXXXVII.

A. Ch. 1190. *Bela III. R. H. regis Galiciae axioma retinet.*

Anno Dominicae Incarnationis MCXC mense Iunii die Sanctorum Ioannis et Pauli, Indictione VIII. Iadrae. Temporibus Domini nostri Belae, Dei gratia inuictissimi Regis Vngariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, nec non Galaciae; et Petri Iadertinae Sedis Venerabilis Archi - electi. Instrumentum, per quod Damianus Iadrae Comes, vna cum Gregorio Soppe, Biste de Iuda et Petro Sludari, Iudicibus, renouant pacem inter ambas ciuitates, cum Andrea Arbensi Episcopo. Andrea Surre, Stephano Martini Iudice, Fusco Manarini, Christophoro Calderarii, Ve, Kiedrago, et Petraniola Arbensi, in haec pacta: Si quispiam vtri-

usque Ciuitatis aliquam alicui pecuniam crediderit, et eam rehabere nequiuerit, ipsum debitorem suum, et non alium quaerat in aspectu Iudicum debitoris, et cogant eum reddere vniuersa; et si nihil in ciuitate habuerit, non debet intra moenia capi, sed extra, vbi reperiri potuerit, vt libertas ciuitatum illaesa permaneat, At vero, si quisque Nobilis vel ignobilis in latrocinio, seu rapina repertus fuerit, pro duodecim Romanatis, excepta damni compositione, quae ex integro dari debet, vendatur; si id, unde redderet, non habuerit, persona eius infra vrbem per manum curiae capiatur, et tam diu in potestate perditoris maneat vinculatus, donec reddat vniuersum debitum."

Ex Sanctuario Arbensi. Lucius de reg. Dalm. cap. XII. Libri III. p. p. 226. edit. Schwandtner Tom. III,

CXXXIX.

A. Ch. 1190. *Petrus Hungarus Spalatinus A. Episcopus.*

„MCXC Madii (Farlatus interserit diem 19.) post bellum cum Venetis habitum, et post victoriam de castello in promontorio Trani - - - sancto Grisogono gratias effundentes, de evasione maximi periculi, et collatione victoriae, ac omnimodi percepti beneficii deuote retulissemus, electo nostro Petro in Vngaria persistente, et Nicolao Farensi Episcopo, ecclesiae nostrae suffraganeo, missarum solemnia celebrante, et sermonem ad populum more solito faciente."

Lucius Hist. Dalm. Liber III. Cap. XII. p. 226.

CXL.

A. Ch. 1190. ***Fragmentum epistolae expeditionem Friderici Imp. in terram sacram perscribentis, eiusque per Hungariam transitum commemorantis.***

Credentes sanctitatem vestram esse cupidam circa notitiam rerum ab Imperatore gestarum, ea quae vidimus, et manibus tractauimus, fine adulterius falsitatis admixtione succincta breuitate vobis scribere curauimus. Cognoscat itaque vestrae sanctitatis discretio, quod ab amantissimo Rege Hungariae Bela honorifice recepti, et benigne ab ipso et humaniter tractati, statim cum regnum Graeciae intrauimus, in manus furum et latronum incidimus, nulla in Graecis fide reperta. etc. (quae sequuntur ad res Hungariae haud pertinent)

Baronii Hist. Eccl. T. XII. col. 835.

Videat. Canisii Tom. V. Antiquae lectiones Canis. Edit. Basn. T. III. P. II. p 506. 513.

CXLI.

A. Ch. 1195. ***Fragmentum documenti Iadertini, Emerici bis coronati, et Dalmatiae ac Croatiae Gubernatoris, memoriam perhibentis.***

„Anno MCXCV. Indictione XII. Iadrae. Regnante D. N. Bela, Vngariae Dalmatiae, Ramae Rege, et Enrico eius filio, bis coronato, Dalmatiam, et Croatiam feliciter gubernante. ecclesia Iadertina proprio pastore vacante, et Damiano, inclito Comite eiusdem Ciuitatis principante."

Farlatus Tom IV. p. 341.

CXLII.

A. Ch. S. a. Vestigium Diplomatis per Belam III. Cruciferis Ecclesiae S. regis Stephani de Szent Király concessi.

Meminit illius Stephanus de Bathor Iudex Curiae Reg. sub Alberto sequentibus verbis: „Praefatus dominus Ladislaus de Chetnek ac praelibatus Paullus, Prior dicti Conuentus, vniuersos Iobagiones dicti cruciferatus in dicta Szent Király, alio nomine Obon residentes, a solutione quorumlibet tributorum, vbique in Regno Hungariae existentium, per quondam Regem Belam III. secundi Geisae Regis filium, exemtos fuisse, ac eidem Ecclesiae de Szent Király duodecim naues portuales, quae carinae dicuntur, datas exstitisse.“

Katona Hist. Crit. Tom. V. p. 333.

CXLIII.

An. Ch. 1196. Petrus Blesensis Constantiam, Emerici regis viduam, consolatur.

Pagius in Critica Annalium Baronii Tom. IV, p. 697.

CXLIV.

A. Ch. 1200. Vestigium Priuilegii Andreae II. Belae III. filii, mox regis Hungariae, solemnis Tragurium ingressus.

Andreas Belae III. filius Dux Dalmatiae in priuilegio Traguriensibus anno 1200. concesso inter cetera sequentibus vtitur verbis: „Traguriensem Ciuitatem intrauimus, vbi vna a Clero et vniuerso populo in honore et gaudio recepti, laudes hymnidicas honorabiliter recepimus.“

Lucius in Schwandtner. SS. RR. Hung. T. III. p. 119.

CXLV.

A. Ch. 1200. *Capitulum Agriense pro Comite Nicolao Muncsul contra Stephanum Vid , etc. inquirit.*

Extractus Inquisitionis Capituli Agriensis pro parte Comitis Nicolai de Muncsul contra Stephanum Vid, et per eum seruiente eiusdem, Fulcus filium Haraco, ac Andream, populosque Villae Ziritva cum euocatione ad dandam rationem susceptae super eo; quod iidem a seruitoribus dicti Nicolai 4 boues currui onerato segete ad molendinum suum super fluuio Laborcz existente causa deportationis eorsum praeiunctos, violenter occupassent, occupatos vero nonnisi ad pactationem summae cum vno Iobbagione de communi ex publica via incaptiuato extradedissent et dimisissent.

Sirmay Sinactica Diplomatica.

CXLVI.

A. Ch. 1201. *Statutorum Capituli Generalis Ordinis Cister. decretum.*

Illi Abbates de Hungaria, de Bohemia, de Polonia, et ceteri, qui terminos habent (scilicet conueniendi Cistercium ad Capitulum generale) quando excesserint (terminum) verberentur virgis , tantum citra sanguinem, per aliquem secularem.

Martene Tomus IV. anecdotorum. Col. 1297.

CXLVII.

A. Ch. 1203. *Wolkerus Pataviensis Episcopus cum Leopoldo glorioso Austriae Styriaeque Duce de iuribus in Fischaminde et Neusiedel transigit.*

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis, Wolfgerus dei gratia Pataviensis Episcopus vniuersis

Christi fidelibus, perpetuam salutem in eo, qui est salus omnium. Cum ex debito pastoralis officii votis omnium Christi fidelium assensum praebere et piam ipsorum deuocionem promouere teneamur. maxime tamen in religione constitutis deique seruicio iugiter insudantibus, debitores nos esse recognoscimus, et ne vetustatis, vel obliuionis errore beneficia in Christi milites collata contingat aboleri, vel inique permutari, scriptorum commendatione procurandum existimamus. Innotescat igitur memoriter cunctis Christi fidelibus, quod nos vna cum amico nostro pie recordationis Livpoldo Duce Austrie ac Styrie concambii iure communicato sapientum consilio conuenimus, vt quidquid ipsum iuris habere constaret in Schwabdorf; et Vischamunde, nec non et in Nivsiedel tum pro reuerentia beati Stephani Protomartyris patroni Patauiensis ecclesiae nec non et sanctorum Valentini ac Maximiliani confessorum, quorum corpora ibidem requiescunt, tum et pro nostri dilectione, qua nos semper specialiter complexus est, ad nos et Patauiensem Ecclesiam de cetero pertineret. Nosque versa vice ecclesiam ville, que dicitur inferior Svlze quam nos et Patauiensis ecclesia donatione Sighardi et Heinrici Comitum de Schala cum omnibus pertinentiis et iure patronatus canonice possederamus pietati Ducis prefati pari iure contulimus. Contigit autem vt predictus et deo deuotus ille Dux eandem ecclesiam cum ipsa villa quam et ipse a memoratis comitibus haereditatis iure susceperat, monasterio et fratribus in sancta cruce pro salute et remedio anime sue ac parentum suorum pro supplendis eorumdem fratrum stipendiis, libera deuotione conferret. Nos quo-

que ipsis fratribus pro parte nostra condescendentes perhenni iure ipsis concessimus, vt quemcunque Sacerdotem ipsi in eadem ecclesia instituere decreuerunt, Stipendiis ab eis conuenienter sibi designatis contentus permaneat, ita tamen, vt nobis vel successoribus nostris presentandus, per manum nostram pro debito inuestiatur. Ipsis autem fratribus si prelibatum sacerdotem viderint iniunctum sibi ministerium indebite amministrantem, et ipsis temere obuiantem, liceat eum coram nobis vel Archidiacono probatis eius implentiis, auctoritate nostra permutare, et alium in locum eius lege praescripta subrogare. Vt autem iam dicti contractus et concambii hinc inde facta donatio perpetuo iure rata conseruetur, presentem paginam subscriptis testibus et impressione sigilli nostri corroboramus. Et nequis temere praesumat eum violare, sub anathematis vinculo districte denunciamus. Hi sunt testes de Choro patauiensi. Meingotus prepositus monasteriensis etc. Laici quoque Dux Heinricus etc. Datum in Cothwico anno ab Incarnatione Dominica MCCIII. indictione VII. VIII. kalendas Iulii."

E mon. Boi. noua collect. Vol. I. par. II. p. 267—8.

CXLVIII.

A. Ch. 1203. *Fragmentum epistolae Comitis S. Pauli, occupata Urbe Bizantina, Isacium Imp. cum Vxore sua, regis Hungariae sorore, e carceribus liberatos significantis.*

Praecordiali amico suo H. Duci de Louanio viro nobili, H. Comes S. Pauli, statum pauperrimi exercitus Iesu Christi nobilitati vestrae declarare desidero. Noucrit igitur serenitas vestra

quod etc. (sequitur fusa narratio, qua ratione Alexius filius Isacii, per fratrem suum regnum ambientem captiuati, Cruce signatos ad ferendum auxilium prouocauerit, hique annuentes urbe Constantinopolitana potiti sint). In crastino Deo cooperante fuit ciuitas reddita nobis, et tunc fuerunt 8 dies completi a ciuitatis obsidione. Tunc vero Tirsacus (Isacius) Imperator, et Imperatrix vxor eius, videlicet soror Regis Vngariae, qui diu in horrore carceris tenti fuerant et inclusi, nobis gratias multimodas referentes mandauerunt, quod per Dei gratiam et nostrum auxilium fuerant a carcere liberati, et quod decus Imperii rehabebant, et nos in crastino veniremus in palatium tanquam in nostrum, cum filio suo diu desiderato, et ita fecimus, et manducauimus cum eis cum magnis exultationibus, et honore solemni, etc. etc. Valete.

Annales Godefridi Monachi in SS. Rer. Germ. Freheri Tom. I. p. 269. — 371.

Menda emendanda.

Tomo II. p. 83. l. 1. post glorioso: lege: Rege Stephano.
l. 9. post septemtrionem: lege: exit de ipsa via, et pertransiens fluuium
l. 12. loco via, lege: valle.
l. 17. loco Lon lege Lou.
p. 84. l. 6. loco Loug lege Louch.
l. 8. loco Domosta lege Domagosta.
l. 10. loco: habere, lege: trahere.
l. 15. loco Kewdezew l: Kewkezew.
l. 24. loco Alepius. l. Alexius.
l. 27. loco Zoyor: l. Zogor.
p. 85. l. 2. loco: qui pristaldum: l. qui per pristaldum.

Ex autographo.

CXLIX.

A. Ch. 1205. *Capitulum Agriense litteras Gersonis Palatini transcribit.*

Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus, quam futuris, praesens scriptum inspecturis Capitulum Agriensis Ecclesiae salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum notitiam tenore praesencium volumus pervenire, quod Miska filius Comitis Belus de Ürs in nostram accedens praesentiam Literas Domini olim Comitis Gerison Regni Hungariae Palatini nobis exhibuit, quarum tenorem nostris Literis transcribi sigilloque nostro consignari postulabat; quarum quidem Literarum tenor dinoscitur esse talis: Nos Comes Gerson etc. (videatur huius priuilegium ad an. 1155.). Nos siquidem iustis petitionibus eiusdem Comitis Miska legitimis satisfacere volentes tenorem earundem Literarum Compositionalium de verbo ad verbum nihil augendo, nihil imminuendo praesentibus Literis priuilegialibus sigillique nostri pendentis appositione fecimus consignari. Datum in Vigilia pentecostes Anno Domini MCCV. (L. S. P.)

E Collectione Czekiana.

CL.

A. Ch. 1206. *Bertoldus, Dux Meraniae, ac Marchio Istriae Ducis Dalmatiae titulo utitur.*

In nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Ego Bertoldus Dei Gratia Dux Dalmatiae et Marchio Istriae per praesens scriptum praesentibus et futuris insinuo etc. etc. (sequitur confirmatio beneficiorum per parentem suum Cartusiae Seitzensi collatorum).

Pez Cod. Dipl. Hist. Epistol. P. II. pag. 64.

CLI.

A. Ch. 1207. *Vestigium priuilegii ab Andrea II. R. H. per Almisianos obtenti.*

Rex Andreas II. Almisanis priuilegium simile Dalmaticis Ciuitatibus indulsit.

Lucius ap. Schwandt. p. 257.

CLII.

A. Ch. 1209. *Idem Andreas Demetrio ac Thomae terram Kapi confert.*

Andreas Rex terram subtractam a Castro Gevriensi nomine Capi totaliter cum arundineto foeneto piscinis et cum fluvio Rabcha, ad petitionem fidelis sui Poch tunc palatini et Comitis Mosoniensis Demetrio ac Thomae iure perpetuo confert possidendam. Cuius terrae quantitas in cultura continet totaliter trecenta iugera, metae autem dictae possessionis Capi in litteris eatenus editis sunt conscriptae.

In litteris tardioribus d. a. 1409.

CLIII.

A. Ch. 1212. *Statutorum Capituli Generalis Ord. Cist. decretum.*

Concedetur Regi Hungariae, vt, cum iter arripuerit ad terram Hierosolymitanam, licet ei secum habere duos monachos cum converso; caveat tamen Abbas, ne hac occasione monachos suos ei tradat antequam iter arripuerit.

Martene Tom. IV. Anecdotor. Col. 1312.

CLIV.

A. Ch. 1212. Andreas II. ius Patronatus monasterii Kapornak Generationalibus de Cador confirmat.

Andreas II. confirmat Ius Patronatus Monasterii de Copernuch pro Michaële et Henrico de Genere Cador eorumque posteris ac descendentibus. Anno 1212.

E Collectione Czekiana.

CLV.

A. Ch. 1214. Idem Andreas Salomoni, filio Comitis Miska, terram Ederich de Castro Zaladien. exemtam confert.

In nomine Sanctae Trinitatis et Indiuiduae vnitatis, Andreas Dei Gratia Hungariae Dalmatiae Croatiae Ramae Seruiae Gallitiae Lodomeriaeque Rex in perpetuum. Cum Regiae Serenitatis magnificentia iuxta suorum merita vberiori debeat diffluere gratia, interest et salutis in bene meritorum laudibus manu plena et aperta regali munificentia assurgere, qui nec sibi nec suis parcere quaerunt, sed cum locus affuerit, pro deuota fidelitate sui sanguinis effusionem non formidant; hac itaque consideratione nos fauorabiliter ducti ob eximiae fidelitatis seruitium, quod nobis Comes Miska, pater Magistri Salamonis exhibuit, qui post miserandam caedem dilectae consortis nostrae, per impios impie factam, filium nostrum Belam in nostra desolatione de latere nostro assumpsit, quem tenerrime educauit, et cum voluimus, mirum in modum, mirae fidelitatis gloriose educatum, qui quamvis poterat, tamen non excessit, ad sinum nostrae paternitatis deportauit. In recompensam tanti ac talis servitii ter-

ram quandam Ederich, de Castro Zaladiensi exemtam, sibi suisque haeredibus iure perpetuo possidendam contulimus; quam per fidelem Comitem Henricum, de Genere Zolove, nullo reclamante circummetari iussimus et dictum Miskam introduci, etc. — Ut igitur huius nostrae Donationis et perpetuae confirmationis series duret inposterum inconcussa, praesentem paginam in cautelam manentem Sigilli nostri munimine fecimus insigniri. Datum per manus Thomae, Aulae Regiae Cancellarii et Albensis Praepositi. Anno Dominicae Incarn. MCCXIV. Venerabili Ioanne Strigoniensi, Reverendo Bertoldo Colocensi, Catapano Agriensi, Desiderio Chenediensi, Simone Varadiensi, Gothardo Zagrabiensi, Willermo Vltra syluano. Petro Geuriensi, Roberto Besprimiensi, Iacobo Waciensi, Ecclesias feliciter gubernautibus. Nicolao Palatino et Budrugiensi Comite, Ochuz Bano, Iula Vajvoda et Zanukiensi existentibus, Salamone Bacsiensi, et Magistro Tauarnicorum, Mica Bychoriensi, Smaragdo Posoniensi, Ioanne Soproniensi, Pothone Musuniensi, Miska Vasvariensi, Martino Chenadiensi, et Curiali Comite Alexandro de nouo Castro, et Nicolao Albensi Comitatus tenentibus. Regni nostri Anno X. L. S. P.

Kovachich in Genealogia MSS. Familiae de Batthyán. In Codice Dipl. T. III. Vol. I. p. 151. Extractus solum communicatus momentosi huius Diplomatis, isque etiam mendosus. Orig. in Archiuo Abb. de S. Gotthardo.

CLVI.

A. Ch. 1214. *Capituli Varadien. de parte terrae Solomun per Iacobum, filium Pata, emta testimoniales.*

Anno incarnationis Domini MCCXIV. regnante gloriosissimo Rege Andrea, Simone Varadiensi

Episcopo existente, Iacou filius Pata, emit a Bodun Comite, filio Eustachii, tertiam partem terrae Solomun, portionem scilicet ipsius Bodun Comitis, loco sessionis et parte nemoris, ad eandem portionem pertinente distinctis, agro autem ab una tertia quidem parte data, sed indistincta, a parte Petus, filii Chuley, ad quem videlicet pertinent duae partes eiusdem terrae. Idem etiam ab eodem emit super eandem terram duos libertinos, scilicet Crachinum et fratrem eius Bucham; praenominatus autem Bodun Comes testatus est, se vendidisse illa, et accepisse pretium eorum taliter, videlicet viginti et septem marcas.

Ritus explorandae veritatis per iudicium ferri candentis et aquae bullientis, — in Math. Bel Adparatu ad Historiam Hungariae Anno 1735. in Folio, p. 271. §. 374.

CLVII.

A. Ch. 1216. Idem Capitulum, Nicolaum Palatinum, Cotloba et Cepano terram adiudicasse testatur.

Joubagiones de Zobosló scilicet Igeben dux exercitus Bedae, Bela, Vodosa, Isaac Centuriones, item Cicolou Varnogio at Peter Archipreco, impetierunt Cotlobam, et Cepanum de violenta occupatione terrae castri. Cotloba autem respondit, se terram eandem pro aliquo forefacto prius amisisse, et adepta venia, cum Rex reddi sua per Cepanum Palatinum Comitem praecepisset, nullus ei in eam terram redintranti contradixisset. Nicolaus itaque Palatinus Comes iudex eorum, praecepit ei adducere Pristaldum restitutionis; et ille adduxit Azariam de villa Nechemér, cui testimonium de restitutione perhibenti, supradicti adversarii contradicere non audentes, condemnati sunt. Iudex itaque terram, de qua scilicet agebatur, praedictis Cotlobae et Cepano fecit confirmare, dato

Pristaldo nomine Farcasio, de villa Loc. Qui terra illa confirmata legitime cum centurione Isaac nomine, qui se a sociis suis centurionibus transmissum esse perhibuit, rem gestam Varadiensi Capitulo contestatus, praesentibus literis fecit aeternari.

Ritus explorandae veritatis l. cit. p. 259. §. 329.

*

A. Ch. 1216. *Nicolaus Comes Palatinus decidit controuersiam inter Venatores Bubalorum de Ypu et filios Gunter quoad terram Deudas vertentem.*

Venatores Bubalorum, de villa Ypu, citauerunt filios Gunter, scilicet, Ananiam, Azariam et Michaëlem, ante Regem Andream dicentes, quod terra nomine Deudas iuris eorum esset, et illi violenter occupassent; Rex autem commisit causam eorum Nicolao, Comiti scilicet Curiali, et Posoniensi discutiendam. Ante quem praedicti Venatores se recognoscentes, confessi sunt se praefatos fratres de terra illa iniuste impetiisse. Iudex itaque dato Pristaldo nomine Topazio de villa Satar, praedictam terram metari fecit, et iam dictis fratribus confirmari. De terra autem eadem habet Iacob, filius Opsa, ius vnius funiculi ad dimidium aratrum. Vt autem excusatio huius causae sciatur a posteris, idem Iudex eodem Pristaldo misso et literis, coram Mert decurione illorum Venatorum, Capitulo Varadiensi fecit finem huius causae, praedicto ordine contestari.

Indidem pag. 259. §. 330.

CLVIII.

A. Ch. 1216. *Capitulum Varad. Pousam cum Vxore conuictos fuisse attestatur.*

Pousa requisiuit duos seruos vxoris suae, filiae Hudus Comitis, scilicet Tutan et filium eius Lucam, coram Neuca Comite Bichoriensi a Canonicis de

S. Protomartyre: illi autem dixerunt eosdem seruos donatos esse ab vxore ipsius pro remedio animae prioris mariti sui, scilicet Boc. Praefatus itaque Iudex posuit super Iuramentum vxoris Pousae; quod scilicet ipsa iuraret cum duodecim filiis suis in Ecclesia S. Protomartyris, et illos seruos positos in eadem Ecclesia auderet educere de ecclesia. Assignato itaque termino, praefata mulier, cum filiis suis non venit, neque procuratorem causae suae misit. Praememoratus itaque Iudex condemnauit eam et maritum eius Pousam et per Pristaldum nomine Samam, de villa Bursa, nobis contestari, et praesenti pagina fecit aeternari.

Ritus explorandae veritatis l. cit. pag. 243. §. 241.

CLIX.

A. Ch. 1216. *Gyulae Comitis Palatini ad Capitulum Ecclesiae Varadin. datae literae.*

Gyula Dei Gratia Comes Palatinus cuncto Capitulo Varadinensis Ecclesiae Salutem et dilectionem. Notificamus vobis, quod aduersarii Forkos, quorum nomina haec sunt: Mortun, Zobolchi, cum seruientibus eorum, Moruc, Ioanus, Niclous, Stephan, et Frater eius Ioud, et seruus suus Scimad, Gyomolth, Tyod, Petka, et vnus germanus eorum Bena, Gyurg, Mogud, Abel, Olbert, et seruiens suus Chyma, Matthaeus, Cecur, Scenter, Abram, Vece, Toluoy: Buk, Scumud, in praesentia nostra remanserunt, et eos ferrum leuare in locum Varadinum misimus, quos termino praefixo, pristaldus noster non dixit venisse: quod si verum est, et vos scitis, quod praedicti homines ibi non fuerint, iam dicti Farkasii causam litteris assignate, et omnes praenominatos remansisse.

Rit. expl. verit. §. CCXLII. Edit. Bel. p. 242.

CLXII.

A. Ch. 1216. *Capituli Varadin. in causa Farkasii, filii Gyama, contra Martinum de villa Zobolsu, litterae.*

Vniuersus Varadinensis Ecclesiae Conuentus vniuersis praesentes Litteras inspecturis Salutem in Domino. Anno Domini MCCXVI. in Septimana Omnis terra, Farkasius, filius Gyama, veniens cum Martino de villa Guerdei, pristaldo Gyula Comitis Palatini ad Iudicium ferri candentis, contra Martinum de villa Zobolsu, raptorem scilicet filiae suae, et contra coadiutores illius, stetit per totam septimanam illam, sed nullus de aduersariis suis comparuit, praeter quemdam nomine Scegium, qui se nobis et postea Iudici, coadiutorem praefati Martini fuisse confessus, exoculatus est. Memoratus itaque Forkasius ad praefatum Iudicem reuersus, renunciauit cum pristaldo suo, aduersarios suos ad iudicium ferri non venisse. Iudex igitur condemnauit illos. Nam per eundem pristaldum suum et Farkasium tales nobis remisit Litteras. Gyula etc. (vide litteras Gyulae Palatini pag. 195.) Nos autem, sicut praediximus huius rei testes sumus, quod praenominati homines in praedicta septimana omnis terra Varadini non comparuerunt, praeter iam dictum Scegium.

Rit. explor. verit. Edit. Bél. pag. 242. §. 242.

CXLI.

A. Ch. 1216. *Venceslai Comitis Szathmár. ad Capitulum Varad. in causa furis Furman nomine epistola.*

Ego Wenceslaus Dei Gratia sum Comes Zothmariensis. Tobol filius Peta litigauit in praesentia mea cum Furmanh filio Ber, biloti Hodosdiensis, asserendo ipsum esse furem. Iudicio inter

eos constituto, misit eos ad locum Varadinensem per pristaldum Petrum, filium Marc. Tobol cum pristaldo suo iuit et fuit in termino Varadini praefixo, sed Furman contrarius suus non iuit illuc. Istis litteris nos istud adiicimus, quod praenominatus Furman, in septimana Exaudi Domine, non comparuit Varadini, sed Tobol et pristaldus fuerunt.

Rit. explor. verit. §. CCXCV. pag. 253. Edit. Bél.

CLXII.

A. Ch. 1217. Iacobi Acconen. Episcopi ad Honorium PP. III. de Andreae II. R. H. in terra S. gestis Epistola.

Reuerendo in Christo patri ac Domino Honorio D. G. summo pontifici, In diuina miseratione Acconensis Ecclesiae Minister humilis. Noueritis quod anno Domini ab incarnatione MCCXVI. (?) aderant hi principes apud Accon: scilicet rex Hungariae, rex Cypri, dux Austriae, rex Ierusalem, Templarii hospitalarii, Principes et Comites, equites et pedites, quorum multitudo numerum excedebat, et vt dicunt, qui captioni ciuitatis Accon affuerunt, nulla conparatio fuit illius exercitus ad istum, tum siue in armis, siue in equis, siue etiam in bellatoribus. Consilio ergo inito post aliquot dies iuerunt vsque ad Damascum, et multas villas et casalia depopulauerunt, et destruxerunt arbusta et oliueta, et omnia ligna fructifera, et quaecunque potuerunt Saracenis mala intulerunt, et aliquot captos ex eis in reditu suo deduxerunt; sed sciatis quod plures ex nostris in eadem amissi sunt equitatura quam capti ex alienis. Postea vero aliquot elapsis diebus, habito consilio, iuerunt ad montem Thabor, et facto ibi quodam insultu sine aliquibus machinis statim recesse-

runt: et dictum est, quod si viriliter institissent, de leui castrum aquisiuissent; sed vt totus clamat populus, tam in hac vice, quam in supradicta, quorumdam mala fides intercessit. Tertium vero iter aggressi sunt apud Castrum quoddam, quod dicitur Belfori, et apud Belma, quae alio nomine Caesarea Philippi nuncupabatur, vbi satis aduersitatis et inediae sustinuerunt; nec non et iacturam equorum, bestiarum et gentis magnam incurrerunt; et sic Accon reuersi sunt: quae omnia facta sunt a festo omnium sanctorum vsque ad circumcisionem Domini. Post festum itaque Epiphaniae, sumta occasione, recessit rex Hungariae, iter suum dirigens per terram ab Accon vsque ad Tripolim, et a Tripoli vsque ad Constantinapolim et ita demum in patriam suam. Simul et semel recessit cum eo rex Cypri, et cum eo Comes Tripolitanus, vt sibi sororem suam traderet in vxorem. Nec longo elapso tempore apud Tripolim mortuus est rex Cypri. etc. etc.

Martene Thesaurus nouus Ancedotor. T. III. col. 287.

CXLIII.

A. Ch. 1218. *Fragmentum bullae Honorii PP. III. delicta Episcopi Varadinensis perstringentis.*

„Quod (se idem Episcopus) persequendo iustitiam, et commessationibus et ebrietatibus insistendo, delectatur in dolo, et in malitia gloriatur, qui Pariochianis suis, interdum spiritualia sic ministrat, quod nonnulli existiment, ipsum orthodoxae fidei non sapere puritatem. Clericos quoque Varadienses terris, sylvis, pratis, redditibus, et rebus aliis per violentiam spoliat, et excom-

municationis vinculo contra statuta generalis Concilii adstringit, ac quosdam ex eis per incompositam familiam, quam habere ipse incompositus delectatur, sic fecit inhoneste tractari, quod quidam illorum rebus omnibus spoliati, ex inflictis vulneribus perierint. " (Cum inquam haec et alia haud inferiora de eo deponerentur, Vesprimiensis Episcopus et Abbas de Bochin Cisterciensis Ordinis designati sunt, de vita et moribus illius inquisituri) „Romae apud Sanctum Petrum Idibus May anno secundo. "

Angeli Manrique Annalium Cisterciensium Tom. IV. p. 143. ad Nro. 13.

CLXIV.

A. Ch. 1219. *Diuisio terrae Hene testimonio Capituli Varad.*

Anno Dominicae Incarnationis Millesimo ducentesimo decimo nono, Pristaldo regis nomine Martinus, de villa Shama, in prouincia Suprunus, veniens cum curiali comite Moyad, comitis nomine Fiod, et clerico Vrcondo, filio Dionysii comitis, contestatus est nobis diuisionem Terrae Hene, ipso mediante factam, inter Moyad Comitem, et Nicolaum Nepotem eius, ex vna parte, et Vrcultus, filium Dionisii cum fratribus suis, hoc modo. Quia cum locus villae Henae, in diuisione Mayad comiti accidisset: Vrcultus volens satisfacere, terram in Thoufö mensurando, Mayad comiti pro eo dedisset. Sed Mayad Comes, eundem locum villae, Vrcundino et fratribus suis, gratis concessisset. Ipsa vero terra Hene tali ordine metarum diuisa inter praedictas partes perhibetur. Prima itaque meta egreditur de terra Bogdan, et

vadit ad Thoufő, et inde transit vltra Veyzlő, et inde versus domum Vrcultus. etc.

Ritus explorandae Veritatis in Belii Adparatu ad Historiam Hungariae in fol. Nro. 1735. pag. 191. §. 1.

CLXV.

A. Ch. 1219. *Fratres Margarethae, Vxoris Comitis Torcunca, terram suam haereditariam Gilianus a Cruciferis S. Ioan. recaptiuant.*

Domina Margaretha, vxor quondam Torcunca Comitis, habens terram haereditariam nomine Gilianus, ex donatione patris eius, videlicet Forcasii, et Fratrum suorum, scilicet Ioannis et Pauli. Mortuo Patre suo et marito, inconsultis fratribus suis, donauit eandem terram Cruciferis Sancti Ioannis Baptistae; fratres autem eius praedicti, duxerunt eam in causam ante Regem Andream, dicentes, non licere ei quoque modo alienare terram illam aliis, cum ipsi sint commetanei, et ipsa terra eis sit haereditaria. Rex itaque cum Principibus suis id ipsum sentiens, dato Pristaldo, nomine Fonchuca, fratre Heym, praecepit terram illam venumdari praedictis praedictae Dominae fratribus. Qui cum iam dicto Pristaldo venientes Varadinum, dederunt cruciferis praefatis, pro saepe iam dicta terra praecium secundum aestimationem regni, viginti et duas marcas, fertone minus, et terram in eorum ius, regis auctoritate reuolutam, testimonio nostri capituli Varadiensis sibi fecerunt adscribi.

Indidem pag. 222. §. 130.

CLXVI.

A. Ch. 1219. *Andreas II. terram Tamasi Ecclesiae S. Stephani P. M. readiudicat.*

Cum Ecclesia Sancti Protomartyris de territorio Varadinensi quandam terram suam, nomine

Thomasci, contulisset vsu fructuario Raphaëli, filio Thomae comitis: Raphaële autem in persona: et in cunctis possessionibus suis pro quadam enormitate facinoris sui: contra Comitem Both, publice condemnato: praenominata terra, inter caeteras nominati Raphaëlis terras, in manus regis Andreae deuenisset. Rex vero, Ladislao Comiti de Bách, et Iudici Curiae, terram illam contulisset. Philippus Praepositus Ecclesiae Sancti Protomartyris, cum priore Adriano, et Cornelio custode, nec non vniuerso eiusdem loci Capitulo, requisiuerunt supradictam terram, dicentes et testimonio priuilegii ostendentes, quod praefata terrá Ecclesiae Sancti Protomartyris esset, et praefato Raphaëli, vtpote deuoto Ecclesiae filio, vsu fructuario collata, inter facultates ipsius Raphaëlis ab Ecclesia non deberet alienari. Rex itaque cum suis principibus de iam dicta terra taliter definiuit: Quod supradicta Sancti Protomartyris Ecclesia supradicto Ladislao Comiti centum marcas persolueret, et sic supradicta terra Thomasci ad ipsam sine omni contradictione iure perpetuo rediret, et factum est ita. Nam praepositus eiusdem loci nominatus, cum nominatis fratribus suis, centum marcas, coram Pristaldo Regis, videlicet Petro, Filio Lud, praesentibus nobis persoluentes, saepe iam dictam terram, in ius saepedictae Ecclesiae redemerunt. Nos, Conuentus V a r a d i e n s i s h u i u s rei testes sumus.

Indidem pag. 222. §. 131.

CLXVII.

A. Ch. 1219. *Circiter: Capituli M. Varadinensis in causa litis inter villanos de Iku et Iobbagiones noui castri litterae.*

Valerianus Cantor, Michaël Custos, Gerardus Decanus, Ioachin et Moust Archi-Diaconus Varadiensis, et omnes alii vniuersis, quibus litterae praesentes exhibentur, Salutem in Domino. Venit ad nos in septimana Exurge quidam pristaldus, vt ipse dixit de se, nomine Bolosoy, de villa Bobona, cum quibusdam villanis de Iku, scilicet: Roma, Syka, Sumoz, et Olodaro, et dixit, quod vniuersi villani de Horz, et de Erdeu, et de Zethu, et de Bala, et de Quer, et de Zaka, et de Barka, coadiuuantibus noui castri Ioubbagionibus, scilicet: Iordano Praefecto Castri et Poson Archiprecone, inpetiissent praenominatos quatuor villanos de Iku, et — idem Laurentium, Cyubam, Forkos, et Somotam, quod essent quidem Ioubbagiones, sed de Castrensibus exempti. Illi autem dixerunt naturales Ioubbagiones esse, qui scilicet: Forkas principe exercitus, Soma, Vidard, Ioanne, Zolos, Leustach, Iacobo Archiprecone. Quos Michaël curialis Comes de Heues, ex praecepto domini sui Alexandri Comitis de nouo Castro, vt pristaldus dixit, discutiens misit Varadinum, vbi praedictus pristaldus et idem Roma, Syka, Sumoz et Olodár et quidam Ioubbagio Castri, nomine Georgius missus vt ipse dixit a Forkos principe exercitus et coadiutoribus suis, fuerunt in termino, scilicet hebdomada Exurge. Aduersarii vero eorum non comparuerunt, et supra dictus pristaldus dixit, quod Iudex praefatus scilicet Michaël, pro conuicta et condemnata parte

haberi mandasset eam partem, quae non veniret: sed hoc nos nescimus.

Ritus Explor. verit. Edit. Bél. pag. 231. §. 174.

CLXVIII.

A. Ch. 1219. *Statutorum Capituli Generalis Ord. Cist. decreta.*

„Scribatur a Capitulo generali Domino Papae et Domino Regi Hungariae pro libertate domorum Ordinis (Cisterc.) quae sunt in Hungaria, ne prae nimia seueritate et grauamine Abbates iterum conqueri conpellantur.“ „Petitis Domini Stephani, filii Stephani Comitis, de subdendo Monasterio S. Mariae, S. Godardi in Hungaria, et ordini incorporando, eommittitur Abbatibus de Lyris, de Runis et de S. Cruce, vt quid inuenirint, studeant sequenti Capitulo nunciare.“

Martene Tom. IV. Anecdotor. Col. 1326.

CLXIX.

A. Ch. 1220. *Extractus litterarum dupplicis Ordinis ab Andreae II. congenerationalibus de Osl concessarum.*

Andreas Rex Terras Maguch et Borboch a Castro Regio Soproniensi abstractas et in Comitatu de Sopron sitas, Belud et Oslw filiis Comitis Oslw confert. Anno MCCXX. — Oslw et Belud, filii Comitis Oslw, vi Donationis Regis Andreae per Mauritium de Paku introducuntur in certum Praedium Andreae, filii Paul, et Petri, filii Endus, nec non Terram seu villam Deer v. l. Iobbagionum Castri Geuriensis. a. e.

E Collectanis Czekian. Probabiliter haec terra Iobbagionum Castri Geuriensis fuit ea, quam Rex Andreas teste Donatione in Codice Hungar. Tom. III. Vol. I. p. 300. adducta a memoratis Donatariis iterum recepit, eosdem

aliis duabus villis a Castro Veszpremiensi abstractis indemnes reddendo.

CLXX.

A. Ch. 1221. *Familiae Laky super certis terris transactio Palatinalis.*

Familiae Laky super certis terris ac locis molendinorum transactio Palatinalis de anno MCC. vigesimo primo.

Originales in archiuo familiae Niczkianae.

CLXXI.

A. Ch. 1221. *Conuentus Varadien. in causa inter villanos de Méhes, et Solt, filium Solt, controuersa, editae litterae.*

Humilis Conuentus Ecclesiae Varadiensis, omnibus praesentes litteras inspecturis salutem in Domino. Vniuersitati vestrae notum facimus, quod anno Dominicae Incarnationis MCCXXI. cum esset edictum a Rege Andrea, quod terrae Castrensium requirerentur, Cives Békesienses de villa Méhes, scilicet Otmar, Iuan, Berte, Toma et alii, coadiuuantibus eiusdem Castri Joubagionibus, scilicet Sungud, Hysce, Jordán, Petro, filio Simonis, et aliis inpetierunt Solt filium Solt dicentes, quod terram Castri nomine Scilos cum prato et virgulto, cum medietate paludis, nomine Fas, violenter occupasset. Hanc causam Tiburtius, Gyula, Alexander et Helias Comites Vice regia discutientes per pristaldum nomine Paulum de villa Terecha, filio Calanda, direxerunt ad examen ferri candentis Varadinum, vbi praenominatus Iuan, portato ferro pro se et conciuibus suis combustus est.

Rit. expl. verít. §. CCCLXI. pag. 267.

CLXXII.

A. Ch. 1221. *Aliae einsdem meriti inter Becea et Heyma.*

Conuentus Ecclesiae Varadiensis, omnibus praesentes literas inspecturis, aeternam salutem in Domino. Universitati vestrae notum facimus, quod cum Becea, de Fokeheuu, impetiisset quendam nomine Heyma, de damno quadraginta et duarum marcarum, facto per violentiam, Bocha vicarius Pauli Vayvodae discutiens eos, per Pristaldum nomine Ceku, misit ad examen ferri candentis Varadinum, quo cum venisset nominatus Becea, cum Pristaldo suo, quidam asserens se esse Heymonem illum, de quo res agitur, ferri candentis subterfugit iudicium, dicens, quod Bocha non esset Iudex suus. Bocha itaque remandavit nobis per literas suas, quod ipse est Iudex huius causae, et praenominatum Heyman, sicut decet, reum condemnasset. Huius rei testes sumus.

Ritus explorandae veritatis l. cit. pag. 267. §. 362.

CLXXIII.

A. Ch. 1221. *Eiusdem similis argumenti.*

Humilis Conuentus Ecclesiae Varadiensis omnibus, praesentes literas inspecturis, aeternam salutem in Domino. Universitati vestrae contestamur, quod veniens ad nos quidam nomine Zoba (vt ipse dixit) se vocari, statuit coram nobis duos ciues ferrei Castri, scilicet Mikulam et Crachium, vt idem Zoba dixit de illis, asserens illos, et omnes eorundem convillanos, de villa Thozar, impetiisse quosdam ministros Regis, scilicet Cunam et Gregorium de villa Caku, pro iniusta occupatione terrae castri. Cuius terra N. est. Ipsos autem ministros Regis respondisse, eandem terram esse haere-

ditariam. Nicolaum vero, Comitem Palatinum, misisse vtramque partem ad examen ferri candentis per Pristaldum nomine Simeonem, filium Vid de villa Ság, cuius ipse Zoba erat seruiens, Varadium, vbi taliter conuenerunt: Quod praenominati ministri satisfacerent Iudici et Pristaldo, aduersariis autem eorum darent quartam partem terrae praedictae, tres vero partes in quinque portiones ita diuiderent, quod tres de quinque acciperet Gregorius cum condiuisoribus suis superius; duas vero inferius, Czuna cum consortibus suis.

Ibidem pag. 268. §. 364.

CLXXIV.

A. Ch. 1221. Capitulum Varad. castrenses de Bihor certum terram filiis Bocion cessisse, testatur.

Humilis Conuentus Ecclesiae Varadiensis omnibus, sanctae Ecclesiae filiis, aeternam salutem in Domino. Vniuersitati vestrae notum facimus, quod anno Dominicae Incarnationis Millesimo Ducentesimo vigesimo primo, cum esset edictum a Rege Andrea, quod terrae castrorum a quocunque violenter occupatae, castris restituerentur, Tiburtius, Gyula, et Helia Comitibus a praefato Rege in parochia Bichoriensi delegatis, villani de Vruz et de Kolond, et de Gontoy, coadiuuantibns eiusdem castri Iobbagionibus, scilicet Luca Principe exercitus, Tegeegu, Paulo, et aliis impetierunt filios Bocion, scilicet Georgium, Gylianum, et alios omnes, dicentes, quod terram castri ad ipsos pertinentem iniuste occupassent. Illi autem responderunt, eandem terram esse sibi haereditariam, et hoc testimonio comprouincialium probauerunt. Praenominati itaque Iudices,

vtramque partem, per Pristaldum nomine Andream de Pulos, direxerunt ad examen ferri candentis Varadinum, vbi per triduanum ieiunium, cum deberet ferrum portari, supradicti actores, conuenerunt cum aduersariis ipsorum, dare eis terram metatam.

Indidem pag. 269. §. 368.

CLXXV.

A. Ch. 1221. *Acontius S. A. L. Cacethos sibi insidiatos fuisse, testatur.*

Aconcius, Domini Papae Subdiaconus, et Capellanus, Dei gratia Apostolicae sedis Legatus, vniuersis praesentes literas inspecturis salutem in Domino. Noueritis, nos propter instantem necessitatem guerrae nefandorum Cazethorum, qui pro ipsorum posse parabant nobis insidias ad nocendum, a Capitulo et Clero toto Ciuitatis Spalati exegisse, vt ligna nobis pararent, cum quibus secure possemus Iadram peruenire; quod tam deuote, quam hilariter facere procurarunt, postulantes a nobis, vt id illis, qui non consueuerunt super vectione Legatorum auxilium exhibere, ad praeiudicium non proueniret. Nos autem nolentes, vt quod nobis fit voluntate spontanea, debeat aliquibus praeiudicium generare, praesentibus literis declaramus, ne praeiudicium aliquod, ex hoc nobis auxilio praestito alicui generetur, super quo auxilio neminem duximus eximendum.

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hung. Tom. III. pag. 261.

CLXXVI.

A. Ch. 1221. *Vestigium edicti regis Andreae de terris castrensium restituendis.*

Huius mentio occurrit in ternis locis libelli: „Ritus explorandae veritatis per Iudicium ferri candentis“ insigniti. Edit. Bél. signanter Paragraph. 361. his verbis: „Anno Dominicae Incarn. MCC. XXI. cum esset edictum a Rege Andrea, quod terrae Castrensium requirerentur“ et Parapho. 366. „cum esset edictum a Rege Andrea, quod Castrenses dispersos Castri recolligerent“ Paragraph. 368. „Cum esset edictum a Rege Andrea, quod terrae Castrorum a quocunque violenter occupatae Castris restituerentur, Tiburtius, Gyula, et Helia Comitibus à praefato Rege in parochia Bichoriensi delegatis.“ etc.

Tempus, quo Edictum hoc edictum fuit, e praeallatis locis diserte dici quidem nequit, quod si tamen non fuit conditum Anno 1221. pro certo assumi poterit illud intercapedine annorum inter reditum Andreae ex expeditione Hyerosolimitana et conditum celebre Decretum anni 1222. intercedente publicatum fuisse.

CLXXVII.

A. Ch. 1221. *Edictum Andreae R. II. contra Ducem Cachetorum.*

Andreas Rex Hungariae, Malduco Duci Kachetorum, totique suae cognationi - - - - - iubet quod a latrociniis in insulis duabus maritimis, et Zeruouniza, se abstineant, piratas et Patarinos eiiciant; aliter cum robore Regni, et filiis duobus Bela et Colomano in persona castigabit.

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hungar. Tom. III. pag. 261.

CLXXVIII.

A. Ch. 1222. Andreas II. R. H. in compensationem pretiosorum, coronae Giselae reginae etc. sua ad terram sacram profectione ab Ecclesia Vesprimiensi acceptorum, bona reginalia huic confert.

In nomine Sanctae Trinitatis, et indiuiduae vnitatis. Andreas, Dei gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, ac Lodomeriae Rex in perpetuum. Licet inter cetera virtutum opera largiendi beneficium a plerisque semper comprobetur; ibi tamen largientis memoria praecipue commendatur, cum Deo datum, quod est sanctum, a deuotae dispensationis cultoribus, propagatione bonorum operum in Dei laudem, ac seruitium de die in diem dilatatur. Hac itaque consideratione salubriter inducti, praesentibus et posteris notum esse volumus: Quod cum nos in succursum Sanctae Hierosolymitanae terrae proficisceremur, ab Ecclesia Vesprimiensi res honestas, et vnam pretiosissimam accepimus, scilicet coronam Beatae memoriae reginae Gyslae, duodecim marcas purissimi auri continentem praeter lapides; quam videlicet marinis partibus pro centum quadraginta marcis argenti expendimus; Iobbagionibus nostris, qui praesentes aderant, auri valorem laudantibus, et nos ad recompensationem condignam faciendam, si vita comite in regnum nostrum reuertamur, diligenter rogantibus. Igitur causa diuinae retributionis, cuius opitulante clementia in regnum nostrum incolumes venimus, ad petitiones et preces fratrum in iam dicta Ecclesia Deo famulantium, ad recompensationem dictae pecuniae, quamquam pro eximys exigua, et pro amplissimis paucissima, pro initio

impendendae satisfactionis, cuius mensuram immensitatem fore intendimus, quia publicae vtilitatis causa in subsidium profecti terrae sanctae, praefatas res expendimus; quosdam populos nostros et etiam reginales in villis infra scriptis Capitulo praefatae ecclesiae Vesprimiensis contulimus tenendas in eisdem obsequiis, quae nobis et nostrae, nostrorumque progenitorum consortibus, conditione ipsorum requirente, impendere consueuerunt, perpetuo possidendas. In villa videlicet Csaba, in Comitatu Simighiensi, septem mansiones contulimus, Bogh scilicet, Chopur, Veche, Berchen, Berher, Szerecsen et Fundur. In villa Morus, tres mansiones: Farkasium videlicet, Ger et Beke. In comitatu Szaladiensi in villa Pecsöl maiori sex mansiones, Adrianum, Chomor, Wassard, Cheneo, Paulum, et Fenerus. Et tres mansiones in alia villa Pechül, Balam videlicet, Chaman et Endus. In villa Szölös, nouem mansiones, Petrum videlicet, Georgium, Marck, Gehe, Dionysium, Matheum, Balan, Matke, et Chenbe; in villa Abraham vndecim mansiones, Wogus, Iwanka, Poucam, Onthus, Box, Heymus, Latus, Iacobum, Petrum, Fenerus, et Mathiam. In villa Vduari tres mansiones: Bench, Wogus et Bench. In villa Eormines octo mansiones: Wasard scilicet, Fenies, Mutus, Nicolaum Hyanduk, — Banalek, Bas et Myke. In Asszofev vnam mansionem, Thybam videlicet fratrem Chenhud. In villa Arach septem mansiones, Anyanum scilicet, Thobiam, Peturke, Michaëlem, Nymige, Simonem et Gehune. In villa Poloznuk sex mansiones: Nemhys, Gege, Bolacsy, Lom, Chent, et Bicnam. In comitatu Veszprimi-

ensi in villa Berin duas mansiones: Thyba videlicet et Falka; volentes quod tam praedicti populi, quam omnes ab eis condescendentes, cum terris, vineis, syluis, foenetis, et cum omnibus aliis ad ipsos spectantibus, ad ius et proprietatem dictorum Fratrum, quibus donauimus, perenniter debeant et irreuocabiliter pertinere; ipsosque fratres supra dictae Veszprimiensis Ecclesiae per fidelem nostrum Iulam, filium Iulae Comitis, Magistrum Pincernariorum, fecimus introduci in possessionem. Vt autem haec a nobis facta — — — nostris, nostrorumque successorum temporibus salua semper et — — — permaneat, praesentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Cleti, aulae regiae Cancellarii, et Agriensis Praepositi, Anno Dominicae Incarnationis MCCXXII. Venerando Ioanne Strigonien. Reuerendo Hugrino Colocensi Archi-Episcopis existentibus. Desiderio Chanadiensem Roberto Weszprimien. Thoma Agriensem, Stephano Zagrabiensem, Alexandro Varadiens., Bartholomaeo Quinqueecclesiensem, Bryctio Vaciensem, Reynaldo Vltrasyluaniensem Ecclesias gubernantibus. Iula Palatino et Comite Budrugen. Salomone Bano et Comite Bachiensi, Nicolao Comite Curiali Reginae, et Comite Suprunien. Botyz aulae regiae Curiali Comite, et Comite Békesien. Buzad Posonien. Laurentio Vasuarensi, Iula Bihorien. Martino Albensi, Nicolao Comite Chanadien. Dionysio Magistro Tauernicorum, Demetrio Magistro Dapiferorum, Dionysio, filio Dionysii, Magistro Agazonum, et aliis quam pluribus Magistratus et Comitatus tenentibus. Regni nostri anno XVIII. (L. S.)

Ex originali archiui Capitularis Veszprimien.

CLXXIX.

A. Ch. 1222. *Ludouicus, Thuringiae Landgrafius, cum consensu consortis suae Elisabeth, filiae Andreae R. H. Curiam cum decem mansis Ecclesiae vallis S. Georgii vendit.*

Ludouicus diuina fauente clementia Thuringiae Lantgrauius, Saxoniae Palatinus etc. Cum autem termino instante debitum soluere non potuissem ad consilium Henrici et aliorum ministerialium meorum, cum fauore Sophiae matris meae et Elizabet vxoris, ego et fratres mei - - - - - etc. contulimus Abbati praedicto etc. (sequitur cessio praedesignatae Curiae) Acta sunt haec anno Domini MCCXXII.

Sim. Frid. Halm Collectio monumentorum Veterum et recentium Brunsuigae 1724. in 8. T. I. p. 92. N. XII.

CLXXX.

A. Ch. 1223. *Andreas II. R. H. montem S. Michaëlis a Gocellino Clerico monasterio Kercz donatam, et terram a Blaccis excultam, eidem a se collatam, metis assignatis confirmat.*

In nomine S. Trinitatis et indiuiduae Vnitatis. Andreas, Dei gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriaeque rex in perpetuum. Cum quaelibet iusta petitio apud regiae Serenitatis excellentiam sit admittenda; illa maxime mereri censetur obtentum, quae ab animo diuinitus inspirato procedens prodit velle petentis largiri terrena, lucrari coelestia, et temporalibus institutis adquirere sempiterna. Hinc est: quod ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire: quod cum fideli ac dilecto Clerico nostro Magistro Gocellino, propter

indeciduae fidelitatis obsequium montem S. Michaëlis cum ecclesia et terra sibi pertinente, situm in vltrasyluanis partibus, quae de Zebeniensi Ecclesia in concambium terrae Borothnik receperamus, simul cum omnibus suis pertinentiis, eodem iure libertatis, quo nos obtinueramus, libere ac pacifice, perpetuo possidendum, per fidelem nostrum Punkam, filium cocci Eliachim, contulissemus; postmodum processu temporum diuinitus sibi inspirante, pro remedio animae suae, intuitu aeternae retributionis, qua vnus quisque congrualiter indiget, monasterio de Kercz contulisset; accedens ad nostri praesentiam multa precum postularat instantia, quod donationi suae adsensum praeberemus, et priuilegio regiae authoritatis confirmaremus. Quum igitur regiae Serenitatis intersit cuiusque iura — — — et piis dispositionibus auctoritatem impendere; iustas eius petitiones, et optimam intentionem considerantes, fauore — — — praenominatum itaque montem, simul cum ecclesia et terra, suis cum pertinentiis, eodem titulo libertatis, quo eam dictus Clericus Gocellinus per nos possederat, in praesenti pagina adnotata, fecimus auctoritate nostri priuilegii perennari pro memorato monasterio, iure perpetuo possidendam. Prima meta terrae montis S. Michaëlis incipit ab oriente in pede alpium et descendit per torrentem descendentem ab ipsis alpibus versus villam Ruett † met. assignat. secus riuulum vsque ad viam, quae ducit de ipso monte ad villam Ruett † inde transit ipsam viam, et ascendit per quamdam viam vsque ad metam, quae diuidit territoria de villa ♄ mani, et de villa Ruett † inde tendit sub pede montis vinearum de villa

ꝥmani, et per quamdam semitam, quae ducit ad insulam Christiani vsque ad verticem montis nemorosi, et per ipsum verticem ascendit iterum in alpes versus occidentem, et ibi terminatur. Item etiam confirmamus in praesenti priuilegio terram, quam prius eidem monasterio contuleramus excultam de Blacis, pro remedio animae nostrae, per fidelem et dilectum nostrum Benedictum tunc temporis Wayuodam, assignari facientes: meta vero huius terrae incipiens a fluuio Alt, vbi finis est eiusdem insulae, ascendit per paludem Pyarpotok, vsque fagos Nusebik, et in fine dictarum — — in riuulum, qui dicitur Arpas, et exinde per eumdem riuulum ascendit vsque ad alpes, veniens versus australem plagam, et descendit in riuum, qui dicitur — — — et per eumdem riuum in fluuium Alt, et sic terminatur. Vt autem nostrae confirmationis series salua semper et inconcussa permaneat, praesentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Cleti, aulae nostrae Cancellary, et Agriensis Praepositi. Anno Dominicae Incarnationis millesimo, ducentesimo vigesimo tertio. Strigoniensi sede vacante, Desiderio Chenadiensi, Roberto Vesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, Thoma Agriensi, Briccio Baciensi, Bartholomeo Quinque-Ecclesiensi, Reynaldo Vltrasyluano, et aliis episcopis Ecclesias Dei gubernantibus. Iula Palatino et Comite Budrugensi, Salomone Bano, Nicolao Curiali Comite reginae, et Comite Strigoniensi. Botez aulae nostrae Curiali Comite, et Comite Bedesnensi (s. Bekesiensi) Buzad Posoniensi, Martino Musuniensi, et Laurentio Vasuariensi, et aliis

Comitibus Comitatus tenentibus, regni autem nostri anno vigesimo."

E tabulario Heltauiensium eruit Cornides MSS. T. XII. pag. 163.

CLXXXI.

A. Ch. 1223. *Statutorum Capituli Generalis Ord. Cist. decretum.*

Petitio Domini Camerarii regis Hungariae de constituenda Abbatia exauditur, et committitur Abbati de Sylgo (Zilisio) et de Copurnico, qui eant ad locum et ad Camerarium regis, et si impleuerit, quae promisit, habeant potestatem mittendi Conuentum de domo de Caminna."

Martene Tom. IV. Anecdotor. col. 1337.

CLXXXII.

A. Ch. 1225. *Nicolai Synistir, Dapiferorum Magistri, pro Abbate de Bel contra Vduarnicos de Papa adiudicatoriae.*

Nos Nicolaus Synistir, Magister Dapiferorum Domini Regis, et Iudex super iudicandis terris Vduarnicorum ex speciali mandato — — — — Dei gratia illustrissimi Regis Vngarie constitutus significamus omnibus praesentibus ac futuris praesentes inspecturis: quod cum Vduornici de Papa, vide licet Guchin, Bycha et Clericus, Bartholomaeum Abbatem Ecclesiae de Bél ad nostram citassent presenciam, proponentes contra eum, quod duo molendina ipsorum et XXV. iugera terrarum cum particula feneti indebite occupasset, et violenter detineret: Abbas vero predicte Ecclesie in eodem iudicio litteras Dionysii Palatini, felicis memorie, et Comitis Simi-

giensis, nec non priuilegium Chach Comitis de Supron, Hohoty Comitis de Ferreo Castro, et Demetrii Comitis de Chanad, iudicum a domino Rege Bela constitutorum, ad restitucionem ipsorum molendinorum et XXV. iugerum terrarum cum particula feneti solemniter exhibuit, quae ad vindicationem dicte terre satis euidenter praestiterunt testimonia. Nos igitur iuris ordine mediante, prout iusticiam memorate Ecclesie omnimode cognouimus in hac parte, dicta molendina et XXV. iugera terrarum cum particula feneti statuimus sepedicto Abbati Ecclesie de Bel libere et pacifice perpetuo iure possidenda iuxta eandem formam sicut in litteris predictorum Iudicum inspexeramus contineri. Quarum terrarum prima meta incipit a fluuio Toplycha exeundo iuxta magnam salicem in longitudine terrarum, que vulgo ket barana scele dicitur, a parte ozorluka, in longitudine vnius iugeri cadit in Anasfede, ad orientem, et per eundem fluuium tendit ad meridionalem ad venam Er, et per eandem Er vadit ad metas Sancti Ladislai, hinc autem reflectitur ad occidentalem et per indagines spinarum cadit ad fluuium Topolycha supradictum, et per eundem Toplycha vadit inferius ad locum predictum, vnde exierat, et ibi terminatur. Vt autem nostris gesta temporibus robur obtineant firmitatis, nec per eosdem Vduornicos et liberos Vduornicorum vel Comites eorundem vllis vnquam temporibus possint in irritum reuocari, in testimonium rei geste dedimus presentes litteras sigillo nostro roboratas; si vero aliquis malitiosus hoc statutum et iudicium predictorum attemptare presumserit,

velut calumpinosus, et plus quam calumpniosus condempnetur. Datum anno Domini MCCXXV.

E Collectione Diplomatica Czeckiana.

CLXXXIII.

A. Ch. 1226. *Vestigium litterarum fassional.*

Ruoha, Bude, Ruga, Martinus, et Ibrahun vendunt terram Balfata a Castro Zala distinctam Comiti Haholdo.

Indidem.

CLXXXIV.

A. Ch. 1227. *Vestigium litterarum adiudicatoriarum Dionysii Palatini.*

Dionysius Palatinus terram Csorgo et Zakan in Comitatu Albensi sitam adiudicat Comiti Reinoldo, frustra eam reclamantibus Ellu Archidiacono de Pest et fratre eius Ottmaro. Anno M. CCXXVII.

E collectaneis Czeckianis.

CLXXXV.

A. Ch. 1229. *Ladislaus, Iudex-Curiae; litem inter Castrenses de Békes et Martinum filium Miska decidit.*

Cesar Princeps erat de Békes, Petrus, Beda, Use, Tiburtius, Laurentius, Paulus, Geyza Centuriones litigaverunt pro quadam terra nomine Kechen, cum Martino filio Misca, coram Ladislao Comite Bachiensi et Iudice-Curiae, dicentes terram Kechen esse terram Castri de Békes; Martinus autem respondit, eam esse terram suam haereditariam, affirmans, quod eandem terram antecessores ipsorum, scilicet Chab, Sicund, Isumgut, Buus, et reliqui cum ciuibus eiusdem castri, a Patre suo Misca et cognatis eius coram Gyula Co-

mite Palatino, pro terra castri requisivissent, et iudicio ferri candentis Orodini fuissent condemnati, mediante Pristaldo nomine Eusii, filio Eliae de villa Dran, et hoc ostendit testimonialibus literis Orodiensis Capituli. Quibus, cum praenominati aduersarii eiusdem Martini contradicere non auderent, praefatus Iudex ipsos condemnauit, et vt huius causae exitus indelebilis existat, vtramque partem, ad nos, per Pristaldum nomine Menget, filium Cochu, de genere Tét Varadinum destinavit, et executionem causae, secundum omnem descriptionem, testimonio nostro fecit aeternari.

Ritus explorandae veritatis l. cit. pag. 263. §. 347.

CLXXXVI.

A. Ch. 1229. *Ladislai, Iudicis-Curiae, ac Comitis Bachien. ad Capitulum Varad. litterae.*

Vniuersitati vestrae significamus, quod inter Gyopol ex vna parte, et filios Absolonis ex altera scilicet Ioannem, Martinum, Paulum et Absolonem talis facta est conuentio: quod praedium nomine Letha, iuxta Beruciou, dederunt fratri suo Gyopol Comiti, ipsi autem in concambium illius praedii acceperunt praedium campestre, nomine Jobogi, cum sexaginta marcis, quas memoratus Gyopol Comes nobis praesentibus et coram pristaldo huius causae nomine Tuba persoluit in die natalis Domini totaliter, nominatis filiis Absolonis, et ita absolutus ab omni cambio appropriavit sibi soli praedium quod Letha vocatur.

Ritus expl. verit. §. CCCXLV. pag. 262.

CLXXXVII.

A. Ch. 1229. *Circ. Capituli Varadiensis super controuersia filiorum Chenke et Natus litterae.*

Vniuersus Varadiensis Ecclesiae conuentus vniuersis ecclesiae sanctae filiis, salutem in salutis auctore. Innotescat omnibus, praesens scriptum inspecturis, Ladislaum Comitem de Bach, Iudicem Aulae Regiae, talia nobis per litteras suas auctoritate Iudiciali praecepisse; quod ea, quae de exitu causae Simonis, et fratris eius Vodasii, filiorum Chenke, in parochia Bichoriensi ex vna parte, et filiorum Natus, scilicet Aegidii et Stephani in parochia Bekes ex altera, Michaël Clericus eius, viva voce ediceret nobis, nos in registro nostro pro rato scriberemus. Michaël autem in praesentia vtriusque partis asseruit: praenominatos filios Chenke, a praenominatis filiis Natus, nouem capita hominum requisivisse, videlicet: Lench cum duabus filiabus suis scilicet Beda et Nuz, et item Iacam cum duabus scilicet Choma et Michaële, Tumpam quoque cum filia sua scilicet Mika, et Penteka; et cum causa eorum ad examen ferri candentis a praenominato Iudice per pristaldum nomine Mikou de villa Cundurus in parochia Bikes fuisset Agriam destinata, filii Natus se ipsos recognoscentes Simoni et fratri eius, Vadazi se culpabiles reddidissent. Illi autem consilio et petitione proborum hominum inducti et inclinati, unam ancillam de nouem capitibus scilicet Pentecam praefatis eorum adversariis dimisissent, reliquis in ius eorum devolutis.

Rit. expl. verit. §. CCCXLVI. pag. 263.

CLXXXVIII.

A. Ch. 1229. *Ladislai, Iudicis Curiae, ac Bachien. Comitis in causa Benjamini ad Capitulum Varad. literae.*

Ladislaus Comes Bachiensis et Iudex Curiae omnibus ad quoscunque praesentia peruenerint, salutem in Domino. Vniuersitati omnium notum esse volumus, quod cum Ieremias, Bocou, Tocus et Gegus citarent Comam pro quodam homine Beniamin filio Cusoy in praesentia nostra, dixerunt eundem Benjamin servum esse eorum et filium ancillae suae: supra dictus Coma respondit suum esse cognatum et de genere suo. Adiudicauimus itaque, quod dictus Coma veritatem sui sermonis attestationibus suorum cognatorum ostenderet, quod et honestissime probarat. Intelleximus igitur, vt sacramento duorum cognatorum eius, dictum Benjamin defenderet, iurauerunt inquam Coma et Asarias super altare Sancti Ladislai Varadini; et Benjamin liberatus est. Vnde dedimus super hoc nostrum Sigillum (dupplex illud fuisse patet ex ingressu ipsius Conuentus) cum litteris praesentibus pristaldo existente Marco de Cheph.

Rit. expl. verit. §. CCCLI. pag. 264.

CLXXXIX.

A. Ch. 1229. *Bela, Primogenitus regis Hungariae, donationales Patris sui Andreae II. super terris in compensationem pretiosorum Ecclesiae Vesprim. collatas, ratificat, et firmat.*

Bela, Dei gratia, rex primogenitus regis Hungariae, vniuersis, quibus presens scriptum patuerit, salutem in eo, qui est salus omuium. Cum prouide et attente inutiles et superfluas perpetuitatum donationes voluntate Patris nostri, et matu-

ro Principum terre nostre consilio reuocaremus, oblatum est nobis priuilegium Patris nostri sub hac forma: Andreas, Dei gratia, Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Licet inter cetera virtutum opera largiendi beneficium a plerisque semper comprobetur; ibi tamen largientis memoria praecipue commendatur, cum Deo datum, quod est sanctum, a deuotae dispensationis cultoribus propagatione bonorum operum in Dei laudem ac seruitium de die in diem dilatatur. Hac itaque consideratione salubriter inducti praesentibus et posteris notum esse volumus; quod cum nos in succursum terre sancte Hyerosolimitane proficisceremur, ab Ecclesia Wesprimiensi res honestas, et vnam preciosissimam accepimus, scilicet coronam beate memorie regine Gysle XII. marcas purissimi auri continentem, preter lapides, quam in vltramarinis partibus pro CXL. marcis argenti expendimus; Iobbagyonibus nostris, qui presentes aderant, auri valorem laudantibus, et nos ad recompensationem condignam faciendam, si vita comite in regnum nostrum reuerteremur, diligenter rogantibus. Igitur causa diuine retributionis, cuius opitulante clementia in regnum nostrum incolumes venimus, ad petitionem, et preces fratrum in iam dicta Ecclesia Deo famulantium, ad recompensationem dicte pecunie, in villa eiusdem Ecclesie, scilicet in P o l u s n a k duas mansiones ciuilium de S c u l g a g e u r, Benedicto et Paulo nominibus, et duas mansiones Buchariorum, ad Palatinum Comitem pertinentium, Ligus, Tucha; in W a s u l, et in eiusdem ecclesiae praedio tres Vduarnicorum, Waron, Fele et Ereus; in P e s c h u l etiam qua-

tuor mansiones, nomina quorum sunt haec: Pous, in seruitio iobbagyonali, qui debet seruire in equo, et in die depositionis vxoris nostrae Gertrudis, bone memorie, regine Hungarie, debet facere celebrare XII. missas; For, Symeon, in eadem die debent celebrare exequias, cum omnibus ab iisdem descendentibus; cum terris et vineis ad seruitium dictorum fratrum perpetuo contulimus possidendos, et fratres eiusdem Ecclesiae per fidelem nostrum Mycou de genere Rátolt fecimus introduci in possessionem; vt autem haec a nobis facta donatio nostris, nostrorumque successorum temporibus salua semper et inconcussa permaneat, praesentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Cleti, aule regie Cancellary, et Agriensis Praepositi. Anno Dominicae Incarnationis MCCXXII. Venerando Ioanne Strigonien. Vgrino Colocen. Archiepiscopis, existentibus, Desiderio etc. etc. etc. regni nostri Anno XIX. L. S. Nos autem cum propter reuerentiam matris Ecclesiae, et copiosiores in misericordia et benignitate in conferendis beneficiis esse teneamur, donationes factas ecclesiis auctoritate regie celsitudinis, et in sua integritate conseruari volumus, et a nullo reuocari; quia eleemosyna ecclesiis collata est medicina anime; si enim summus medicus Dominus Iesus Christus sanguine proprio fundauit ecclesiam, non est mirum, si reges terre temporalium bonorum possessionibus locupletent eamdem. Ideo nos ecclesiastice dulcedinis benignitate prouocati, tenores prescripti priuilegii confirmamus, confirmationis seriem scribi facientes, ac sigilli nostri impressione roborantes. Datum per manus Mathie Zagrabiensis

Praepositi, aule nostre cancellarii, A. MCCXXIX. Pous Tauernicorum, Chak Dapiferorum, Pousa filio Soulum Agazonum nostrorum Magistris existentibus.“ L. S.

Ex originali archiui Capitularis Vesprimien.

CXC.

A. Ch. 1229. *Inter congenerationales de Jak, ac filios Pousae super caede Martini, remissis mutuo iniuriis, homicida vero e generatione excluso, concordia initur.*

Transactio inter Iohannem, filium Martini, et Dominam Floris, relictam quondam Martini, ac Stephanum, ac Iacobum fratres suos; item Renoldum, et Jak, filios Ebed, Ioannem filium Chunes, Sandur filium Gregorii, Elek filium Christiani, ac Michaëlem fratrem Patris sui, de Jak, Andream Comitem, filium Petri, de genere Ost, ab vna; parte vero ab altera Stephanum, filium Pouse, et Stephanum Hanch, et Zoym de Haraszty, ac Comitem Stephanum, respectu quarumcunque causarum, inter partes hactenus motarum, et ratione mortis Martini, et distinctione possessionis eiusdem, seu ablatione rerum Comitis Beke; et si quae partium quaestionem vel litem contra transactionem moueret, sine omni strepitu iudicii conuinceretur contra partem nullam dissensionem generantem. Et quia filius Pousa Stephanus ratione mortis Martini ex generatione esset exclusus, sine consensu et voluntate filiorum eiusdem, et relictae Martini, nec non Renoldi et Jak filiorum Ebed ac sociorum eiusdem; idem Stephanus filius Pousa in medium generationis Ják non possit redire; coram capitulo Castri ferrei. Anno Domini MCCXXIX.“

Ex archiuo familiae Niczkianae.

CXCI.

A. Ch. 1230. Bela, Rex Iunior, donationales Belae III. R. H. pro fratribus Lob et Thoma confirmat.

Bela Dei gratia Rex primogenitus Regni Hungariae. Vniuersis, praesentes inspecturis, salutem in eo, qui salus omnium est. Cum voluntate patris nostri et maturo principum terrae nostrae consilio perpetuitatum donationes - - - - inutiliter factas revocaremus, obtulit nobis Chama filius Lob, terrae nostrae nobilis, quoddam priuilegium piae recordationis avi nostri quondam Belae Regis concessum super donatione nouem terrarum seu possessionum, quod postmodum apud nos casu accidente, vel ex improvidentia amissum. Nos igitur considerantes fidele et excellentissimum seruitium Lob patris ipsius, et Thome fratris eiusdem quod exhibuerunt in Graecia fideliter inuigilantes Regiae Maiestati et honori usque sanguinis effusionem dimicando, se morti tradere non formidantes. Quorum probitates et insignia facta et seruitia fideliter exhibita Ompudinus tunc Banus et Leustachius Vaivoda ad aures Belae Regis et notitiam retulerunt, cum quibus dicti homines in Graecia militauerunt, et propter insignia virtutum, et quia merita non debeant defraudari proemio; idem Bela Rex Avus noster contulit et donavit Lob et Thomae pro fidelitatis constantia possessiones videlicet Vesed, Ombuzteleke, Papteleke, Czudumat, Mohal, Deuecher inferiorem, et superiorem Deuecher et Villam Igalia iuxta fluvium Suyo minorem, in qua est Sancti Andreae aedificata (Ecclesia) in Comitatu de Doboka existentes, cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis earundem vniuersis, v. l. terris arabilibus, foenetis, syluis pratis, aquis, nemoribus ac fluviis ad easdem

pertinentibus eisdem Lob et Thomae et per, ipsos Haeredibus, Haeredumque suorum Successoribus perpetuo possidendas. Nos igitur volentes deseruire antiquitati et possessionum ab avo nostro donatarum et concessarum stabilitatem in nullo dirimere, ut veri antecessorum imitatores inveniamur, easdem confirmavimus, confirmationis seriem scribi facientes. Sigilli nostri munimine corroboramus. Datum per manus Mathaei Zagrabiensis Praepositi Aulae nostrae Cancellarii in Anno Domini MCCXXX. Pous Tauernicorum, Gaab Dapiferorum, Pousa Agazonum, Michaele -- Opud Pincernarum nostrorum Magistris existentibus, ac Gyula filio Leustachii Vajvoda existente.

Szirmai. Res diplomaticae, in Museo nationali in 4.

CXCII.

A. Ch. 1230. *Friderici II. Imp. ad regem Bohemiae epistola, qua insidias a Friderico Bellicoso Austrio regi Hungariae structas commemorat.*

Fridericus etc. Illustri Regi Boemiae dilecto principi etc. Inuiti trahimur ad tuam et aliorum notitiam aduersus Austriae ducem materiam publicae quaestionis afferre etc. (sequitur enarratio complurium excessuum Friderici, quae velut ad res Hungariae haud spectans compendii causa exmittitur, et tandem fit transitus ad molimina eiusdem aduersus Regem Vngariae, sequentibus) Ipse vero, dum essemus in eadem terra sua, non erubuit duo millia marcarum a nobis exigere pro guerra tibi et illustri Regi Vngariae facienda; quas quia sibi non dedimus, dixit se nunquam a nobis seruitiorum munera recepisse, vt quadam violentia non cognosceret Dominum, coram quo

tam improbe loqueretur. Nos tamen propter hoc moti non fuimus, sed dissimulauimus iuuenilem leuitatem, habentes nihilominus in proposito sua commoda promouere; indicta etiam Moguntiae Curia generali eum reuocauimus termino constituto, vbi generaliter et specialiter singuli principes fuerunt conuocati. Qui cum praefixus terminus aduenisset, idem dux nedum venire contumaciter recusauit, qui potius cum campestri exercitu absque nostra licentia vel assensu terram Regis Vngariae hostiliter et violenter ingressus, adeo tantum principem prouocarit, quod expeditione facta Imperii fines intrauit, non sine nostra iniuria et imperii laesione, humilians eum ad suum beneplacitum et mandatum. Interim etiam non contentus conterminum sibi Regem turbauisse, te Regem Bohemiae et coepit offendere (quae sequuntur ad Historiam Hungariae nihil faciunt) — Quae omnia tibi et aliis principibus nostris duximus exponenda, vt nostra certitudo ad eius exterminium pateat vniuersis; nam refraenanda est temeritas malignorum, vt poenae metu tardiores sint alii ad scelera committenda.

Spicilegium D'Achery Tom. III. p. 601.

CXCIII.

A. Ch. 1231. *Comes Gugh capellam S. Nicolai in Dym fundat.*

Quod pro salute animae disponit humana ratio, Literarum debet fulciri stabili fundamento; sciant igitur praesentes et cognoscant posteri, ad quos praesens scriptum peruenerit, quod Anno Dominicae Incarnationis Millesimo ducentesimo Trigesimo primo. Ego Gugh Comes considerans

huius saeculi labilitatem, et nil in eo certum quid reperiens, nam Bona, quae seminauit homo in praesenti, eadem metet in futura, volens pro terrenis caelestia et pro transitoriis aeterna promereri, Consensu filiorum meorum videlicet Petri Magistri Dei gratia Albensis Ecclesiae Praepositi et Aulae Regiae Vice-Cancellarii, Cosmae et Ioannis Capellam Beati Nicolai in Dym de facultate rerum et substantia mea fieri volui participem, vt quicunque Sacerdos loco, et tempore in eadem Capella constitutus, seruitium Deo sedulum exhibere voluerit, perceptione medietate fructuum rerum dispositarum valeat sustentari. Sunt autem haec: Vnum aratrum cum octo Bobus et duobus seruis, quorum vnus Zegrida et alius Döög — nuncupantur cum omnibus Filiis ipsorum natis et in posterum nascituris, et quinque vaccas, de quarum vitulis vnus omitteretnr annuatim in reintegrationem et damnum aratri, si quod casu fieret contingente. Reliqui autem vituli partim Sacerdoti, et partim Ecclesiae vt in tecturam seu alia vtilia, quibus vel Ecclesia, seu altare indigeret. In super vna minus quadraginta oues, vt post annum primum omnes agni quicunque nascerentur partim in vsum Sacerdotis, et partim Ecclesiae simili modo de septem Capris, et quatuor porcis et tribus equis videlicet equam et duos pullos, et vt ista non inducant errorem Legentibus imposterum breuiter, de omnibus illis Sacerdos praefatae Capellae debet esse particeps, quod vulgo dicitur Tuuly, quod super excrescit, de animalibus vel de pecudibus. Praeterea statui quod omnia nascentia post aratrum, primum accepto semine sufficienti, residuum Sacerdoti et Ecclesiae diuide-

retur aequaliter, ita tamen quod in duobus Ferris, quibus aratrum indiget vno Sacerdos videlicet longo ferro et altero serui ministrare tenentur. In super disposui quod serui Sacerdoti praefatae Capellae ligna portare, segetes metere, et Cereuisiam braxare, si quando Sacerdos vellet, debe-rent; de foeneto autem et stramine, quod duas partes eadem Capella ad vsum animalium et pecudum, et tertiam Sacerdos possideret. Item contuli vineam unam in Echy, vt Sacerdos saepedictae Capellae eandem vineam coli faceret, et fructum perciperet ad vsum proprium annualem. De apibus vero statui, vt ceram ad vsum Luminarium et Candelarum, quod ardere debeant, adhibeant, et si in tantum multiplicata fuerint apes, volo quod serui praenominati de melle mediocri (medonem)faciant,et inFestiuitatibusCapellae distribuant pauperibus et vt haec mea facta dispositio seu Collatio nullis vnquam temporibus valeat reuocari in argumentum abundantioris Cautelae Sigillo filii mei Petri Magistri Dei gratia Albensis Praepositi et Aulae Regiae Vice-Cancellarii praesentem studui paginam roborare. Si quis autem filiorum meorum hanc meam compositionem infringere, seu Sacerdos in eadem dicta Capella in suo seruitio negligens esse voluerit, ab omnium Bonorum Retributore mercedem recipiat.

Ex Collectione Diplomatica Czeckiana.

CXCIV.

A. Ch. 1231. *Gregorius PP. IX. priuilegium S. Stephani monasterio montis Pannoniae concessum, firmat.*

Gregorius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati et Conuentui Sancti Martini

de Pannonia salutem et apostolicam Benedictionem. Cum in nostri praesentia Fili Abbas constitutus devote ac humiliter cum multa precum Instantia postulares, vt Priuilegium Sancti Stephani Regis, quod pridem pia liberalitate Monasterio vestro concessit, apostolico munimine roborantes, illud litteris nostris inseri mandaremus. Nos eidem fauoris nostri praesidium impendentes, tenorem ipsius, prout in Regestro felicis memoriae Innocentii Papae Praedecessoris nostri noscitur contineri praesenti paginae fecimus annotari de verbo ad verbum, qui talis est: Innocentius etc. videatur Bulla huius in Codic. Diplom. Hungar. T. III. Vol. I. p. 172.) — Datum 8. Idus Februarii Pontificatus nostri anno V.

E Transumto Capituli Veszprimiensis.

CXCV.

A. Ch. 1231. *Status mortis Elisabethae Landgraviae.*

Dominica ante octauam Martini, post matutinas, confessionem ipsius audiuit magister Conradus de Marburg Praedicator. Tamen nihil inconfessum recogitauit. De Testamento ipsius ordinando cum quaereret, ipsi respondit: „Mirabiliter quaeritis, cum sciatis quod ipsa die, quando vobis feci obedientiam, primum propriae voluntati, postea pueris meis, deinceps omni voluptati Corporali et saeculo abrenunciaui, postea terrenas possessiones habendas propter reddenda debita et largitiones eleemosynarum promisi tantum retinere secundum voluntatem vestram, vnde quandocumque potero a vobis habere licentiam, omnia libentissime relinquam, ita quod de quotidiana eleemosyna viuam in recluso ab aliis pauperibus

accipienda." Et his dictis omnia quae videbatur habere ipsius reliquit ordinationi, vt omnia quae haberet ad vsus pauperum conuerteret. Praemissum etiam votum et renunciatio vtique ipsa die facta est, quando post mortem mariti sui habitum religionis assumsit. Postea predicta dominica cantata missa corpus Domini accepit, quo accepto, tota die collationem habuit de euangeliis et optimis quae in praedicationibus audierat. Tandem post vesperas seriatim coepit recitare euangelium de suscitatione Lazari, et de vita et sermonibus Mariae et Marthae sororum eius, sicut in euangelio continetur, postea quomodo Dominus ter fleuit, scilicet in praedicta suscitatione Lazari, et super Ieruzalem et in cruce, et per haec verba quidam religiosi et quaedam religiosae circa eam sedentes in fletum excitabantur. Nam omnes saeculares personas duobus diebus ante suum obitum rogauerat excludi, ne impedirent eius meditationem. Dixit enim se in mente velle reuoluere de omnipotente Iudice, et de gloriosa societate, quam se speraret post hanc vitam habituram, assumto textu passionis, vbi Dominus crucem baiulauit, et sequebantur eum mulieres a longe, haec verba Domini saepius circumsedentibus et plorantibus dixit: Filiae Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas. In talibus collationibus, ab hora tertia diem expendit vsque paulo ante mediam noctem. Circa mediam noctem submissa voce, omnibus, qui circa ipsam erant, silentium indixit, et ita quasi suauissime obdormiendo expirauit. Sciatis etiam quod ipsa dixit tertio die ante mortem eius tantum se habere eximiam debilitatem, et non aliquem dolorem. Vnde licet aegrotasset plus quam

XV. diebus, tamen nulla signa mortis habuit, nisi tantum defectum naturae. Dixerunt etiam quaedam religiosae, nec non et eius filia, quod aliquot diebus ante eius obitum dulcissimum cantum sine motu labiorum in gutture eius audierant circa eam fuisse. Sciatis etiam certissime, quod ipsa Magistro C. dum sana adhuc fuisset de morte sua praedixerat, et alia plura quae scilicet digna essent relatione, et multos possent laetificare, quae tamen expedit sub silentio praeterire, donec videamus quid Dominus in futurum circa famulam suam velit operari. Haec miracula operatus est Dominus per Lantgrauiam. Secunda die post eius sepulturam curatus est ad eius sepulchrum quidam monachus ordinis Cisterciensis a morbo, quem plusquam XL. annis habuerat. In vigilia B. Sebastiani, quidam coecus puer, cui carnes aspectu horribiles excreuerant de oculis, ad eius inuocationem clarissimis sibi oculis restitutis est illuminatus. Quaedam foemina rabida, ita quod dentibus et manibus laniauit, quidquid rapere potuerat, in octaua S. Agnetis curata est. Quidam seruus de caduco morbo est curatus. Quidam nobilis de fluxu sanguinis, quem impetuosissime habebat, iuxta capellam, in qua quiescit, ad eius inuocationem est curatus. Quidam mutus et penitus insanus ad eius inuocationem est curatus. Quaedam habens vertiginem capitis, ita quod in pluribus annis raro obdormierit, per eam soporis gratiam recepit. Quaedam religiosa de Marburg, quae omnino fuit surda, in Dominica Exsurge auditum recepit. In Dominica Inuocauit est curatus quidam puer contractus de Burbach, et ipso die vir quidam de Medebach vno crure claudus gressum recepit. In Do-

minica Reminiscere quaedam surda est curata. Sexta feria sequente quidam qui X. septimanis fuerat rabidus, quod dicitur vulgo abende, ad eius inuocationem est curatus. Quinta feria ante dominicam Laetare quidam puer, qui a die natiuitatis suae praeter quindecim dies coecus effectus est, per ipsam visum recepit.

Martene Collect. Veterum SS. Tom. I. col. 1254.

CXCVI.

A. Ch. 1232. *Gregorius PP. IX. in prodigia Elisabethae Landgraviae inquiri iubet.*

Archi-Episcopo Moguntino, et Abbati Ebervacensi, Cisterciensis Ordinis, et Magistro Conrado de Marburg, Praedicatori verbi Dei. Visibilium, et inuisibilium Conditor, cunctipotens, et aeternus, etsi grata mundrum perpetuitate bonorum perpetuum reficiat, quem plasmauit, illum tamen gratorum successiva recreat creatione nouorum, eo quod illa humanae conditionis affectibus, et suae salutis effectus fuit votiva; prout probat inspectio florum amoena recentium, et exhibet perceptio fructuum gratuita nouellorum. Igitur ad aeternae delicias fidelibus exponendas, ad dandum gentibus Fidei, Spei, et Charitatis augmentum, ad dirigendos in viam pacis, et claritatis aeternae pedes, in tenebris, et mortis vmbra Sedentium, Solis, et Lunae mirificus operator in Coelesti Solio, Nova producit lumina lucis inexstingvibilis emissiva, pro qua cordibus devotorum, quaerentium luminis ineffabilis lucidissimas mensiones, immensitas exultationis infunditur, et alias infinita beneficiorum genera conferuntur. Porro laetantur plures huius praesentia temporis, stellam in die

perspici, quas decursae noctis tempora innumeras se recolunt inspexisse. Gaudebant et Magi fulgorem Syderum, quae ab initio Dei sapientia fecerat intueri, sed spectantes nouam stellam in oriente, nati Regis nunciam, gaudio inexplicabili sunt perfusi. Exultat nimirum et Sancta Mater Ecclesia, cum in eius fulgido firmamento, diuersis Sanctorum splendoribus illustrata, fulget de novo Sydus perspicuum singularis, et praeexcellentis hominis ostensivum, per quod ignorantium Dominum tenebrae propelluntur, per quod haereticorum peruersum dogma confunditur, et fidelium beata credulitas adaugetur. Sane cum laetitia, dulcium lacrymarum concursibus comitata, dilecte Fili Frater C. ex litteris tuae devotionis accepimus, quod ille artifex gloriosus, qui terram in Aurum, et aquam alterat in Crystallum, clarae memoriae Ancillam suam E. quondam charissimam in Christo filiam Nostram, Lantgraviam Thuringiae, iure naturae fragilem, et labilem; demum dono gratiae in cultu diuini nominis stabilem, et robustam, ac tandem mundanae miseriae compedibus expeditam, aggregat Collegio supernorum, gloriam concessae Beatitudinis signis exprimens gloriosis: nam erga sepulchrum eius, et locis aliis, per inuocationem sui nominis, et deuotionis suffragia, vita mortuis, lumen caecis, auditus surdis, verbum mutis, et gressus claudis, caelesti dextera conferuntur. Verum si per virtutum insignia, quibus olim iam dicta Lantgravia exstitit multipliciter insignita, seu per famosa miracula, quibus eius Sancta rutilare dicitur sepultura, coelestis sponsae vocibus, esse de sanctorum numero debeat affirmari: tamen quia mentibus ambiguis

subito rei veritas non clarescit, et repentinis non solet miraculorum relatibus quorumdam Spiritus exultare, eo quod omne rutilum nomen Auri non impetret, nec ebur quodlibet niveum imitatur: nos, quos providentia praeambula decet festinos in certis, et lentos in dubiis inveniri; discretioni vestrae, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolicam Sedem mandamus, quatenus prouide attendentes, quod lex vera Sanctorum, Dominus Iesus Christus, signis publicis, et prodigiis euidentibus trepidantia discipulorum pectora roborauit, mentes eorum dubias de resurectionis admiranda gloria, expresse certitudinis clarificans fulcimentis; vitam, et conuersationem Lantgrauiae memoratae, quibus Domino, et hominibus noscitur placuisse; nec non miracula, quae auctore Domino, de sui Corporis sanctitate procedunt, habita prae oculis sola diuinae reuerentia Maiestatis, per testes idoneos studeatis inquirere cauta diligentia, et sollicitudine vigilanti, quae in scriptis redacta, sub sigillis Vestris, fideliter conseruetis, illa nobis posteaquam mandatum receperitis, per fideles nuncios, et solennes transmissuri. Datum Agnaniae secundo Idus Octobris Anno sexto.

Manrique Annalium Cisterciensium T. IV. p. 437. Nro. 8. 9. 10.

CXCVII.

A. Ch. 1233. *Bela, Rex iunior, Comiti Corlardo, filio Ipani, donationes impertitur.*

M. Kovachich Institutum Diplom. Histor. Regni Hungariae pag. 46.

CXCVIII.

A. Ch. 1233. *Metales villae Billike.*

Bartholomaeus, Dei gratia Vesprimiensis Episcopus omnibus praesentes litteras inspecturis salutem in Domino nostro Iesu Christo, ad Vniuersitatis vestrae notitiam volumus peruenire: quod Comes Lucas de Bakon, et custodes eiusdem Syluae ad Dominum Andream Illustrem Regem Hungariae accesserunt, eidem sua Relatione ostendentes: quod populi de villa Billique nolentes esse contenti iure suo metas poenis transeuntes, ad iura Regalia se extenderunt, vsurpantes scilicet terras, et siluas regales, vltra Donationem Regiae Maiestatis. Dominus autem Rex reuocans in memoriam, quomodo dictos populos ad terram, in qua nunc sunt, ad honorem Dei et pro Solemnitate gaudii quod scilicet in natiuitate primo geniti sui Regis Belae fuerat, fecerat congregari, quibus terram conferens eosdem per Potonem Comitem Palatinum fecerat introire, et terram eandem metari circumquaque placuit eidem Domino Regi nobis dare in mandatis, vt ad terram villae Billique personaliter accedamus, circumeuntes eandem vt de metis, quas Comes Poto erexerat scientes plenam veritatem, eamdem renouaremus, ita quod non de Iure Regio subtrahatur ius illorum, nec etiam sicut Rex collatum fecerat, per Regiam dignitatem in aliquo minuatur. Nos siquidem mandatis Regiae Celsitudinis voluimus obedire, ad dictam terram accessimus, et praesentibus dictis Comite Luca, et custodibus de Bakon et omnibus vicinis circumexistentibus, qui illic habent terras conterminas, nullo contradicente, imo omnibus consentientibus

metas certas erigendo circumcirca sepiuimus, constanter muniuimus, dedimus terram concernentem Regiam Maiestatem: in hunc modum ius suum vnicuique tribuentes. Prima meta incipit iuxta magnam viam ex parte Csepel et versus Septemtrionalem partem tendit, et ibi sunt duae metae, vna vetus, alia noua et iuxta vallem eandem sunt duae metae ex sinistra parte pertinens villae Csepel ex dextra villae Billique et sunt iuxta viam quae tendit ad Fel-Veresto et ab illis duabus metis venitur versus Septemtrionalem partem circa montes, et sunt positae duae metae in loco, qui vocatur Zigh, et illae metae positae sunt sub arbore, quae vocatur Mogyol, et ibi finitur meta Csepel, et ibi incipit esse contermina cum Rege, et ab illis duabus metis tenditur ad nemus Csepel et ibi sunt positae duae metae in monte sub arbore, quae vocatur Mogyol, et in sinistra parte est meta, Regi in dextra villae Billique, et in nemore Csepel venitur iuxta aliud nemus, et sunt duae metae in dextra parte villae Billique, meta in Sinistra Regi. Hinc venitur ad vallem Körtviles Völgy vocatam, cuius pars Occidentalis pertinet ad Vásonkeö ab oriente Csepel. Hinc tendit ad aquam Nádfő vocatam vbi conterminantur metis Burlogh hinc postremo venitur ad Keskeny Cser finaliter vsque ad nemus Csepel hinc finiuntur metae, quibus circumsepiuimus. Vt igitur super metis terrarum ipsarum nullis vnquam temporibus oriri possit aliqua controuersia, in praesentem paginam fecimus annotari, ipsamque priuilegialis Sigilli nostri munimine conferimus. Datum per manus Reuerendi Vguli (Vgrini) Colocensis Archi-

Episcopi, et Aulae Regiae Cancellarii anno Domini Incarnationis MCCXXXIII.

Miller Chartularium Diplomaticum.

CXCIX.

A. Ch. 1234. *Gregorius PP. IX. in signa Elisabethae denuo inquiri iubet.*

Episcopo Ildesheimensi, et de valle sancti Georgii, et Eberuacensi Abbati, Cisterciensis Ordinis, Moguntinae Dioecesis. Ne possimus argui, si lucernam dignam super candelabrum collocari, detineri sub modio patiamur, praesertim cum euidentibus indiciis de coelo noscatur, emittere multae radios claritatis, discretionem vestram per Apostolica scripta in virtute obedientiae praecipiendo mandamus, quatenus inquisitionem, quam de miraculis Beatae recordationis Elisabet, Landgrauiae Thuringiae, per venerabilem Fratrem nostrum, Archiepiscopum Moguntinum, et bonae memoriae Magistrum Conradum de Marborch, fieri mandauimus, nobis per solennes Nuncios, quorum committi meritis tanti excellentia negotii debeatur, ad Nostram praesentiam, infra quinque menses post susceptionem praesentium, distinetis. Verum, si praefata Inquisitio forte prae manibus non habetur, vos habentes prae oculis diuinae reuerentiam Maiestatis, testes eosdem, quos dicti Archiepiscopus, et Magister super ipsius Elisabethae miraculis receperunt, aut alios, si habere poteritis fide dignos, aduocatis ad hoc viris prudentibus, et in iure peritis, examinantes qua conuenit solicitudine diligenti, dicta eorum, et seriem Testimonii, de verbo ad verbum in scriptis fideliter redigi faciatis; quae, vt instruamur de

dono gratiae, quam circa gratitudinis filiam videtur virtutum Dominus effudisse, sub vestris, ac Praelatorum, nec non religiosorum virorum sigillis, infra dictorum mensium spatium, omni occasione postposita, nobis mittere procuretis. Quod si non omnes etc. etc. Tu frater Episcope cum eorum altero etc. etc. Datum Perusii V. Idus Octobris, Pontificatus nostri Anno VIII.

Manrique Annalium Cisterciensium Tom. IV. pag. 476. Nro. 5.

CC.

A. Ch. 1231. Circiter. Idem Gregorius protectionales in gratiam Monasterii montis Pannoniae elargitur.

„Gregorius Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Vriae Abbati Monasterii Sancti Martini supra Pannoniam, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, praesertim cum petentium voluntates et pietas adiuuat, et iustitia non relinquit. Eapropter dilecti in domino filii vestris inclinati postulationibus libenter annuimus, et praefatum Monasterium Sancti Martini super Pannoniam situm ad ius et proprietatem Apostolieae Sedis nullo pertinens mediante, in quo diuino estis obsequio mancipati, ad exemplar felicis recordationis Innocentii et Honorii Praedecessorum nostrorum sub Beati Petri et nostra Protectione suscipimus, et praesentis scripti priuilegio communimus. In primo si quidem statuentes, vt ordo monasticus, qui secundum Deum et Beati Benedicti Regulam in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obserue-

tur: praeterea quascunque possessiones, quaecunque bona idem Monasterium in praesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis praestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant." Et infra „Possessiones etiam quas habetis in Villis Rauasd Ilbeu, Chonuk, Ech et Hechcze" item infra: „praecipimus autem ne quis populum ad monasterium vestrum vel eius Ecclesias accedere, aut eius beneficia, quae voluerint ex charitate largiri, prohibere praesumat: sed ea monasterium ipsum gaudeat libertate, qua gaudet monasterium Cassinense sicut a praedecessoribus nostris eidem monasterio est indultum."

E Transumto Capituli Veszprimiensis.

CCI.

A. Ch, 1234. Eiusdem Gregorii bullam Andreas II. R. H. transcribit.

Andreas transscribit et confirmat Bullam Pontificis Gregorii IX, qua mediante Conuentui Sancti Martini Protectionem suam elargitur. (Videatur ipsa haec Bulla sub Nro. CXCIV.)

E Transumte Capituli Vesprimiensis.

CCII.

A. Ch. 1284. Idem Andreas terram Rába, alias Szent-Mihály, in comitatn Iaurin. Comiti Farcasio de Puk confert.

Andreas Rex terram Rába, alias Szent-Mihály in Comitatu Iauriensi confert Comiti Farcasio de Puk.

In collectaneis Czeckianis.

CCIII.

A. Ch. 1234. *Vestigium protestationis in facto possessionis Patyi-Ujfalu interpositae.*

Dionysius Magister Agazonum Regalium protestatur contra traditionem possessionis Patyi-Ujfalu in Comitatu de Barana sitae per certum Martinum domui Hospitalis Eccl. Sancti Regis Stephani factam.

In collectaneis Czeckianis.

CCIV.

A. Ch. 1234. *Iacobus S. A. L. decimas Comitatus Simegh monasterio S. Martini de monte Pannoniae contra Praepositum, et Capitulum Albense, sua et coarbitrorum sententia addicit.*

In nomine Domini Amen. Cum Dominus Vrias Abbas, Thomas custos, et Iwancha monachi, Procuratores conuentus S. Martini de Pannonia, ex parte vna; et Magister Marcus Canonicus Procurator ad haec Praepositi, et Capituli, Cosmae quondam Episcopi Iauriensis, et omnium Canonicorum Albensis Ecclesiae et Sancti Nicolai Hospitalis Alben. et S. Henrici Ecclesiarum ex altera, de bona voluntate compromiserunt in nos, Iacobum, Diuina miseratione Praenestinum Electum, Apostolicae Sedis Legatum, et fratrem Enoch Ordinis Praedicatorum, et Magistrum Saulum Archidiaconum Nitriensem, de omnibus quaestionibus, quae vertebantur inter ipsos super decimis possessionum dictae Albensis Ecclesiae, et possessionum et Clericorum Albensium, possessionemque S. Nicolai Hospitalis Albensis, et S. Henrici, nec non Domini Cosmae Episcopi quondam Iaurinen. et aliarum Capellarum ad Ecclesiam Albensem pertinentium

sicut in priuilegio Domini Andreae Regis, de quo fit mentio in arbitrio prolato per Magistrum Aegidium, Domini Papae Subdiaconnm et Capellanum, continetur, hoc scilicet modo: vt secundum formam arbitrii praedicti, lati per praefatum Magistrum Aegidium, in arbitrando procederemus, habentes potestatem illud idem arbitrium mutandi, corrigendi, approbandi, temperandi, interpretandi, et declarandi, addendi et subtrahendi, vel diminuendi, visis instrumentis, auditis rationibus et allegationibus partium, secundum quod nobis videretur, et super damnis et expensis cognoscendi et cognitis causae meritis, inter cetera, quae monasterio S. Martini de Pannonia viderentur nobis arbitris assignanda. Vicesimam quoque, quam Dominus Rex Ecclesiae Albensi in Simigiensi Comitatu contulit, assignaremus eidem; ita tamen, quod Procurator Albensis Ecclesiae, et ipsi Albenses procurare tenerentur, quod donatio facta a Rege cum sigillo Domini Belae Regis confirmaretur; de sigillo autem Colomanni dictae donationi apponendo, dictus Albas et Albenses comuniter laborarent, eo nihilominus saluo, quod procuraretur a dictis Albensibus bona fide, quod Domini Archiepiscopi sua sigilla apponerent donationi praedictae; si vero iam dicta donatio vicesimae praedicto modo non posset infra terminum a nobis Arbitris statuendum, — — tunc nos statueremus et decerneremus, prout videretur esse melius ordinandum; in quo dictus Abbas promisit cedere iuri et actioni, Albensis Ecclesiae, quae sibi competunt in decimis antedictis, et ambae partes promiserunt firmiter obseruare sub poena centum marcarum argenti, quid quid per nos, siue tamquam per arbitros,

siue tamquam pe arbitratores, inter ipsas arbitratum fuisset, et poe.a soluta arbitrium ratum nihilominus permaneret, ita; quod poena in singulis capitulis seu articulis, si contrauentura fuerit, in solidum peti posset. Nos mmissum nobis officium exequi cupientes, petitio.s vtriusque partis recepimus, ex parte namque Abb..is contra Praepositum et Capitulum Albense nobis fuit porrecta petitio in hunc modum: Vobis sancto Patr. ac Domino Iacobo, Dei gratia Electo Prenestino, Apostolicae sedis Legato, et in hac parte coarbitro, et vobis fratri Enoch Ordinis Predicatorum, et Magistro Saulo, Archi-Diacono Nitriensi, eiusdem Legati coarbitris, conquerimur Nos Abbas et conuentus S. Martini de sacro monte Panoniae de Praeposito et Capitulo Albensi, qui decimas monasterio S. Martini debitas de omnibus agris, vineis, praediis et villis, mansis, curtibus, et possessionibus et populis, qualicunque nomine censeantur, ad ipsas pertinentibus, in Simigiensi Comitatu existentibus, contra iustitiam detinent, soluere contradicunt. Item conquerimur de eisdem, quod populos suos, qualicunque nomine censeantur, et ceteras ad ipsos confluentes de possessionibus, p r a e s i d i i s, (praediis) negociationibus, vineis, segetibus vectigalibus, ad ipsos populos pertinentibus, et p r o l e earumdem ac ceteris rebus, que decimari debentur, in praedicto comitatu existentibus, decimas soluere praedictae Ecclesiae S. Martini non permittunt. Item conquerimur de eisdem, qui de possessionibus Ecclesiae S. Henrici, nec non S. Nicolai, Hospitalis Albensis, et omnium Ecclesiarum Albensium, et de possessionibus et populis omnium capellarum, ad ipsos Albenses pertinen-

tium decimas nobis soluere non permittunt; vnde super premissis omnibus iustitiam petimus exhiberi, et precipi firmiter ac mandari; ne vlterius decimas nobis et Ecclesie nostrae subtrahant, et quod non prohibeant nec faciant prohiberi, quo minus a supradictis omnibus decimae integrae nobis persoluantur. Item petimus restitui nos et Ecclesiam nostram in possessionem, vel quasi perceptionem decimarum omnium Cosmae Episcopi, quibus per Praepositum et Capitulum Albense sumus spoliati; petentes nobis fructus a decem annis infra perceptos, vel qui percipi potuerunt, vel eorum aestimationem singulis annis quindecim marcas argenti. Item petimus de omnibus damnis, quae fecerunt, et faciunt dando sigillum indifferenter siue suis, siue alienis, tam mercatoribus quam ceteris exportantibus vinum tempore vindemiarum de comitatu Simigiensi, et alys in suis ibidem hospitiis vinum retinentibus; in quo a viginti annis infra, quolibet anno in quinquaginta marcis argenti Ecclesiam nostram damnificarunt, iustitiam exhiberi supplicantes, vt interdicatis, et firmiter inhibeatis eisdem, ne sigilla sua exportantibus vina, seu retinentibus dare supradicto modo praesumant; cum non ipsi, sed nos sigilla dare debeamus in signum decimationis per nos factae; ne per nostros, seu per alios possint impediri tanquam indecimata destruentes. Specialiter conquerentes Dominis, quod in anno proxime iam tansacto vltra quantitatem damni praedictam, occasione sigilli, indifferenter cuilibet concessi, in centum et quinquaginta tunellis vini per eosdem damnificati sumus; super quo iustitiam petimus exhiberi. Item petimus nobis restitui fructus de-

cimarum ab eisdem a quadriennio infra perceptos, vel qui percipi potuerunt, vel eorum estimationem octuaginta marcarum argenti. Item petimus damna et expensas occasione huius quaestionis factas, quae et quas aestimamus mille et tercentis marcis argenti. Item petimus expensas faciendas saluo iure et cetera. Ex parte vero Albensium contra Abbatem, et Conuentum Sancti Martini de Pannonia porrecta fuit nobis petitio in hac forma: A vobis domine Iacobe, Prenestine electe, Apostolicae Sedis legate, et frater Enoch Ordinis Praedicatorum, et Magistro Saulo, Archi-Diacono Nitriensi, Arbitris communiter electis, petit Marcus Procurator et Canonicus Albensis, procuratorio nomine Praepositi et Capituli Albensis, quatenus condemnetis et compellatis Abbatem S. Martini et conuentum eiusdem ad restitutionem omnium, quae dictus Abbas consecutus est per arbitrium latum a Magistro Aegidio, Domini Papae Subdiacono, et Capellano, quae haec sunt: videlicet centum et quindecim marcae, ad restitutionem priuilegii Domini regis, quod Albenses dari fecerunt super salibus regalibus in Posonio, quod ita fuit; et salium, quos ipsi Albenses percipere potuissent, quos aestimant ducentis marcis; cum dictus Abbas per arbitrium a partibus emologatum, et iuramento firmatum petierit irritari. Item petit mille et quingentas marcas, quas dictus Abbas dictos Praepositum et Capitulum in multis causis et compositionibus contra iustitiam coëgit expendere super decimis, quas a Canonicis et populis Albensis Ecclesiae petiit in Comitatu Simigiensi. Item petit poenam centum marcarum pro eo, quod omnia instrumenta secundum quod sibi

mandatum fuerat, sub eadem poena a Magistro Aegidio, Domini Papae subdiacono et Capellano et coarbitris non resignarit, quibus nunc vsus est coram vobis. Item petit, quod imponatur Abbati et Conuentui silentium, in perpetuum super decimis Canonicorum et populorum Albensis Ecclesiae in Comitatu Simighiensi; cum nullum ius habeant in eisdem. Lite igitur super praedictis petitionibus contestata, vtrinque receptis testibus, et attestationibus publicatis, visis priuilegiis et instrumentis; auditis nihilominus partium confessionibus, rationibus et allegationibus ab vtraque parte propositis, plenius intellectis; quia nobis constitit euidenter, decimas Comitatus Simigiensis, de quibus pars monasterii S. Martini in suprascripto libello rationem petiit, ad ipsum monasterium de iure spectare; et quia accepimus ex confessione Procuratoris Albensis Ecclesiam Albensem nihil aliud spirituale habere, quod posset dare monasterio S. Martini, in permutacionem decimarum, quas ab Ecclesia Albensi postulabat, nisi vicesimam decimarum Comitatus eiusdem, quam ex donatione regia ad se spectare dicebant, quae omnino erat insufficiens ad permutationem decimarum, quas pars monasterii postulabat; tum ex difficultate iuris, quia non poteramus, nec debebamus temporalia cum spiritualibus permutare; tum ex difficultate facti: quia non habet Albensis Ecclesia sufficientia spiritualia, quae cum vicesima posset monasterio S. Martini pro decimis assignari. Nolentes de cetero Ecclesiam Albensem locupletari in iacturam monasterii supradicti praedictas decimas detinendo praesente parte Albensi, et Abbate Monasterii S. Martini, vocatisque Pro-

curatoribus Monasterii de suo hospitio ad suum Arbitrium, nec inuentis, vtpote quia recesserant nulla a nobis licentia postulata, Abbate tamen satis dante, quod Procuratores partis suae ratum et firmum haberent, quidquid super his duxerimus statuendum. Corrigentes in hac parte Magistri Aegidii arbitrium, et mutantes sicut arbitri et arbitratores, seu amicabiles compositores, arbitramur, pronunciamus, statuimus: quod Ecclesia Albensis et Canonici eiusdem Ecclesiae, et praesertim Cosmae, quondam Episcopi Iauriensis, de omnibus agris, praediis et villis, mansis ac curtibus, et possessionibus, qualicunque censeantur nomine, ad ipsos pertinentibus, in Comitatu Simighiensi existentibus, et de omnibus rebus, quae decimari debent, Monasterio S. Martini de Pannonia decimas integre et absque contradictione persoluant. Arbitramur etiam et laudamus, quod non inquietent de cetero, et nec impediant, nec prohibeant, nec prohiberi faciant per se vel per alios Albenses, quo minus de possessionibus et rebus, quae decimari debent; Ecclesiarum S. Henrici, et S. Nicolai Hospitalis Albensis, et omnium capellarum et Clericorum et populorum ad ipsam Ecclesiam Albensem pertinentium, existentibus in comitatu iam supradicto, praefato monasterio a dictis omnibus decimae integre persoluantur. Item arbitramur, praecipimus, et laudamus, quod Abbas et Conuentus Monasterii praefati restituant Albensi Ecclesiae priuilegia et priuilegium Domini regis, quae vel quod Albenses eis dederunt, vel dari fecerunt super salibus regalibus in Posonio in permutatione decimarum ipsarum, quae fuit per sedem Apostolicam irritata. Item in hoc

arbitrium praedicti Magistri Aegidii approbantes statuimus et laudamus, quod vinum Praepositi et Canonicorum, et Communitatis Albensis Ecclesiae, et S. Nicolai, et Clericorum praedictarum Ecclesiarum cum sigillo canonicorum ab vno ex candidato, et iurato, qui fraudem non faciat Abbati S. Martini, de alio vino asportando, et praesente homine Abbatis ac similiter iurato, qui malitiose non contradicat, educatur. Vinum vero emptitium nullus Canonicorum vel populorum Albensis Ecclesiae educat, nisi homini Abbatis, si praesens fuerit, et ire voluerit, verum venditorem assignet; si vero homo Abbatis absens fuerit, vel praesens ire noluerit, assignato venditore sacerdoti loci in praesentia trium de melioribus hominibus ibidem cohabitantibus, libere recedat. Ab aliis autem, quae continentur in petitionibus supradictis, ab vtraque parte propositis, partem vtramque, alteram ab altera, absoluimus per hoc nostrum arbitrium, seu laudum. Quae omnia et singula praecipimus ab vtraque parte fieri et seruari, et non contraveniri sub poena centum marcarum in singulis commissa capitulis, qua soluta parti arbitrium obseruanti hoc nostrum arbitrium amicabilis compositio, seu laudum, in omnibus et per omnia perpetuo in sua permaneat firmitate. Actum est hoc videlicet, promulgatum est hoc arbitrium in Suptunio (Strugunio) praesente Domino Roberto Archiepiscopo Strigoniensi, Domino Ioanne Episcopo Bosnensi, Rembaldo Magistro Hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani Vngariae et Sclauoniae Magistro, Zoën Lectore Bachiensi, Magistro Renaldo Archi-Diacono Patensi, et pluribus aliis Clericis et Magnatibus Vngariae. In

cuius rei euidentiam pleniorem Nos praedictus Iacobus, Prenestinus electus, Apostolicae Sedis Legatus hoc arbitrium a nobis et nostris coarbitris promulgatum, ne unquam imposterum possit dubitari, sigilli nostri munimine duximus roborandum. Et ego Bartholomeus de Campania Clericus sacro sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarius hoc arbitrium de mandato praedicti Domini Legati et Coarbitrorum ipsius manu propria publicaui et signum feci. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo ducentesimo, tricesimo quarto. Pontificatus Domini Gregorii Papae anno septimo, mense Martio die octaua, Indictione septima."

Ex authentico Sigismundi regis transumto. Coll. Heuenesi Tom. I. p. 155. sqq.

CCV.

A. Ch. 1234. *Congenerationalium de Ják super occupata terra sua protestatio.*

Anno MCCXXXIV. Martinus filius Jacobi, Paulus filius eiusdem, Paulus filius Petri, et Gregorius filius Sandur, Nobiles de genere Ják, coram Capitulo Castriferrei super occupatione possessionis Ujfalu, alias Uray dictae, per Ioannem Ivan, filium Michaëlis, Iacobum et Paulum, filios Ivan de eodem genere Ják. intentata protestantur.

Ex archiuo familiae Niczkianae.

*.

A. Ch. 1234. *Clausula Compositionis controuersiae inter Praepositum Albensem et Abbatem Sancti Martini de Sacro Monte Pannoniae.*

Actum est hoc videlicet, promulgatum est hoc arbitrium in Sopronio praesente Domino Rober-

to Archi-Episcopo Strigoniensi. Domino Ioanne Episcopo Bosnen. Rembaldo Magistro Hospitalis Sancti Ioannis Ierosolym. Hungariae et Sclauoniae Magistro; Zoen Lectore Bacsensi; Magistro Renaldo Archi-Diacono Patensi, et pluribus aliis Clericis et Magnatibus Hungariae. In cuius rei euidentiam pleniorem nos praedictus Iacobus Prenestinus Electus Apostolicae Sedis Legatus hoc arbitrium a nobis et nostris coarbitris promulgatum, ne vnquam in posterum possit dubitari, sigilli nostri munimine duximus roborandum. Et ego Bartholomaeus de Campania Clericus Sacro Sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarius hoc arbitrium de mandato praedicti Domini Legati et Coarbitrorum ipsius manu propria publicaui et signum feci. Anno Dominicae Incarnationis M. CCXXXIV. Pontificatus Domini Gregorii Papae Anno VII. Mense Martio die VIII. Indictione VII.

E MSS. Kaprinay sub B. Tom. XV. p. 7.

CCVI.

A. Ch. 1235. *Benedicta, Vxor Herzeg, de genere Borsa, in fauorem Ecclesiae de Ugra testamentum condit.*

Ego Benedicta Vxor Herczeg de genere Borsa, duabus filiabus meis iuxta natalium suarum dignitatem maritatis, et rebus meis eisdem legitime traditis, emi a cognato meo, Valeriano Cantore, cum conscientia et consensu Cognatorum eius scilicet Ustaur fratris eius, et magistri Aniani avunculi eius et aliorum Ancillam nomine Agnam, cum duobus filiolis eius, Hetam scilicet et Furtun, et proponens dies viduitatis meae et filiorum pro Ecclesia de Ugra consumare, appropinguante iam

termino vitae meae, praenominatam Ancillam dedi eidem Ecclesiae, vt singulis mensibus det ad Altare Beatae Virginis, candelam vnius cubiti, et hoc usque consumationem vitae suae. Alterum autem Filiorum suorum scilicet Hetam constitui Dusinicum Exaequialem, vt singulis annis ad eandem ecclesiam in Festo St. Michaëlis, celebret exaequias bienni bove et panibus, quinque idriis Cerevisiae; alterum vero scilicet Furtun, dedi eidem Ecclesiae in Campanarium, et ambos in constitutis officiis, de generatione in generationem permanere.

Ritus explorandae veritatis l. cit. pag 226. §. 142.

CCVII.

A. Ch. 1235. *Circ. Moyses Sacerdos de Barban quamdam Martinam in vadio apud se constitutam dimittit.*

Notum sit omnibus Christianis, quod cum Voca et Kereu de villa Tura, imminente necessitate, sororem suam Martinam in vadio posuissent apud Sacerdotem de Barban nomine Moysen pro Marca una. Non habentibus illis, vnde sororem suam redimant, praenominatus Sacerdos pro remedio animae suae dimisit illam, et debitum dimisit ei.

Indid. pag. 234. §. 190.

CCVIII.

A. Ch. 1235. *Gregorius PP. IX. eleemosynam ab Andrea II. monasterio de Egres factam confirmat.*

Gregorius etc. Abbati ex Conuentui de Aegris Cisterciensis Ordinis. — Cum a nobis petitur — usque effectum; eaque propter — usque assensum; commutationem inter vos ex parte una, et charissimum in Christo filium nostrum A. illustrem Vngariae Regem ex altera, super quibusdam possessionibus, et rebus aliis, ab eodem

Rege in eleemosynam vobis datis, prout in ejusdem litteris dicitur plenius contineri, mediantibus nobilibus viris Kenardo, et Clemente contractum, scicut rite ac provide est focta, authoritate Apostolica confirmamus etc. Datum Laterani IV. nonas Aprilis anno VIII.

Angeli Manrique Annalium Cisterciensium Tom. IV. p. 497. ac Nro. 11.

CCIX.

A. Ch. 1235. *Idem Gregorius in literis ad Beatricem, Ferdinandi Castellae regis Vxorem, B. Elisabetham, Andreae II. filiam debitis celebrat encomiis.*

Premissis longis encomiis Elisabethae haec subdidit ad Beatricem „Charissima igitur in Christo filia, Sanctae Elisabeth conuersionis exemplum propter duo posuimus coram te, quasi pretiosissimam magaritam; primum vt in hoc speculo sine macula frequenter aspicias, ne quid in angulis conscientiae tuae lateat, quod oculos diuinae maiestatis offendat; secundo vt nihil deesse valeat ad ornatum, quod ad decorem sponsae caelestis exigitur, vt cum invitata fueris ad cubiculum Assueri, scilicet Regis aeterni appareas ornata virtutibus, et pietatis operibus decorata." Datum Perusii VII. idus Iuny anno IX.

Angeli Manrique Annalium Cisteriensium Tom. IV. p. 496. ad Nro. 7.

CCX.

A. Ch. 1235. *Statutorum Capituli Generalis Ord. Cisterc. decretum.*

Similiter de Abbatia Proerbrorck in Hungaria in Archiepiscopatu Strigoniensi ordini socianda exauditur et sit filia Cistercii.

Martene Tom. IV. Anecdotor. Col. 1362.

CCXI.

A. Ch. 1235. *Constantia Belae III. R. H. filia, Ottocari I. R. B. consors, Hospitale S. Francisci fundat et dotat.*

Constantia Dei gracia, Boëmorum Regina. Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, in vero Salutari salutem. Nouerit tam presens hominum aetas, quam in Christo successura posteritas: quod nos hospitali Claustri Sancti Francisci in Praga, Domine Agnetis, dilecte filie nostre, illustris, pro remedio anime, omnem hereditatem, quam emimus a Fratribus hospitalis Sancte Marie Domus Theutonicorum, contulimus videlicet: Villas Glupetin, cum omnibus villulis ad eam pertinentibus, scilicet: Humenechze, Nidoschic. Nec non villam Borotic cum omnibus villulis ad ipsam pertinentibus; scilicet: Supanovic, Drahtetic, et Ecclesiam S. Petri cum Ecclesia et villa Ribinic cum suis pertinenciis. Supradictas villas tradidimus hospitali predicto cum omnibus agris, siluis, aquis, hereditatibus, hominibus, et omnibus aliis rebus ad ipsas pertinentibus iure perpetuo possidendas. Hoc saluo: quod Domina fructuum esse volumus vsque ad terminum vitae nostre, ut possimus de eis facere, quod nobis secundum Deum videbitur expedire. Vt autem hec donacio in perpetuum hospitali rata ac firma, inconcussaque permaneat, nostri Sigilli munimine fecimus roborari. Huius rei testes sunt: Stephanus Kersitz. Slava Iudex Bretislaviensis. Nimirus de Posna Jesuthbor Witovic, Bundizlevic. Hinco Mariscalcus, Wietto Iudex Pribislavensis, Wseborius de Jesonic, Ruth filius Radoste de Dolan. Milota filius Joragneui Pelen, Wlaken filius Olis, Zwalec filius Kwaliz

Sudomir de Serauich, Wizlaus filius Woizlaui, Petrus filius Kwalonis. Item Capellani Curie Cors de Slavetin, Predwor de Neporadic, Lambertus Plebanus de Lukow, Bartholomeus Plebanus in Cunowich, Bertholdus Parochianus in Budwik, Absolon Plebanus in Bizence, et alii quam plures. Datum Brunne Anno Domini MCCXXXV. pridie Idus Februarii. — Nos autem Wenceslans Rex quartus Boëmorum omnia predicta, que contulit Mater nostra hospitali Claustri Sancti Francisci dilecte Sororis nostre Agnetis, sigillo nostre Celsitudinis fecimus insigniri; confirmantes corroborantes donacionem praedictam.

V. Analekten zur Geschichte des Militärkreuz Ordens mit dem rothen Sterne. Prag. 1787. p. 4. seq. Hospitale hoc penes conuentum Monialium Ord. S. Clarae posuit Agnes, Ottocari I. et Constantiae filia, dicti conuentus Priorissa, et tradidit curandum Ordini Crucigerorum.

CCXII.

A. Ch. 1235. *Gregorius PP. IX. donationem hanc confirmat.*

Rectori et Fratribus Hospitalis Sancti Francisci Prag. Filius summi regis, qui habet in suis manibus corda regum, Charissimae in Christo Filiae N. Constantiae illustris Reginae Boëmiae, inspirauit, vt prudenter attendens etc. Sicut enim eiusdem reginae litterae nobis exhibitae continebant, ipsa pro animae suae remedio possessiones, et res alias, quas emit a Magistro et Fratribus hospitalis S. Mariae Theotonicorum, hospitali nostro, hospitali Vestro, quod dilecta in Christo filia Agnes Virgo, nata reginae praedictae, ad honorem Beati Francisci construxerat, quodque ad Romanam Ec-

lesiam nullo pertinet mediante, liberalitate pia, et liberali contulit pietate, prout in eisdem literis expressius et plenius continetur. Quare fuit etc. Constantia Dei gratia, Boëmorum regina etc. Nulli ergo nostrae confirm. etc. Datum Perusy XV. Kalen. Iuny Anno IX.

E Waddingi Regest. Pontif. Nro. 39. p. 19—20.

CCXIII.

A. Ch. 1235. *Idem Gregorius hospitale, iuxta monasterium S. Francisci structum, huic subiicit, sub suamque recipit protectionem.*

Gregorius — Agneti, Abbatissae Monasterii Pragensis S. Francisci, eiusque Sororibus inclusis. Cum relicta seculari vanitate fragilitatem Vestram in stabilitatem perpetuam voluntarie conuertentes, spretis mundi illecebris, iter perfectionis et religiosae vitae propositum prouidentia sitis diuinae pietatis ingressae, ac pauperes eligentes pauperem sequi Christum, in suprema paupertate desideretis Domino famulari; nos pium et sanctum Vestrum propositum inspiratum vobis diuinitus, dignis in Domino laudibus extollentes ac prosequentes actionibus gratiarum, Vestris supplicationibus inclinati Hospitale S. Francisci, iuxta monasterium Vestrum situm, quod tu filia, Abbatissa, in fundo Romanae Ecclesiae construxisti cum pertinentiis suis eidem monasterio perpetuo duximus concedendum; nihilominus statuentes, vt idem Hospitale cum omnibus bonis suis a monasterio ipso nullo modo vel ingenio valeat separari; sed prouentus possessionum illius vsibus Vestris, et earum, quae successerint, vobis cedant, auctoritate sedis Apostolicae semper salua. Nulli ergo nostrae con-

stitutionis et concessionis etc. Datum Perusii XIII. Kalendas Iunii Anno XI.

Apud Luc. Wadding Regestr. Pontif. Nro. 57. Idem Gregorius praedictum Monasterium S. Francisci Prag. cum hospitali datis ad eamdem Agnetem litteris VIII. kal. Aug. anno IX. Perusii, in ius et proprietatem beati Petri, ac sub suam et Apostolicae sedis protectionem suscepit.

CCXIV.

A. Ch. 1236. *Idem Gregorius Hospitale S. Francisci ab Agnete, Constantiae filia, resignatum Magistro et fratribus Ordinis Hospitalis confert.*

Gregorius — Magistro et Fratribus Hospitalis S. Francisci Pragensis. Charissima in Christo filia nostra, Agnes, Germana illustris regis Boëmiae, et conuentus inclusarum ancillarum Christi monasterii Sancti Francisci Pragens. Ordinis S. Damiani, nobis humiliter supplicarunt: vt Hospitalis S. Francisci loci eiusdem, quod olim cum iuribus et pertinentiis cesserat eis, et per ipsas Sedes Apostolica monasterio memorato concessit, liberam resignationem recipere curaremus. Nos igitur huiusmodi resignatione recepta, hospitale ipsum, quod beati Petri iuris ac proprietatis existens vobis et successoribus vestris concedimus in perpetuum libere possidendum, sub Apostolicae sedis protectione sancimus perpetuis permanere temporibus, et nulli alii, praeterquam Rom. Pontifici subiacere. In recognitionem autem Dominii et perceptae a Sede Apostolica libertatis Ecclesiae Romanae censum annuum vnius Bizanty persoluetis. Nulli ergo nostrae concessionis et constitutionis etc. Siquis autem etc. Datum Laterani V. kal. May anno XII.

Indidem Nro. 58.

CCXV.

A. Ch. 1236. *Idem Gregorius Abbati et Conuentui de Pilis redditus ab Andrea II. concessos roborat.*

Abbati et Conuentui Monasterii de Peleis in Hungaria Cisterciensis ordinis Veszprimiensis Dioecesis. Sacrosancta Romana Ecclesia etc. specialiter autem annuum redditum 100 marcarum, quem dotis causa clarae memoriae Andreas Rex Hungariae percipiendum in salibus suis de Folachi, monasterio vestro, tempore dedicationis ipsius, pia liberalitate concessit, sicut illum iuste ac pacifice possidetis et in confectis super hoc ipsius Regis litteris plenius dicitur contineri, authoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Datum Viterbii 6. Idus Febr. Pontif. nostri anno IX.

Manrique Annalium Cisterc. T. III. p. 151. vbi de eodem monasterio sequentia uotantur: illud Aceyo genitum, fundatore ignoto, eius dedicationi interfuisse Regem Andream II. ibidemque sepultam iacere Gertrudem Consortem eiusdem Regis. Aceyum monasterium Cisterciensis Ordinis Lineae Claraevallenis situatum fuit in Comitatu Burgundiae.

CCXVI.

A. Ch. 1236. *Idem Gregorius Colomanum, Belae IV. R. H. fratrem, ob concisa Templariorum et Hospitalariorum iura perstringit.*

Gregorius etc. - - Episcopo et Praeposito Quinqueecclesiensi nec non Abbati de Zicador Cisterciensis ordinis. - „Etsi libenter ex multo „sinceritatis affectu, quo personam charissimi in „Christo filii nostri, Regis Ruthenorum illustris, „et Ducis Sclauoniae, in Christi visceribus ample-

„xamur, suae velimus sublimitati deferre; in iis
„tamen, quae absque peccato dissimulari neque-
„unt, deferre sibi, salua conscientia, non valemus:
„ne, si eum, tanquam specialem Ecclesiae filium,
„non retrahimus a peccato, et sibi demus perdi-
„tionis materiam, et nobis etiam causam mortis,
„dicente nobis Domino per Prophetam: fili ho-
„minis speculatorem dedi te domui Israel: si non
„annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auer-
„tatur ab impia via sua et viuat; ipse in iniqui-
„tate sua morietur, sanguinem autem eius de manu
„tua requiram. Sane dudum dilecti filii Magister,
„et Fratres Militiae Templi in Vngaria, et Scla-
„uonia, nobis grauiter fuere conquesti, quod cum
„ipsi super quibusdam villis, domibus, possessio-
„nibus, et rebus aliis, quibus ab eodem Rege
„fuerant spoliati; primo ad eum monitorias, ac
„postmodum ad venerabilem fratrem nostrum,
„Collocensem Archi Episcopum, eiusque Colle-
„gas, executorias litteras impetrassent, demum
„inter partes amicabilis compositio interuenit, quam
„Regia Celsitudo promisit firmiter obseruare, et
„licet compositio ipsa fuerit per sedem Apostoli-
„cam confirmata; quia tamen eam, quod vix po-
„teramus credere, non seruabat contra verbum re-
„giae veritatis, quod eum aliquatenus non dece-
„bat, vtpote saluti suae, ac famae contrarium in-
„debite veniendo; serenitatem Regiam duximus
„commonendam, vt compositionem eandem fir-
„miter obseruaret, ita quod Regalem excellentiam
„possemus merito commendare: alioquin, vos fi-
„lii, Abbas et Praeposite, atque dilecte fili, Ab-
„bas Waradiensis, quibus super hoc scripta no-
„stra direximus, dictam compositionem, sicut si-

„ne partium praeiudicio facta est, et ab vtraque „parte sponte promissa, faceretis per censuram „Ecclesiasticam, appellatione remota, firmiter ob- „seruari: non obstante indulgentia, qua sibi a no- „bis, sicut dicitur, est concessum, vt nullus in „eum, absque speciali mandato sedis Apostolicae, „sententiam excommunicationis audeat promulga- „re. Cum autem in commisso vobis negotio pro- „cedentes sollicite, monuissetis eumdem, vt com- „positionem ipsam obseruans, ac eisdem Magistro, „et fratribus ablata in dominio suo restituens, de „illatis damnis, et irrogatis iniuriis satisfactionem „eis congruam exhiberet; idem proponens, quod „non executores, sed cognitores duntaxat eratis „ad sedem Apostolicam, si tanquam exequutores, „et non vt Iudices, procederetis, in figura Iudi- „cii appellando, quodque non auctoritate sua, „sed potius charissimi in Christo filii nostri Belae, „Illustris Regis Vngariae, fratris sui, a quo ter- „ram se habere asserit, fuerint spoliati; quam- „quam Baliui, et officiales sui, ablata ipsis Magi- „stro, et fratribus detineant vniuersa; non solum „ea restituere noluit, verum etiam fuit grauiter „comminatus; propter quod vos, fili Abbas, et „Praeposite, cum dicto Abbate Waradiensi, apud „eum proficere non valentes, processum vestrum, „non sine fratrum ipsorum praeiudicio, ad sedem „duxistis Apostolicam remittendum. Cum igitur „non deceat contra compositionem praemissam, „inter ipsum, et iam dictos fratres, tam solem- „niter initam, saepe dictum C. venire; ne irrita „faciat, quae de suis labiis processerunt; adhuc „Regalem excellentiam, sicut iterum, sic affectuo- „sius rogandam duximus, et monendam, sibi in

„remissionem peccaminum iniungentes, vt ea ab-
„lata Fratribus supradictis restituat vniuersa, et
„compositionem studeat inuiolabiliter observare:
„ita quod Dominum exinde propitium sibi statu-
„at, non offensum; et nos sinceritatis suae zelum
„possimus in Domino merito commendare. Si ve-
„ro contra compositionem praedictam iuris ali-
„quid se habere confidit, poterit coram nobis per
„procuratores idoneos assequi iustitiae comple-
„mentum. Ideoque in virtute obedientiae districte
„praecipiendo mandamus, quatenus si dictus Rex
„praeces nostras non adimpleuerit in hac parte,
„praetermissis exceptionibus ab eo propositis, et
„aliis frivolis non obstantibus, cum non sit defe-
„rendum homini contra Deum; loca, ad quae ipse
„deuenerit, supponatis Ecclesiastico interdicto, tam-
„diu arctius obseruando, quamdiu ibi fuerit, do-
„nec eis vniuersa huiusmodi restituantur ablata,
„et de damnis, et iniuriis fuerit congrue satisfa-
„ctum; detentoresque ac inuasores praedictarum
„rerum, Baliuos etiam subditos, et Consiliarios
„ipsius Regis, quorum opere, et consilio ablata
„eadem detinentur, vsque ad restitutionem inte-
„gram eorumdem, appellatione remota, excom-
„municationis vinculo innodetis. Datum Reati III.
„Kalendas Augusti, anno decimo."

Manrique Cisterciensium Tom. IV. pag. 522. Nro. 10—13.

CCXVII.

A. Ch. 1236. *Metales terrae Jenö in Comitatu Bihar.*

Anno MCCXXXVI. Metales terrae Jeneő dictae in Comitatu Bihariensi existentis, per Belam IV. regem Hungariae Comiti Mika donatae, per

hunc Comiti Paulo, filio Echy collatae, per delegatos eatenus Iudices confectae.

Existunt in collectione Diplomatica Georgio Adonyiana.

CCXVIII.

A. Ch. 1238. *Bela IV. R. H. a domo Hospitalis Ierosolymitani chibriones, aut aliud quid recipi vetat.*

Bela, Dei gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniaeque Rex. — Vniuersis, praesentem paginam inspecturis, salutem et omne bonum. Quod si nihil praestari potest ei, qui dat omnibus affluenter, qui diues in cunctis, non indiget bonis nostris; si quid tamen de suo propter (per) nos offeratur, grata recipientis benignitas recommendat, dum sibi factum asserit, quod vni ex suis membris exhibetur, in quibus se testatur recipi et contemni. Hac igitur consideratione inducti ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nos concessimus domui hospitalis Ierosolymitanae, quod in alia parte regni nostri non teneantur de vineis propriis soluere chibriones. Quare praecipimus omnibus Comitibus pro tempore constitutis firmiter et discrete: quatenus chybriones a praedicta domo non recipiant, nec recipi permittant. Hoc tamen praecipue iniungimus firmiter praecipientes, collectoribus chybrionum, quod nec chybriones, nec aliquid aliud loco vel nomine chybrionum audeant a domo recipere supradicta. Ne autem haec possint in dubium reuocari, sed et robur obtineant perpetuae firmitatis, praesentes literas eidem Domui concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Praepositi Budensis, et

aulae regiae Vice-Cancellarii. Anno Domini M. CCXXXVIII. Indictione vndecima. Quarto Calendas May Regni autem nostri anno tertio."

Ex authentico transumpto anni 1338.

CCXIX.

A. Ch. 1238. *Idem Bela terram Vicha filiis Belud, et terram Frad (Farad) Comiti Oslu donat.*

Bela, Dei Gratia Rex Hungariae. Vniuersis Christi fidelibus salutem in Domino Iehoua. Digna remuneratione fidelitas, dignis debet stipendiis a Regiae Celsitudinis Serenitate reponi, quatenus et humanum iustitiae debitum impendatur, et retributionis exemplo fidelium numerus augeatur. Hinc est, quod ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire, quod nos seruitia et probitates dilecti ac fidelis nostri Oslu Comitis filii Oslu, quae nobis et Regno indesinenter exhibuit, habentes prae oculis et nolentes ipsum sicut nec decet suorum seruitiorum defraudari meritis, in recompensationem suae fidelitatis et probitatum Terram Frad in Comitatu Supruniensi iuxta Charna praedium ipsorum tam cum terra arabili, quam cum pascuis et foeneto vsui triginta aratrorum competentem, quam prius ex donatione patris nostri digne promeruerat, contulimus iure perpetuo possidendam. Insuper filiis Belud Comitis bonae memoriae, qui similiter maximis et laudabilibus seruitiis coram oculis nostris et antecessorum nostrorum a primaeuis aetatis suae temporibus claruerat, concessimus de Terra Vicha in eodem Comitatu iuxta praedium, quod vocatur Belud iuxta Rabcha, ad quinque aratra tam cum Terra arabili, quam cum

pascuis et foeneto; vbi iidem filii Belud habent domos et Ecclesiam. Vt igitur haec nostrae Donationis pagina firmum robur obtineat in posterum, et nullis vnquam temporibus valeat retractari, dupplicis eam sigilli nostri munimine iussimus roborari. Datum anno currente MCCXXX. VIII. VI. Kalendas Ianuarii, Regni autem nostri anno III.

Ex authentico Transsumto.

CCXX.

A. Ch. 1238. Bartholomaeus Wesprimiensis Episcopus de testamentaria Farkasii de Feldurug dispositione testatur.

Bartolomaeus, Dei gratia, Vesprimien. Episcop. Vniuersis Xsti fidelibus praesens scriptum inspecturis, salutem in eo, qui saluat sperantes in se. Quoniam pro lapsu temporis nonnunquam rei veritas obscuratur, et per hoc lites et iurgia frequentius excitantur; ideo haec restringere cupiens potius, quam laxare, prouida hominum adinuenit discretio, vt ea, quae geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, litterarum testimonio roborentur. Hinc est, quod ad vniuersorum notitiam volumus peruenire: quod Farkasius, filius Cuma de Toutdurugh, heredum solatio destitutus, videns cuncta esse transitoria, et more labentis aque defluere, volensque potius tempus preuenire, quam a tempore preueniri, in nostra constitutus praesentia, ex consensu Ekul fratris sui, et aliorum cognatorum suorum de rebus suis mobilibus et immobilibus taliter ordinauit. Quod quemdam seruum suum, nomine Scyruda pro remedio anime sue contulit Ecclesie Sancti Saluatoris de

eadem villa Totdurugh, vt singulis annis in Festo Sancti Michaëlis debeat celebrare exequias pro anima sua cum sexagintá panibus, cum pecude vnius anni, cum decem hydriis vini, et in quolibet die Dominico portet crucem in processione; et quod ipse Scyruda ipsum seruitium plenius possit exercere, dedit sibi triginta et vnum iugera terrarum, que emerat a Bors Comite. Cuius metae prima terra iacet ad magnas salices, et alia ad campum centum arborum, et syluam et fenetum, quod potest reddere sex currus de feno; duos boues, et duos porcos, et vineam vnam in clyuo Hegisd in Veynuk, quam dixit se emisse a quodam Semerchuk. Adiecit etiam idem Farkasius, quod si ipsum Scyrudam sine herede decedere contingeret, vel si officium sibi iniunctum adimplere negligeret, tunc omnia, que sibi contulit, cederent in proprietatem et potestatem Ecclesie supradicte, et ipse in antea fieret seruus ipsius Ecclesie, et Ecclesia de eodem ordinaret ad consilium episcopi diecesani secundum quod sue placeret voluntati. Item quamdam ancillam suam nomine Nestam, cum filiabus suis Howa et Howacha, perpetue libertati condonauit, et concessit, vt post mortem suam liberam haberent, vbicunque vellent, manendi facultatem, cum omnibus ab eis descendentibus. Item totam possessionem suam tam in terris, quam in syluis, fenetis, vineis, piscinis, siue stagnis, et in aliis mobilibus, preter emtitiam terram suam supra nominatam, dedit vxori sue, si ipsum ante vxorem mori contingeret; hoc adiecto: quod si fratres sui vel cognati nollent ipsam honeste tenere in illa terra, sed inquietantes eamdem vellent effugare;

tota illa possessio estimaretur, et habita estimatione valorem eiusdem terre ipsi domine vxori sue soluere tenerentur; sed si ipsa Domina in ipsa terra posset quiete et pacifice manere vsque ad diem mortis sue, postmodum tota illa possessio cederet in proprietatem vnius de filiis Ekul, quem ipse Farkasius in morte sua in filium sibi adoptaret. Ad hec etiam ipsa domina totam dotem suam cum omnibus rebus paraphernalibus eidem marito suo, ob intimi amoris meritum coram nobis relaxauit. Item dedit eidem Vxori sue sex capita hominum, videlicet: Cabiuca cum tribus filiis, videlicet Becus, Georgio, Chigler, et duabus filiabus, Detilia scilicet et Bunca; ita vt de iis posset ipsa Domina ordinare secundum quod sue placeret voluntati. Preterea idem Farkasius dedit Monasterio Sancte Marie de Almad vnam vineam sitam in Higis in clyuo Weynuk, quam dixit se emisse a quodam Paulo. Ceterum adiecit Farkasius sepedictus, quod quemdam seruum suum nomine Nicolaum, qui et Kusar vocatur, conferret in morte sua illi, quem de filiis Ekul sibi in filium adoptaret. Sed si forte ipsum Farkasium adhuc vsque ad mortem suam, domino propitiante, filium habere contingeret, tunc litteris presentibus non obstantibus posset predictam ordinationem reuocare, et relinquere pacifice supradicta omnia eidem filio suo secundum quod postulat ordo iuris. Ad cuius facti memoriam pleniorem, et inuiolabile firmamentum presentes litteras pro testimonio dedimus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud villam Wigand. Anno Gratiae MCCXXXVIII."

E Codice Diplomatico Istvánfii pag. 117. sq.

CCXXI.

A. Ch. 1239. *Gregorius PP. IX. excommunicationis sententiam aduersus Fridericum II. Imp. latam, inter ceteros etiam Belae Regi H. submittit.*

Sedes Apostolica, sicut totus fere orbis facti euidentia didicit, Fridericum dictum Imperatorem etc. (Reliqua videantur in Mansii Collectione nouissima Conciliorum T. XXIII. col. 76. et seqq.; et apud Bzovium ad annum MCCXXXIX). Dat. Laterani 7. Idus Aprilis Pontif. An. XIII.

Indidem.

CCXXII.

A. Ch. 1239. *Garganus Potestas Spalaten. pacem inter Ciues ac Sclauos componit.*

In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti. Ego servus Dei, Stephanus Comes, Andreas et Comes Tollen, obligamus vobis Spalatensibus in Deo, et Dei genitrice, et in sancto faciente vitam Christum Dei, et omnes Sanctos complacendo Deo in aeternum, quia sum vobiscum vnus homo, et cum nepote meo, et quod non faciam vobis vllum malum, nec palam nec occulte, sed si vobis aliquod periculum institerit, vel ab aliquo Sclauo; Ego iuvabo vos cum nepote meo, excepto D. Rege, et do vobis pro priori damno mille perperos, ita, quod de omni mercatore, qui veniat ad negotiandum in terra mea, in nauigiis teneatur vobis soluere praedictum debitum, et cum solutum fuerit debitum, tunc duana, quae a mercatoribus recipitur, remanebit a vobis expedita in potestate mea. Actum est hoc in praesentia Comitis Nicolai, et parentela eius, et totius Communitatis Almisi, quodsi per me pax ista remanserit, vel per nepotem meum,

teneamur vobis Spalatensibus poenam mille perperorum in praesentia Marini Iudicis Sibenicensis; quodsi exercitus fortioris alicuius contra vos venerit, Ego cum ipso coactus veniens, quidquid de praeda a vobis ablata in parte mea venerit, tenear vobis in integrum restituere, excepto, quod comestum fuerit a me, et societate mea; et, quod si in hac pactione perseuerare cum nepote meo, quoad usque vixerimus, si per vos non remanebit, non adiuvet nos Deus, nec illud sacramentum, quod vobis iurauimus. Super hoc vero adiicimus, vt mercatores vestri ad nostras partes venientes non possint vocari ad placitum per sigillum Comitis, et ibi reddant rationem, vbi cum navigiis steterint.

Schwaudtneri SS. RR. Hung. Tom. III. 591. in nota sub a).

CCXXIII.

A. Ch. 1240. *Brachienses Spalatensibus se subdunt.*

In Dei nomine Amen. Cum D. Garganus Potestas, cum toto exercitu Spalatensi, iret super Almisum, ad accipienda pegnora de DCCCXIII. liberis, quae dedit, et accomodavit Osor, in manus Bogdanici pro communi Spalati, pro emendatione residui bestiarum, quas Tollien, Vlla, Dozenet, quondam depredatus fuit in campo Spalati, et homines Almisi non dantes sibi, dicta Potestas, cum dicto exercitu iuit ad insulam Brachiam, ad accipiendum solutionem de bonis et bestiis, quas Almisani habebant in Bracia, et postquam ibi applicuit Potestas, misit pro Iudicibus, et aliis hominibus Braciae, ad hoc, vt assignarent sibi res et bestias hominum Almisii, qui iudices et Bracienses, venientes coram Potestate, as-

signauerunt bestias, et res Almisanorum, et facta assignatione, eorum bona, et plana et spontanea voluntate dederunt, et supposuerunt se dictae Potestati, et Communi Spalati. — In primis iuraverunt corporaliter super sacro sancta Dei Evangelia, et super crucem, et sanctis reliquiis, fidelitatem et sequimentum dictae Potestatis, sicut Spalatenses iuraverunt, et sicut in breve, et ordinamentis Potestatis continetur. Item iuraverunt, atque promiserunt semper ita iurare, et facere ipsi et sui haeredes, fidelitatem et sequimentum suis successoribus, tam Potestatibus, quam Comitibus, vel Rectoribus, qui pro tempore fuerint ad regimen dictae Ciuitatis omni anno, et semper stare ad honorem Omnipotentis Dei, et Beati Domnii; subiecti dictae Ciuitati, et stare in auxilium, et consilium, ipsis Spalatensibus contra homines Almisii, et contra omnes homines huius mundi, in personis et rebus, saluo honore D. Regis Hungariae, et quoscunque homines Spalati habebunt pro inimicis, ipsi Bracienses habebunt pro inimicis, et quoscunque homines dicti Spalatenses habebunt pro amicis, homines Braciae habebunt pro amicis. Item iuravernnt, atque promiserunt, non mutare, nec cambiare aliam dominationem, quam dominationem Spalati; imo recipient, et retinebunt Iudices, quos Communitas Spalatensis eis dederit, et ad illam consuetudinem viuent, quam Spalatenses vivunt; et si accideret, quod Rex Hungariae vellet eos mutare de loco Braciae, quod ipsi omnes de Bracia venient ad habitandum Spalati, et ibi perpetuo manebunt, et omnia, quae consueuerant facere suis Dominis, secundum antiquam consvetudinem, facient Spalatensibus. Vnde

Bucarius, de voluntate dicti D. Gargani Potestatis, et omnium hominum Spalati astantium in exercitu in campo portus Spleciae eiusdem insulae, super animam dictae Potestatis et dictorum Spalatensium iuravit, atque promisit, omnes illos de Bracia defendere, et manutenere bona fide, et sine fraude, ab Almisanis, et ab omnibus hominibus huius mundi, iuxta eorum posse, saluo honore D. Regis Hungariae. Item et cum ipsis Almisanis non facere pacem, nec concordiam sine ipsis. Item iuravit atque promisit, eis salvare antiquam eorum consuetudinem bonam, et siquam iniustam habebunt, quae non videretur bona esse, eis cassare. Hoc actum est in praesentia D. Apollinarii Borgani Lampredii Sagarelli, Duymi Formini, Jancii Sab, Nicole Stoch, Stanii, filii Sabbe de Farro, et aliorum multorum, An. Domini MCCXL. die XIII. exeunte May, temporibus D. Gregorii Papae, et Serenissimi Sclauoniae Ducis Colomani, Indict. XIII. Ego Petrus Trasmundi, Anconitanus Ciuis, Imp. auctoritate, et nunc Communis Spalati Notarius, expressis suprascriptis interfui, et rogatus scripsi et publicaui.

Schwandtneri SS. RR. Hungar. Tom. III. pag. 598. in nota sub lit. a.

CCXXIV.

A. Ch. 1240. *Paulus Comes de Zala litem circa molendinum iuxta fluuium Raba componit.*

Anno MCCXL. Paulus Comes Zaladiensis, et Iudex aulae regiae ortam respectu molendini, iuxta fluuium Rabam constructi, inter Iobbagiones Castriferrei, et Antunam, filium Sandur, controuersiam, et ad praesentiam Mike Comitis, Vice-Iudicis regii, promotam reuidet, ac molendinum

Antunae, filio Sandur, ipsum haereditario iure respiciens, adiudicat, et ipsis demum Iobbagionibus ad curiam regiam accedentibus, ac semet false procedere, viamque iustitiae et veritatis excedere agnoscentibus, in pace possidendum relinquit.

Ex archiuo familiae Niczkianae.

CCXXV.

A. Ch. 1241. *Garganus Potestas Spalat. pacem cum Andrea de Chelmo conficit.*

In Dei nomine Amen. Veniens Comes Andreas de Chelmo per duas vices in Spalatum, ad reformandam pacem et concordiam, interse et suos homines ex vna parte, et dictum Commune ex altera, denique ad talem concordiam et pacem perpetualem peruenerunt. In primis namque ordinauarunt, quod omnia damna illata inter se ab vtraque parte, in personis et rebus, vsque in hodiernum diem, penitus sint cassa, et vacua, et amplius non recordentur. Item ordinauerunt, quod dictus Comes, et sui haeredes, et sui homines, salui et securi veniant . . . . . . civitate, et extra sicut amici, vnde dictus Comes, pro damnis, quae ipse, et sui homines dederunt Spalatensibus, in suo campo et alias . . . . recuperabit suam terram de Chelmo, hinc ad festum Sancti Domnii, quod omnes Spalatini in perpetuum sint salui, liberi, et franchi, in toto . . . libere vadant, et stent, et redeant, et vendant, et emant, sine vlla contradictione, et sine vllo tributo, vel datio in perpetuum, nec dictus Comes, nec sui haeredes, nec aliqui de sua stirpe, nec aliquis de suis hominibus, debeat Spalatenses molestare de praedictis, nec aliquid ab eis

exigere, vel extorquere, vel, si aliquid extorqueretur, Comes, vel sui haeredes, teneantur facere restitui ablatam a suis hominibus, vel dabunt per gulam transgressores damnum patientibus, et si non possent illum dare per gulam, quod Comes, et eius haeredes, soluant de suo super quantumcunque iurauerit Spalatensis. Item promisit, quod cum Spalatenses erunt in terra Comitis, ipsi erunt salui et securi ab omni homine mundi, et si in aliquo offendentur, Comes, et sui haeredes, teneantur emendare de bonis suis. Item promisit, quod cum Spalatenses voluerint incidere lignamen, vel facere incidi pro Communi, vel pro diuiso, quod ipsi possint incidere, et portare sine contradictione cuiuscunque, et sine aliquo datio, vel tributo, et si non recuperauerit dictam terram, hinc ad dictum terminum, quod haec pacta non teneant, nisi de vtriusque partis processerit voluntate; saluis omnibus . . . quae Spalatenses habent contra Comitem, et suos homines, et e conuerso, quae cognosci debeant in Spalato, coram Iudicibus ciuitatis. Haec omnia vero dictus Comes Andreas promisit per se, suosque haeredes, et successores, firma in perpetuum habere, atque tenere; et si non obseruabit hanc pacem et concordiam, et pro sua parte remanserit, soluat nomine poenae M. Romanatos Communitati Spalati, et sic ipse Comes, cum quatuor suis hominibus, Falco, Clesa, et Dobrochna, et Berco, iurauit ad S. Dei Euangelium super librum, et Crucem, obseruare praedicta, et ita faciet iurare, cum habebit terram, omnibus suis hominibus, et eodem modo Consilium Spalati promittit attendere, et obseruare, quae promissa sunt a sua parte, in

perpetuum; et si non obseruaret hanc pacem, et concordiam, et pro sua parte remanserit, soluat nomine poenae Comiti praefato M. Romanatos; et sic Iudices Ciuitatis, Lampridius, et Madius Grecine, cum Madio Iurcu, et Lacaro Stresi, et . . . . . iurauerunt ad S. Dei Euangelium, super librum, et Crucem, obseruare praedicta, et ita faciet iurare Ciues Spalatenses tunc temporis, cum Comes fecerit iurare suos homines. Hoc actum est in Spalato, in Consilio generali, more solito congregato in Palatio quondam Comitis Heliae, in praesentia Pauli Trepetii, Camerarii, Lampredii Zagarella, Zantii Sab; Tan, et Miche Iurec, et aliorum plurium, An. Domini MCCXLI. die septimo intrante Septembri, temporibus D. Gregorii Pontificis et Serenissimi Regis Hungariae D. Belae, Indictione XIV. Petrus etc.

Schwandtneri SS. RR. Hung. Tom. III. pag. 598. in nota sub lit. a).

CCXXVI.

A. Ch. 1241. *Fridericus Imp. Tragurinis immunitatem a telonio in Imperio Germ. soluendo concedit.*

Fridericus Dei Gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Ierusalem, et Siciliae Rex, vniuersis in Regno Siciliae constitutis, quibus praesentes litterae fuerint ostensae, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Nouerit vniuersitas vestra, quod nos benignius attendentes grata seruitia, quae vniuersi homines Tragurienses de partibus Dalmatiae vlta mare, fideles amici nostri, nobis ad mandatum nostrum exhibere deuotione solita studuerunt, concessimus eis, vt vbique per Regnum nostrum salui et securi incedant, in per-

sonis et rebus eorum. Quo circa fidelitati vestrae mandamus, atque praecipimus. quatenus vbicunque, et apud quemcunque vestrorum aliquis hominum praedictorum peruenerit, nullus vestrum praesumat de eo - - - - - ipsum tam in persona quam rebus suis offendere, quod qui praesumserit, indignationem meam incursurus. Datum apud sanctum Sal - - - L - - - XXIX. Decembris XIIII. Indictionis.

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hung Tomo III: p. 264.

CCXXVII.

A. Ch. 1241. *Fridericus, Dux Austriae ac Styriae, inter titulo feudi possessas etiam villas ad Lajtam, et Neusiedel recenset.*

Nos dei gratia, Fridericus Dux Austrie et Styrie, et dominus Carniolie, presentibus litteris profitemur, quod nos materna beneficia pataujensis ecclesie deuotione filiali non immerito recolentes, ne his que nobis tanquam vnigenito contulerat, si intestati sublati fuissemus de medio, priuaretur: Sperantes nobis apud Deum esse meritum, si saluti anime nostre et profectui prefate ecclesie, per nos caueretur prouide in futurum. Principaliter hac in parte. Ecce coram dilecto Domino et amico nostro Venerabili Rudegero pataujensi Episcopo, in forma confessionis et penitentie constituti, adiurati per ipsum, suisque exhortationibus inclinati, protestati fuimus, subscripta omnia, cum aliis omnibus, que memoriter non recolimus, quo ipse nichilominus processu temporis, per scrutinium diligentis inquisitionis poterit experiri, nos possidere ab ecclesia pataujensi ti-

tulo feudati. Sunt autem hec. Aduocatia ecclesiarum Cremsmünster. S. Floriani. Erla. Valthusen. S. Ipoliti. Chotewiensis. S. Georgii. Altenburch. et Sitansteten. Item ciuitates in Lintza. in Anazo. Chremsa. ex ea qua monti adiacet parte. Item Lorchuelde cum omnibus suis attinenciis. Item villas Trebense. Muchilev. et quidquid inter illa est. Item Chirchpach et ea, que sunt circa in decimis et foresto. Item omnes decime quas habemus in dioeesi patauiensi, maxime tamen circa Frienstat, et predium in Lonuelde, cum suis decimis. Curiam Standorf. Item Gawath, Chrutte, Rihwinstorf, et quidquid habemus ibidem. Item decime in Lavochsen et circa La, et in partibus illis. Item villa in Povmgarten. In widen, in Chwendorf. in Zwerendorf. Item decime in Probersdorf, et in witzlinsdorf. Item aduocatia possessionum ecclesie in Zeisinmurre. et in Muttarn. Item XII. parochiales ecclesie, Haeimburch. Stillifrit. Ruospach, Valchenstaein. Polan. Gors. Retze. wideruelde. Holaprunne. Mistelpach. Lyz. et Probesdorf. Item villa in Geizzrukke, et in Echindorf. Item aduocatia Michelpach. Bischolfesdorf. circa Litam et in Niwsidel. Item due vinee apud Staein. quas habuit Gotfridus camerarius. Item quidquid habuit Hartnidus de Orte in Phaffenberge. Item passagium in Muotaren. Item feodum aduocati Ratisponensis. dimidia pars decime vini. an dem Retzberge, apud Niwenburch. Item in Hadmarztorf. XII. domos decimales. In Rukerstorf XIII. In Sewarn V. et tercia pars de domibus in Meinharstorf. In Retze VII, domorum decime, In Malmanstorf VII. In wentelstorf IIII.In wrmz III. In veteri Alsekke decima vini ad tres Carratas. In

Noualibus Cigestorf. III. talenta et XX denarii et LX. pulli in festo Michaëlis. Item decime in foro Legenbach IIII. modii siliginis et auene. purchmvotte, Item decime circa persnich. et chapllere (capellae) ad estimationem centum modiorum de quolibet grano, ypolitensis mensure, et XIII. porci. Item Stubeconis circa S. Georgium LX. modii de omni grano eiusdem mensure. Item decima in Syrnich XVIII. modii yppolitensis mensure. In pechlarin decima vini ad carratam. et due partes ibidem ad censum Chastmuthe, et VII. Sitfrischinge. et I. Spechswin. Item ad S. Petrum in der owe ad XXIIII. modios auene. Chastmutte. De alia decima ibidem VIII. talenta. Item decima in Lintz ad XL. scafas. Item decima ecclesie Winnensis, et alia tam in possessionibus quam decimis et hominibus, quorum ad presens memoriam non habemus. In cuius rei testimonium presentem litteram roboratam sigilli nostri munimine sibi damus. Datum Patauie, Anno Domini MCCXLI. V. Idus Martii.

Mon. Boic. non Coll. Vol. I. p. II. p. 154. sqq.

CCXXVIII.

A. Ch. 1241. *Capituli Generalis Ord. Praedic. statutum.*

Capituli Generalis Ordinis Praedicatorum Methis celebrati Statutum 27. hoc tenet: vt Capitulum generale futurum in Vngaria apud Budam celebretur.

Martene Thesaur. Anecdot. T. IV. Col. 1702.

CCXXIX.

A. Ch. 1241. Ducis (H.) Longrathungriae Comitis, Saxonum Palatini, de Hungaria per Tartaros vastata, ad Ducem Brabantiae epistola.

Dilecto ac semper diligendo domino et socero suo, illustri principi Duci Brabantiae, H. Dei gratia Longrathungriae Comes, Palatinus Saxonum, paratam ad beneplacita seruiendi voluntatem. Pericula antiquitus in scripturis sanctis praedicta, peccatis nostris exigentibus, nunc pullulant et erumpunt. Quaedam enim gens crudelis et innumerabilis, exlex et effera, vicinos nobis terminos inuadit et occupat, et iam vsque ad terram Polonorum peruenit, terris multis aliis peragratis, et populis exterminatis, super quibus tam per nuncios proprios, quam per Regis Bohemiae, dilecti consanguinei nostri, plenius certificati, et vocati sumus, vt in ipsius succursum et fidelium defensionem festinanter accingamur. Veraciter enim et plene nobis constat, quod eadem gens Tartarorum circiter octauas Pasche terras Bohemorum crudeliter et impetuose inuadet, quibus si non subueniatur tempestiue, stragem faciant inauditam. Et quia iam paries nobis proximus succenditur, et terra vicina patet vastationi, et aliquae iam vastantur, auxilium et consilium Dei et fratrum vicinorum pro vniuersali ecclesia anxie et flebiliter inuocantes postulamus. Et quia mora plena est periculo, omni vos qua possumus rogamus diligentia, vt in nostrum succursum tam pro vestra, quam nostra liberatione qnantotius ad arma properetis, strenue praeparantes militiam copiosam, nobiles potentes, et audaces, cum sibi subiectis populis, non segniter excitando vt promptos et

paratos eos habeatis, cum vobis nostros nuntios iterato direxerimus. Nos autem ministerio Praelatorum nostrorum Praedicatorum ac minorum crucem facimus, quia crucifixi res agitur, generaliter praedicari, orationes et ieiunia indici, et ad bellum Iesu Christi communiter terras nostras euocari. His etiam adiicimus, quod magna pars eiusdem detestabilis gentis, cum exercitu alio illis adiecto, Hungariam vastet inaudita tyrannide, adeo quod rex dicitur sibi partem modicam obseruasse. Et vt multa paucis perstringamus, adeo opprimitur, et tantis ex tot pressuris coangustatur ecclesia et populus borealis et septemtrionalis, quod talibus nunquam ab initio mundi fuerit vnquam flagellatus. Datum anno graciae MCCXLI. Die qua cantatur Laetare Hierusalem.

Matth. Parisiensis in Hist. maiori p. 538. vna etiam commemorando has litteras ex parte Ducis Brabantiae fuisse transmissas Episcopo Parisiensi; — similique modo scriptum esse Regi Anglorum ex parte Archiepiscopi Coloniensis.

CCXXX.

A. Ch. 1241. *Litterarum nomine ac sub sigillo Belae IV. R. H. ad populum deludendum per Tartaros confictarum formula.*

Canum feritatem et rabiem non timeatis; nec vestris de domibus vos mouere audeatis. Licet enim, propter quamdam improuisionem, tum castra, tum tentoria reliquerimus, paulatim tamen Deo nobis propitio, eadem recuquerare intendimus, contra illos proelium virtuosum instaurantes. Vnde tantum orationi vacetis, vt miesricors Deus ad-

uersariorum nostrorum capita a nobis permittat malleari.

Litteras huiusmodi, per captos clericos scriptas, Tartari medio sibi adhaerentium Hungarorum ad maiores et populares regni destinando, miseros Regnicolas turpiter traduxerunt. Rogerii Carmen miserabile Cap. XXXI. in SS. RR. Hungariae Schwandtneri in fol. Tom. I. p. 310.

CCXXXI.

A. Ch. 1241. *Vestiginm Belae IV. literarum, quibus regnum a Friderico Imp. contra Tartaros defendi petiit.*

Richardi de S. Germano Chronicon apud Muratorium in SS. RR. Italicarum hanc in rem complectitur sequentia: Eodem mense (Iunio anni 1241.) fama de Tartaris ad Imperatorem peruenit, quod iam victo Rege Vngariae essent in foribus Alemanniae, et ipse Rex Vngariae significauit eidem Imperatori per Guaciensem Episcopum Legatum suum, et per Literas suas, per quas se ipsum et Regnum suum Vngariae suae promittit subiicere ditioni, dummodo per ipsum Imperatorem ab ipsis Tartaris protectionis suae munimine defendatur.

Muratorius collect. superius citata Tomo VII. col. 1046.

CCXXXII.

A. Ch. 1241 *Eiusdem Friderici literarnm, ad vniuersos Europae Principes ob imminens a Tartaris periculum datarum exemplar.*

Illustri Regi Francorum tamquam fratri suo Fridericus etc. perfectae sollicitudinis zelus, quos sicut Pater Imperii statum eiusdem diligere cogimur etc. et tueri propensius nos inducit, non tam manifeste pericula, quam suspecta vereri etc.

Murator. SS. RR. Italicar. Tomo VII. Coll. 1046. Meminit huius etiam epistolae Matthaeus Parisiensis pag. 541. sequentibns. „Verum tamen Regem Francorum sic scribens commouit vehementius, ait enim: Admiramur super Francorum prudentia, quod non subtilius ceteris Papales astutias consideratis, vel attenditis cupiditates. Proponit enim ipsius ambitio insatiabilis omnia fidelium Regno suo subiicere dominatui, ab Anglorum conculcata corona sumens exemplariter consequentiam, et vt culmen Imperii suis inclinet nutibns ausa est praesumtuoso conatu, et ausu temerario praesumtuosius inhiare."

CCXXXIII.

A. Ch. 1241. *Vestigium priuilegii Belae IV. super terrae Zobodycha Magistro Abae, filio Abae, vendita.*

Rex Bela (IV) praebet fassioni et perennali venditioni per Comitem Bab, filium Comitis Bab, Comitem de Trenchyn super terra Zobodycha (Szobolszt.) ad castrum olim regium Bana spectante, et ipsi Comiti Bab ab eodem Rege ob praestita egregia servitia collata, Magistro Abae filii Abae pro 400 marcis fini Argenti factae.

E Collectaneis Czeckianis.

CCXXXIV.

A. Ch. 1243. *Constitutio Friderici Bellicosi, Ducis Austriae, circa vectigalia Heimburgi soluenda.*

Rubr. Daz sint di Recht von der Wazzermaut ze Haimburch. Waz ein wienner fuert gwant oder chramgwant, der geit I. Pfennig, ein gast auzzer lantz geit XIII pf. Furt auer ein gast ein chlain chaufmannschaft, der geit von eim tuech von Gent oder von Eyper VI. pf. Von ein schwern tuech von Dorn IIII. pf. Von eim Lodn II. Furt ein purger plei, der geit von igleichen centen II. pf: ein gast auzzer lants III. pf. Von einen Lagel Öl, ein purger II. pf. ein gast IIII. pf.

Von einer maisen Hering ein purger II. pf. ein Gast IIII. Von einen Stubich mit azzech ein purger VI. pf. ein gast XII. Von einem ganzen Harnasch purger oder gast XII. pf., von einem pantzier II. pf. Von einer platen II. pf. von einem Helm II. pf. von einer pekelhauben mit einem geheng I. pf. von ein swert II. pf: von vier handschuhen I. pf. Von eim hundert eisen purger oder gast III. pf. von der zogem eisen ein purger II. pf. ein gast IIII. pf. von zwainzich schinn purger oder gast II. pf. vom hundert sichel ein purger II. pf. ein gast IIII. pf. von einer segens purger oder gast I. pf. Von eim Mutt traeds ein purger inner lants II. pf., und ein gast IIII. pf. und ein purger von Haimburch geit II. pf. von eim ganzen podem mit traed. Was man Weins von hinne furt, der inner lants gezezzen ist, der geit von igleichen II. pf. waz man awer Chaufweins furt von Vngern herauf, do geit purger oder gast XII. pf. von igleichem wazze, wer ein vaz weins furt gegen Marchek auf der Tuenau der geit II. pf. purger oder gast. Was ein Lantman furt her weins inner lants der geit vom vazze II. pf. und ein purger von Haimburch geit nicht. Von einer Zullen mit Salz der gen Haimburch furt der geit von pfunt chuefflein XII. pf. Er sei purger oder gast. Wer ein Zullen verkauft gen Vngern der geit VI. pf. von einer Zullen mit obz die zwei leger hat XII. pf. Let aber man sei ze Haimburch so geit man dovon II. pf. und maut obz, und ein purger von Haimburch geit nicht von obz daz er gen Haimburch furt. Von einer Zullen mit heven, gen Vngern XII. pf. und XII. heven, und her zu nur II. pf. Wer Ziegel für furt, der geit

von ein Tausend Dachziegel IIII. pf. von ein tausend Mauerziegel II. pf. von einer Zullen mit Werch stucken gen Vngern XII. pf. von ein Mülstein gen Vngern IIII. pf. von ein Slifstein II. pf. Von einem Hundert Leineins hintz Vngern ein gast II. pf. ein purger von waz er sein gefueren mag II. pf. Von Gadm Holz gen Vngern XII. pf. purger oder gast; von hundert pazzauer laden hintz Vngern XII. pf. ein purger oder gast. Von hundert sednicher laden VI. pf. vom Centen Preter I. pf. gen Vngern, von hundert latten I. pf. von Grintlholz II. pf. von einer Mülspangen II. pf. Von hundert Ciegelrafen XII. pf. purger oder gast, von hundert storafen IIII. pf. von ein pfunt Taufen gen Vngern IIII. pf. von ein phunt schrot IIII. pf. von einer neuen chueffen II. pf. von ein phunt lagelholz II. pf. von ein hundert raefstangen I. pf. von ein eimmer Mets hintz Vngern I. pf. Waz ein Maentler fuert alts gwants gen Vngern, de inner lants gesezzen ist, der geit nur II. pf. Ein gast von eim neven gwant II. pf. von eim alten gwant I. pf. von eim hundert chalpvel VI. pf. purger oder gast, von hundert lampfel IIII. pf. und ein purger von Haimburch geit nur II. pf. Waz der pockvel oder chalfel hin dan furt von einer mul auzzer lantz XIII. pf. inner lantz XII. pf.; vom Mutt Rueben auzzer lants IIII. pf. inner lants II. pf. Waz ein ledrer heut her furt inner lants der geit I. pf. auzzer lants II. pf. waz ein ledrer hinab furt unversnittens leders der geit II. pf. und von versnitten geit er nicht: vom Emmer Ezzeichs auzzer lants I. pf. Von ein pet hintz Vngern IIII. pf.

von ein sakch wolle ein gast XII. pf. ein purger II., von ein scheff chols inner lants II. pf. wer iz aber von Vngern her fürt der geit vom fueder II. pf. Wer sich aus dem Lant, oder ins Lant zeucht der geit XII. pf. Was ein Vleischhacher zu furt, geit vom Rint I. pf. vom gemesten Swein I. pf. von eim mager Swein I. helblinch, von eim chalb I. helblinch, von eim schof I. helblinch, von einer Gaiz I. helbl. von vier lampern I. helbl. von pachen I. helbl. welcher Vleischhacher awer datz haimburch gesezzen ist, der geit von dem Vieh nicht. Von aim Röben lodn ein gast I. pf. ein purger nicht. von ein Oechsen hintz Vngern purger oder gast II. pf. von ein roth tuech I. pf.

Rubr. Daz sint die Recht an der Wazzermaut her von Vngern.

Wer chol fuert von Vngern, er ist ein gast, so geit IIII. pf. ein purger II. von einer Mutt Lach ein purger II. pf. ein Gast IIII. pf. van ein nevn wagen ein purger I. pf. ein gast II. pf. Von eim fueder Wercholz ein purger II. pf. ein gast IV. pf. von ein vaz chaufweins von Vngern XII. pf. purger oder gast, von eim Mutt traeds von Vngern ein purger II. pf. ein gast IV. pf. von ein Emmer weins von Vngern I. purger I. helblinch, ein gast I. pf. Wer awer vber Tuenauw Wein furt der geit von Emmer I. helblinch; von eim hausen ein purger II. pf. ein gast IV. pf. von eim Tuch ein purger I. helblinch ein gast I. pf. von eim schiflein mit Vischen ein purger II. pf. ein gast IV. pf. und zwei Mauthvische: von einer Chreuzzen Zullen ein purger II. pf. ein gast IV. pf. und hundert Chreuz-

zen: von ein Vischwagen ein purger II. pf. ein Gast XII. pf. von Centen Chupher ein purger II. ein gast IV. Furt ein gast hevt und Wachs der geit XIII. pf. und ein purger II. pf. Von hundert ungerisches Salz ein purger I. pf. ein gast II. pf. von hundert Gutscheins ein purger I. pf. ein gast II. pf. von hundert Aechorn ein purger I. pf. ein gast II. pf. hundert heseim ein purger I. pf. von hundert Zeizel I. helblinch, von hundert fuchsein ein purger II. pf. ein Gast IV. von hundert hermleins ein purger VIII. pf. ein gast XVI. pf.

Rubr. Daz sind die Recht an der Thormaut.

Von ein gwant wagen hintz Vngern als manich purger auf dem Wagen hat chramgwant, und gwant als maniger muez II. pf. geben, und als manich gast dor auf hat als manig muz XII. pf. geben. Alles daz Recht daz harnasch auf dem Wazzer hat, daz hatz auf dem lande. Von pallen veigen ein purger II. pf. ein gast XII. von eim Wagen mit Glas, ein purger II. pf. ein gast XII. Ein gevnder der in dem land gezezzen ist und glas treit I. pf. ein gast II. pf. Von eim eisn wagen ein gast XII. pf. von eim neun Wagen ein purger I. pf. ein gast II. pf. waz ein man vber vier gwant an hat da sol er von mauten. Von eim pferft ab dem ungerischen II. pf. von ein Rint II. pf. und ze Zoll, von ein Swein ein gast II. pf. ein purger I. pf. von einem pachen ein gast II. pf. ein purger I. von eim schof oder von einer gatzze ein gast I. pf. ein purger I. helbl. und waz ein purger furt auf eim wagen chlains viechs, der geit nur II. pf. und wie maniger auf dem Wagen

hat als maniger geit II. pf. von eim hausen ein purger II. pf. ein gast IV. pf. und IV. ze Zoll. von eim Tukch ein purger I. helbl. ein gast I. pf. und I. pf. ze Zoll, von einem schuch wagen ein purger II. pf. ein Gast XII. von einem Wagen Elen ein purger II. pf. ein gast VI. von einer lait vische ein purger II. pf. ein gast XII. und einen Visch aber in setzet. Furt ein Gast auf einem Vischwagen hevt oder wachs, de geit do von besunder XII. pf. Furt ein Gast Schöffel oder hirsen hevt der geit XII. pf. und ein purger II. vom geprochen geriem ein gast XII. pf. ein purger II. von flader ein purger II. pf. ein gast XII. vom Centen Test ein purger II. pf. ein gast XII. von einer gewarchten hevt ein gast I. pf. Waz ein purger auf daz Vngerisch furt geworchts leders, der geit II. pf. und ein gast XII. Segen und Sichel habent ein Recht auf dem lant und auf dem Wazzer. Von eim hierzen ein gast IV. pf. Ein purger II. von eim Swein daz selb. von ein Rech ein gast II. pf. ein purger I. pf. von vier hasen I. pf. von Zehen rephunnen I. pf. von Zechen aychorn I. pf. von einem Wagen mit Chez und mit smalz ein gast VI. pf. ein purger II. von einer Hunrastel ein gast II. pf. ein purger I. von eim Wagen mit Tekchn ein gast IV. pf. ein purger II. von eim pastwagen ein gast VI. pf. ein purger II. von einem Wagen mit azzech ein purger II. ein gast IV. von einem Wagen mit Obz von Vngern II. pf. ze maut und zwen ze Zoll. Von einem Wagen mit Obz gen Vngern ein gast IV. pf. ein purger II. pf. wer vleucht ab dem ungerischen der geit halbe maut, daz ist XXI. pf. und wan er wider ausfert so geit er nicht. Von ein Emmer

hönich ein gast IV. pf. ein purger II. von Centen smer ein gast IV. pf. ein purger II. Vom Centen Vnschlid ein gast IV. pf. ein purger II. Ein igleich pilgreim geit II. pf. auf Wazzer und auf lant.

Rubr. Daz ist der Zol. Wer in dem lant gezezzen ist, und ein Rint her in treibt der geit I. pf. ze Zol, und wer in dem lant gezezzen ist der geit von eim schoff ein helblinch ze Zoll, und von ein Chalp I. halbl. und von 1. Swein I. helbl. ze Zol, von einer haut auzzer lants I. pf. di Raber di gebent nicht und inner lants I. helbl. waz ein prukker heut cheft datz haimburch der geit I. pf. ze Zol, von einem protwagen von Vngern ein gast II. pf. ze maut, und II. helbl. ze Zol, ein purger II. pf. ze maut, von einem Ross ein gast II. pf. ze Zol und der in dem lant gesezzen ist I. pf. Von puesem ein gast II. pf. ein Lantman I. pf. wer an dem gwant marcht hin geit der geit von XXX. pf. 1. ze Zol und hinder Zwainzken I. helbl. und von 60 oder uber 60 wie teur er geit, der geit II. pf. wer garn her furt, der geit auch von XXX. I. pf. und hinder XX. ein helb. und von LX. oder uber LX. wie viel der ist nur II. pfenning.

Rubr. Daz ist daz Metzen Recht Von ein Mutt traeds ein gast auzzer lants geit IV. pf. ze metzen recht, und von ein halben Mutt II. pf. Geit ein purger hin der geit von 1 Mutt I. pf. und ein lantman geit II. pf. wer vleisch her in furt ab dem Vngerischen und hin Schrott der geit II. pf. ze Zol. Der aber im Lant gesezzen ist der geit I. pf. ze Zol.

Rauch scriptores Rerum Austriacarum Vol. I. pag. 200. et sqq. Statuta haec vt vt magis Austriam concer-

nentia, motiuo ex eo, quod commercio quoque Hungarico illius temporis magnam affundant lucem, inserenda censuimus.

CCXXXV.

A. Ch. 1244. Bela IV. filiis Andreae Comitis in cambium terre Parna, Hospitibus de Szombathely (Tyrnauiae) concessae, terram Dubnicze a Castro Nitrien. auulsam confert.

Bela Dei gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniaeque Rex. Vniuersis Christi fidelibus salutem in eo, qui est vera salus. Cum a nobis petitur, quod iustum est, assensu grato debet decurrere nostri iustitia Principatus: quia nobis in nostris (sic) iuris beneficium exhibetur. Proinde ad vniuersorum tam praecedentium (praesentium) quam posterorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod nos considerantes terram quandam nomine Parna, in Comitatu Posoniensi, iuxta aquam Parna existentem, vtile esse fidelibus hospitibus nostris de Sumbothel, quae quondam fuit illustris reginae Constantiae; qui nos subiectiuis precibus implorarunt, vt terrae ipsorum eam adiungentes, eis de benignitate Regia conferremus; eamdem terram a fidelibus nostris Ders et fratribus suis, filiis Andreae Comitis, de bona voluntate ipsorum, per comutationém acceptam eisdem hospitibus vniuersis donauimus perpetuo possidendam; in cuius terrae cambium terram Dubnice, eximendo eam a castro Nitriensi, ad quam pertinebat, in Comitatu Nitriensi existentem, quae cum sylua ad eam pertinente vsui decem aratrorum est sufficiens, quamquam terra Parna, quam ab eis accepimus, ad duodecim aratra sit

conueniens, eisdem filiis Andreae Comitis tradidimus perpetuo possidendam. In cuius terrae possessionem per dilectum et fidelem nostrum Venerabilem Adam, Episcopum Nitriensem, qui metas eiusdem terrae videlicet Dupnica, sub sigillo Capituli sui nobis manu propria porrexit, quas et viua voce roborauit, fecimus introduci; quae, vt eaedem litterae continebant, hoc ordine distinguuntur: etc. Ne igitur praenominatus Ders cum fratribus suis, vel eorum haeredes, haeredumque successores temporum curriculo pro terra Dubnice per quempiam valeant molestari, seu aliquatenus impediri, praesentes in perpetuam stabilitatem huius rei eorum iustis precibus concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud Monasterium, quod dicitur **Martini Bani in Sas.** Anno Dominicae incarnationis MCC. XLIV. sexto decimo kalendas Xbris, regni autem nostri Anno decimo."

Ex autographo.

CCXXXVI.

A. Cd. 1244. *Fassio super villa inferiori Paloitha.*

Turdos et Alexander, filii Pousa de genere Turdos, Rolando fratri suo carnali ac una praeposito et Conuentui de Saagh inferiorem villam Palojtha — superiori sibi reseruata — in Comitatu Hontensi — perpetuant.

E Collectaneis Czeckianis.

CCXXXVII.

A. Ch. 1244. *Acta Capituli Generalis Ord. Praed. Budae celebrati.*

1) Committimus Magistro Ordinis totam ordinationem ecclesiastici officii tam diuturni (sic) quam

nocturni, et eorum, quae ad hoc pertiuent, et correctionem librorum Ecclesiasticorum, et quod corrigat litteram regulae.

2) Nulla scripta facta vel compilata a fratribus nostris, aliquatenus publicentur, nisi primo per fratres peritos, quibus magister vel prior Prouincialis commiserit, diligenter fuerunt examinata.

3) Monitiones Capitulorum generalium vel prouincialium in aliquo certo libello scribantur quolibet anno.

4) Item, Capitulo de solemni celebratione capituli, vbi dicitur: Poenitentia scripta mittatur, addatur: poenitentiae autem, quae nominatim aliquibus in capitulis generalibus vel prouincialibus iniunguntur, non publicentur, nisi coram eis, qui culpam audierunt, vel in locis, vbi eas facere debebunt.

5) Caueat quilibet frater, ne proclamet aliquem in Capitulo de crimine, nisi possit probare: quod si accusatus negauerit, et accusans in probatione defecerit, secundum exigentiam culpae gravius puniatur. Ne autem vitia occultentur, Praelato suo denunciet quod viderit vel audiuerit.

6) Mortuo igitur magistro, vel a magisterio semoto, prior prouincialis in cuius prouincia praecedens capitulum generale proxime fuit celebratum, vicem magistri obtineat, quovsque magister sit electus. Quodsi dictum vicarium infra tempus vicariae suae mori vel aliquo casu a prioratu amoveri contigerit, prior prouincialis, in cuius prouincia praecedens generale capitulum proxime fuerit celebratum, vicem obtineat quovsque magister sit electus. Quodsi dictum vicarium infra tempus vicariae suae mori, vel aliquo casu amoueri a

prioratu contigerit, prior prouincialis in cuius prouincia praecedens generale capitulum fuerat celebratum, vices obtineat, et sic deinceps donec ordo magistrum habeat.

7) Fratres qui in vno anno electi sunt definitores capituli prouincialis, sequenti anno ad idem officium non eligantur. Idem dicimus de definitore Capituli generalis.

8) Nullus fratrum praedicet vel confessiones audiat, nisi de sui praelati licentia speciali. Quicumque autem habuit licentiam a praelato suo audiendi confessiones, non recipiat ad confessionem aliquem, nisi de licentia episcopi vel proprii sacerdotis, vel nisi confiteri volens proprio confessus fuerit sacerdoti vel asserat se velle confiteri illo anno.

9) Item, prouideant priores, quod in diebus communibus fratres conuersi sermonem habeant in vulgari.

10) Item, cum superior aliquis constituitur, non fiat per scrutinium, sed de consilio discretorum, qui coram priore conferant in communi.

11) Item, quicumque frater siue prior siue alius pecuniam in aliquo casu dispensat siue distribuit, seu pecunia sit ordinis, siue extraneorum, reddat idem rationem; priores prouinciales coram definitoribus, conuentuales coram priore prouinciali vel visitatore, alii fratres coram priore suo.

12) Item, priores et alii fratres curam habeant diligentem, quod nomen beati Dominici et beati Petri martiris in kalendariis et letaniis scribantur, et picturae fiant in Ecclesiis et quod fiant festa eorum.

13) Item, concedimus fratribus, quod in festo beati Dominici fiat processio, vbi commode fieri poterit, et Priori et fratribus visum fuerit expedire.

14) Item, mandat magister ordinis prioribus prouincialibus et definitoribus capitulorum prouincialium vniuersis, quod singulis annis quamdiu ipse fuerit in officio, mittant ei ad capitulum generale per definitores suos acta capitulorum prouincialium.

15) Item prouinciales cum definitoribus prouideant, quod fratres itinerantes in suis prouinciis obseruent ieiunia, quae communiter in patria obseruantur.

16) Item nullus frater libros sibi commissos in vita sua assignet alicui conuentui speciali, nec super hoc licentia a prioribus prouincialibus vel conuentualibus concedatur. Et omnes licentias, quae de hoc datae sunt, reuocamus.

17) Item, in quolibet conuentu constituatur vnus circator vel plures, si multitudo fratrum hoc requirat, qui non solum post completorium, sed etiam de die omni tempore, quando visum sibi fuerit expedire, circuire debeat officinas et loca, in quibus fratres solent conuersari et insolentias quas viderit, praelato referre, et delinquentes in capitulo proclamare.

18) Item, fratres, quibus videtur aliquid corrigendum circa officium, scribant magistro ordinis ad sequens capitulum generale.

19) Item, festum beati Petri martyris fiat totum dupplex, et pax detur in Conuentu.

20) Concedimus Prouinciae Hispaniae duas domos, item prouinciae Prouinciae duas, item pro-

uinciae Lombardiae duas. Item Theotoniae duas, item Poloniae duas. Et ponantur, ubi prouincialibus et definitoribus capitulorum Prouincialium videbitur expedire. Hoc anno factus est Magister Ordinis Frater Humbertus cum magna concordia electorum. Capitulum generale sequens assignamus apud Mediolanum in Prouincia Lombardiae. Absoluimus priores Prouinciales Angliae, Vulgariae, Poloniae, Terrae Sanctae.

Martene Thesaurus Anecdotorum Tom. IV. kal. 1702.

CCXXXVIII.

A. Ch. 1244. *Ordinationes Concilii Lugdunensis super mediis impetui Tartarorum resistendi.*

Christianae religionis cultum longius latiusque per orbem diffundi super omnia cupientes, inaestimabilis doloris telo transfodimur, si quando aliqui sic nostro in hac parte obviant desiderio, affectu contrario et effectu, quod ipsum cultum delere penitus de terrae superficie omni studio totaque potentia moliuntur. Sane Tartarorum gens impia, Christianum populum subiugare sibi, vel potius perimere, appetens, collectis iam dudum suarum viribus nationum, Poloniam, Rusciam, Hungariam, aliasque Christianorum regiones ingressa, sic in eas depopulatrix insaevit, ut gladio eius nec aetati parcente nec sexui, sed in omnes indifferenter crudelitate horribili debachante, inaudito ipsas exterminio deuastauit, ac aliorum regna continuato progressu, illa sibi, eodem in vagina otiari gladio nesciente, incessabili persecutione substernit; vt subsequenter in robore fortiores exercitus Christianos inuadens, suam plenius in ipso possit saeuitiam exercere,

sicque orbato, quod absit, fidelibus orbe, fides exorbitet, dum sublatos sibi gemuerit ipsius gentis feritate cultores. Ne igitur tam detestanda gentis eiusdem intentio proficere valeat, sed deficiat auctore Deo potius, et contrario concludatur euentu: ab uniuersis Christicolis attenta est consideratione pensandum, et procurandum studio diligenti, vt sic illius impediatur processus, quod nequeat ad ipsos vlterius quantumcunque potenti armato brachio pertransire. Ideoque sacro suadente concilio, vniuersitatem vestram monemus, rogamus, et hortamur, attente mandantes, quantenus viam et aditus, vnde in terram nostram gens ipsa posset ingredi, solertissime perscrutantes, illos fossatis vel muris, seu aliis aedificiis, aut artificiis, prout expedire videritis, taliter praemunire curetis, quod eiusdem gentis ad vos ingressus patere de facili nequeat, sed prius apostolicae sedi suus denuntiari possit aduentus: vt, ea vobis fidelium destinante succursum, contra conatus et insultus gentis ipsius tuti esse, adiutore Domino, valeatis. Nos enim in tam necessariis et vtilibus expensis, quas ob id feceritis, contribuemus magnifice, ac ab omnibus Christianorum regionibus, cum per hoc occurratur communibus periculis, proportionaliter contribui faciemus, et nihilominus super his aliis Christi fidelibus, per quorum partes habere posset aditum gens praedicta, litteras praesentibus similes destinamus.

Mansi Colleetio Sac. Conciliorum noua et amplissima. Venetiis 1779. Tom. XXIII. col. 627.

CCXXXIX.

A. Ch. 1244. Acta Fratrum domus S. Mariae Teutonicorum in Ierusalem, super reditibus possessionis Abraham.

In nomine P. et F. et Sp. S. amen. Quia ea, quae geruntur in tempore, simul labuntur cum tempore, sollerti providentia provisum est, ea litterarum testimonio confirmari. Notum sit ergo omnibus tam praesentibus quam futuris, quod nos fratres Hospitalis Domus S. Mariae Theutonicorum in Jerusalem omnes reditus Aezelini Civis novae Civitatis sitos in Abram, quos a nostro Domino Comite Petro possident nullo contradicente, imo dicto Domino nostro Petro Comite annuente emimus eo videlicet jure, quod singulis annis in festo S. Michaelis dimidium talentum Wiennensis monetae dicto Comiti persolvemus, omni alio servitio penitus excluso, in quo quidpiam non tenemus. Contulit autem dictus Comes dictas nobis possessiones sic, ut singulis annis in festo S. Michaelis dictum censum sicut diximus persolvamus, et si neglexerimus secundum poenam ciuilis Juris satisfacere debemus . . . testes, qui huic tractatui aderant sunt hi: Fr. Rusche tunc Castellanus in Starchenberg. Fr. Ortolfus de Fraeudenberch. Fr. Hainricus, Fr. Arnoldus, Laici, Hainricus pisciculus, Mennilo tunc Judex Novae Civitatis, Hainzlo filius Pisciculi, Chunzo Gener Pisciculi, Wernhardus Officialis Pisciculi, Merboto Scriba, Aetzelo venditor eiusdem praedii, Ortilo de Rosenvelde, Cives Novae Civitatis, Hainricus Judex in Abram, Hervvicus in Abram, Liupoldus de Facikenvverde, Rudlo Villicus Ducis in

Gadym. Acta sunt haec Anno ab Incarnatione Domini MCCXLIV. VI. Idus Aprilis.

Duellius Hist. Ord. Teut. P. III. Cap. III. p. 78. Nro 1. Comes Petrus, cuius hic mentio fit, fuit e progenie Osli.

CCXL.

A. Ch. 1247. Compositio amica inter possessores super terra Boxa.

Farkasius Quinque Ecclesiensis Praepositus, totumque eiusdem loci Capitulum Omnibus praesens scriptum cernentibus salutem in Domino. Nostra constituti in praesentia Fabianus et Pobor Comites et fratres uterini ex una parte, praesentibus ibidem Fintkor Comite et Bheled ejus cognato, tam pro se quam pro tota eorum generatione ex altera proposuerunt, quod et ipse Phintor et sua generatio eosdem Fabianum et Pobor Comites coram Nobili et honesto Domino Stephano Palatino traherent in causam, terram quamdam Boxil nomine scilicet, haereditariam ab eisdem repetentes. Dominus palatinus magnificum Jurkonem nostrae Ecclesiae Cantorem - - - Comitem Nicolaum, filium ipsius, Stephanum de Alma, Nicolaum filium Iso, Laurentium et Bereve de Genere Negol, praesentibus memoratis in arbitros contulit, ut ipsi personaliter ad terram accedentes supradictam amicabili compositione vel judicio causam illam terminarent vice sua; praedicti vero septem homines ita inter partes amicabiliter composuerunt saepedictas: quod ipsi Fabianus et Pobor illam partem de terra illa, quam de Semruz, patre ipsius Phintur, et generatione ipsius XX marcis emerunt de argento, praedicto Beled eorum cognato de captivitate Ruthenorum

redimendo, libere et pacifice in perpetuum possidebunt, tamquam haereditariam, nec non et omnes ab eis descendentes; quia vero saepedicti Fabianus et Pobor amplius occupaverant de terra illa, quam emerant, illud amplius totaliter restituerunt ipsis Phintur et suae generationi saepedictis; metae autem terrae illius sunt istae: a capite aquae Dobomir incipiens tendit versus orientem ad villam Suchew, ubi sunt populi Ecclesiae servientium, et inde extensa versus meridiem procedit vsque ad terram Olthar villae Fabiani, et inde per magnam viam procedens, inter duo nemora, ubi terra Phintur est eis commetanea, a parte sinistra, et inde ad caput vallis, de quo ad quoddam nemus existens a sinistris progrediens vergit ad quoddam arundinetum, ubi est meta, et postea in aqua Dobromir terminatur, quae est intermedia terrae de magna villa Baxa, et illius, de quo est supradictum; quod ut ratum et firmum permaneat Litteras praesentes nostri appositione sigilli roboratas conscribi fecimus, in compositionis testimonium et munimentum. Anno Domini MCCXLVII. Mense Aprili Jurkone Cantore, Teodoro Custode, Arnoldino Decano, ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per manus Petri Magistri Rectoris Quinque Ecclesiensis.

E Transumto an. 1412. in miscellaneis Caroli Koppi in fol. in museo nationali.

CCXLI.

A. Ch. 1248. *Laurentius Vaiu. Trans. Hospitum suorum de Alvincz praestationes ordinat.*

Nos Laurentius, Waywoda Transyluanus et Comes de Wolkow, fidelibus suis Teutonicis in

Wynch, et Burgb (Borberek) commorantibus salutem et gratiae suae plenitudinem. Solet annuere celsitudo Principum iustis petitionibus et honestis desideriis fauorem beniuolum impertiri. Hinc est, quod ad notitiam vniuersorum, quibus praesentes ostenduntur, volumus peruenire, quod fidelibus hospitibus nostris in Wynch et in Burrgb commorantibus omnem per omnia libertatem videlicet in syluis, pascuis et aquis, sine quorum amminiculo temporaliter vita humana non ducitur, quam habent prouinciales Comitatus Scibiniensis, duximus indulgendam. Praeterea eisdem indulgemus, quatenus de plena curia nobis quilibet annuatim tria pondera argenti decimae combustionis, et cum magna statera soluere teneantur; Seldenarius vero, habens pecora, pondus et dimidium; non habens vero, vnum, praedicto modo, persoluat. Concedimus etiam, vt de naui, quae Kerep dicicitur, vltra Morisium secatur, soluat fertonem, et de naui Olch dimidium, de nauiculis vero tria pondera de argento tre com. cum statera supra dicta, sicut consueuerunt Canonici accipere Albenses super aquam. Siue autem aliquae naues siue magnae, siue paruae ex ista parte secantur, nihil omnino recipiemus. Transitum insuper Morisy eis liberum conferimus parte ex vtraque. Volumus praeterea, quatenus nobis annuatim in duobus hospitiis, si ad eos declinauerimus, teneantur, sin autem, non erunt obligati. Vt ergo praedicta robur obtineant, decreuimus sigilli nostri munimine roborare. Datum in Yliad. Anno Domini M.CC.XL.VIII. "

Et tabulario nat. Sax. vbi etiam confirmatio eius per Stephanum regem iuniorem, et Dominum Comano-

rum edita anno 1265. et Sigismundi A. 1421. Eder MSS. Tom. III. p. 1117. sq. Hic Curia congruit cum Mardurina Andreae II. de anno 1234. „Per singulos mardurinos quatuor pondera soluantur.“

CCXLII.

A. Ch. 1249. *Bela IV. R. possessioni Pály, alias Sz. György, priuilegium nundinarum concedit.*

Anno MCCXLIX. Possessio Pály, seu Sz. György obtinet priuilegium super Iure nundinarum.

Litterae Confirmationis Regis Sigismundi d. a. 1425.

CCXLIII.

A. Ch. 1251. *Idem Bela diuisionales prouentuum de portu Abaad in Ticia confirmat.*

Anno MCCLI. confirmat Rex Bela (IV.) Conuentionem, qua mediante prouentus de Portu in Ticia ad Possessionem Abaad in tres partes diuiduntur; vna partium harum Ioanni et Heilori filiis Guarti, altera Dionysio et Thybae filiis Chak, et tertia Ionae et Samueli, filiis Dionysii, condam Palatini deputatur.

In litteris tardioribus d. a. 1372.

CCXLIV.

A. Ch. 1251. *Venditionales super terra Bagatha.*

Scele, filius Comitis Lona, Terram Bagatha in Comitatu de Zala, a filiis Mikus v. l. Martino, Buk, Laurentio, Olup, et Mykov, item Pousa, filio Alexandri, aquisitam Magistro Hoholt, filio Comitis Hoholt, perpetuant.

E Collectaneis Czekianis.

CCXLV.

A. Ch. 1252. *Inuestitura feudi coram Stephano Posthumo Sclauoniae Duce.*

In Christi nomine. Anno Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Secundo. Indictione X. tempore Innocentii Papae die VII. intrante Aprili in Episcopatu Ferrariae praesentibus Domino Stephano, Duce Dei gratia Sclauoniae, Domino Marco Ziano Comite Arbense, Domino Isnardo Domini Opizonis Malaspinae filio, Domino Melliorino Iurisperito de Padua, Domino Bon Matthaeo Legum Doctore et aliis. Ibique, Dnus Azo Dei gratia Estensis et Anconitanus Marchio inuestiuit Iacobum de Brusatis Dionysium Notarium eius Nepotem pro se et Domino Guidone de Bruxati etc.

Muratorii Antiquitates Italiae Medii Aeui T. I. Col. 607. A. et sqq.

CCXLVI.

A. Ch. 1252. *Altera eiusdem tenoris.*

In Christi nomine. Anno eiusdem natiuitatis Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Secundo, Indictione X. die VII mense Aprili, in Episcopatu Ferrariae: praesentibus testibus rogatis Domino Steffano Dei Gratia Sclauoniae Duce, Domino Marco Ziano Comite Arbensi. etc. Sequitur infeudatio.

Muratorii Antiqq. Ital. Med. aeui T. I. Col. 803.

CCXLVII.

A. Ch. 1252. *Similis Inuestitura coram eodem.*

In Christi nomine. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo secundo Indictione X. tempore Innocentii Papae die VII Intrante A-

prili in Episcopatu Ferrariae praesentibus Domino Stephano, Dei gratia Duce Sclauoniae etc.

Muratorii Antiquit Ital. Med. aeui. T. I. Col. 607. D.

CCXLVIII.

A. Ch. 1253. *Bela R. H. Michaëli Comiti de Sarus seruientes regios Vra et Zombat in terras possessas reponendos committit.*

Bela IV. Rex Hungariae Michaëli Comiti de Sarus mandat, vt seruientes regios Vra et Zombat in possessionem cuiusdam particulae in terra Szilvan, quam ipsis ac heredibus eorum pro fidelibus seruitiis donauerat, introducat, metas assignet, contra molestare volentes protegat. Datum Strigonii circa annum MCCLIII.

Originales in cymelio Episcopali Quinqueecclesiensi.

CCXLIX.

A. Ch. 1253. *Michaël Comes Pincernarum in controuersia Villanorum de Patona sententiam fert.*

Michaël, Comes Pincernarum Domini Regis, omnibus praesentes literas inspecturis salutem in salutis authore. Vniuersis praesentibus ac futuris harum serie literarum innotescat: quod Keuth de villa Patona Iobbagio Buccariorum Domini Regis coram nobis constitutus placitauit cum cognatis suis ex eadem villa, Martino v. l. Paulo, Sicho Michaële et altero Michaële referens; quod terras syluas et foeneta, quae linea consanguineitatis referentem ipsum contingunt, indebite occupata detinerent. E contra Iobbagiones iam nominati, licet in altera consanguineitatis eiusdem sint linea copulati, terras tamen syluas et foeneta cum eodem Keuth ac singulas mansiones pariter diuisa habere

se asseruerunt. Nos vero auditis vtriusque partis allegationibus, Iobbagiones praenominati cum commetaneis suis et aliis testibus, prout eisdem iniunxeramus, honeste comprobare cum nequiuissent, vniuersi Iobbagiones Buccariorum Domini Regis in die solemnitatis Sancti Regis Stephani Albae congregati, per fidelem nostrum Curialem Comitem Gregorium nomine, vt iustitia et veritas pateret, per effectum requisiti responderunt: Quod praefatus Keuth terras syluas et foeneta iuxta lineam consanguineitatis suae sibi assignata iuxta morem ipsorum hactenus consuetum nullo modo posset vel deberet possidere. Quorum verbis nos fidem adhibere nolentes, hominibus sex ex Iobbagionibus eisdem et septimo praedicto Keuth in monasterio S. Michaëlis Archangeli de Hantha praestare sacramentum cum iniunxissemus, quinque Iobbagiones ad iuramentum deputati in die sacramenti comparentes, sexto non comparente in Monasterio iam dicto prout decreuimus Sacramentum - - - - praestiterunt. Qua de re visis Literis Capituli Hanthensis exinde confectis, et pristaldo nostro referente, terras syluas et foeneta, quae hactenus saepenominatus Keuth in linea consanguineitatis et Iobbagiones praenominati Martinus videlicet Paul Sichus Michaël et alter Michael possederunt, ad singulas mansiones decreuimus pariter diuidenda pristaldo nostro mediante nomine Bocha de villa Goun. In cuius facti memoriam pleniorem, et inuiolabile firmamentum praesentes Literas sigillo nostro roboratas duximus concedendas. Datum anno Gratiae MCCLIII.

Exstat in Czekiana Collectione Diplomatica.

CCLX.

A. Ch. 1254. Bela R. II. pace cum Ottocaro-Primislao, Bohemiae rege confecta, Stiriae Ducatum retinet.

Nos B. miseracione diuina, Archiepiscopus Colocensis, Aule Illustris reg. Hungr. Cancellarius Rolandus Comes palatinus et Posoniensis. Stephanus dux tocius Sclauon. Chak summus Camerarius, et comes Supernien. arbitratores domini B. Incliti regis Vngr. Significamus vniuersis presencium per tenorem, quod cum ex parte predicti Domini nostri constituti fuissemus super ordinacione pacis et concordie inter prefatum dominum nostrum regem, et P. Illustrem dominum regem Boëm. deputatis nobis et associatis coarbitratoribus Venerabili in Christo patre R. dei gracia Episcopo Olmocensi. Wythycone de noua domo. Otthone de Messe (sic: lege Meyssau) Kadoldo orphano, Wykardo de Terna (forsitan Teyna) ex parte prefati P. domini regis Boëm, ad ordinationem pacis et concordie cum effectu, tractatu prehabito diligenti, tandem conuenimus in hac forma: quod dominus noster rex Hungarie, et sui heredes Ducatum Stirie cum omnibus attinenciis suis et iuribus possidebunt iure perpetuo et tenebunt vsque ad terminos infrascriptos; scilicet a summitate montis, qui dicitur Semernyk, secundum quod eadem montana pro diuersitate locorum adiacentium diuersis nominibus nuncupata, ab Hungaria in Bauariam protenduntur, et in Bauaria terminantur, cursu aquarum versus Muram ab eadem summitate montium decurrencium, terminos distinguente; hoc adiecto, quod si castrum Suarchumpah (sic) secundum decursum aque non caderet in partem ducatus Stirie, domino nostro regi prefati nuncii et

arbitratores domini P. regni (sic Boëm.) assumpserunt super se obtinere cum effectu, a domino suo predicto, quod in partem domini nostri regis transeat cum omnibus suis attinenciis et iuribus, et assignetur perpetuo possidendum. Ab eadem autem summitate montium secundum cursum aquarum versus Danubium fluencium, illam porcionem Stirie cum toto Ducatu Austrie predictus P. dominus cum suis heredibus, iure perpetuo, cum omnibus attinenciis suis et iuribus possidebit eciam et tenebit. Ita insuper; quod dominus noster rex de parte illa, quam ipse possidebit, domine de Impirg (sic) satisfaciet, vt contra predictum P. dominum materiam non habeat conquerendi, nichil propter hoc de Ducatu Austrie retentura. Et dominus P. de parte illa, quam tenebit, satisfaciet domine preclare vxori sue, si ipsum premori contingat, et heredibus ipsius, ita vt nullam contra dominum nostrum regem, ipsa vel ipsius heredes, in parte illa, quam rex tenebit, possit habere questionem. Facta autem cognatorum et amicorum vtriusque partis, iuxta ipsorum decenciam tunc ordinabuntur, quando dominus noster rex et dominus P. prefatus, ad colloquium et tractatum conuenerint, loco et die ad hoc communiter assignatis. Vt autem de istis articulis nichil per dominum nostrum regem immutetur, in animam suam corporale prestitimus iuramentum, et sigillorum nostrorum fecimus appensione roborari. Actum anno Domini MCCLIIII. apud Budam. Sexta feria ante Dominicam palmarum.

Ex archiuo Principum a Stahrenberg Fr. Kurz Oesterreich unter den Königen Ottokar. und Albrecht I. II. Th. p. 172.

CCLI.

A. Ch. 1254. Idem Bela venditionales terrae Guth, in Comitatu Alben. consensu suo firmat.

MCCLIV. Bela IV. consensum suum impertitur fassionibus per Ioannem filium Nicolai de genere Chaak, super terra Guth in Comitatu Albensi pro 35. marcis; item per Becha filium Mokján super terra Mada in Comitatu de Zabolch; nec non per Gregorium filium Hunth quoad terras Garabsa, Budilo et Garus dictis inter Ticiam et Budrug fluuios in Comitatu Zemplen existentes pro 100 Marcis argenti — Stephano Bano de genere Guth-Keled celebratis.

Szirmay Sinactica Diplomatica.

CCLII.

A. Ch. 1254. Dominus de Trumpach in relaxationem offensarum Monasterio de Monte S. Mariae molendinum donat.

Pateat vniuersis Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris. quod ego vel Dominus de Trumpach, deuotione sancta ductus, cum consensu et voluntate fratrum et consanguineorum meorum contuli Monasterio dicto Mons Sanctae Mariae, in remedium animae meae et relaxationem offensarum, quibus praedictum aliquando monesterium offendi, de haereditate mea Molendinum, quod adiacet Sconnaue soluens annuatim dimidium talentum pro termino eidem Ecclesiae perpetuo seruiendum. Haec itaque donatio mea, vt firma sit, et inconcussa omni tempore perseueret, hanc literam in testimonium traditam iam dicto monasterio sigilli mox robore statui communiri.

Acta sunt haec Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo quarto." L. S.

Ex autographo Camerali.

CCLIII.

A. Ch. 1254. *Metales terrae Niczk in Comitatu Castriferrei.*

Metales terrae Niczk, Comitatus Castriferrei, sub expeditione Rolandi Palatini, Comitis Posoniensis, de Anno MCCLIV.

Originales in archiuo familiae Niczkianae.

CCLIV.

A. Ch. 1256. *Diuisionales inter Sebastianum et Comitem — super villis pluribus.*

Diuisionales inter Sebastianum Comitem, ac — Comitem super villa Neupat, villa Dragvan, villa Saagh, cum Ecclesia et molendino - - - - ac Himat — Sradiska possessione, villa Bakdafalua, possessione Kustány, Tóthy etc. confectae, Anno MCCLVI.

Originales in archiuo familiae Niczky.

CCLV.

A. Ch. 1250-6. *Charta Gisilae de Noua Ciuitate, Cuius frater Mar de Vngaria.*

Pateat vniuersis hanc literam inspecturis, quod Domina Gisila in Noua Ciuitate quamdam aream in bonis FF. Theutonicorum vicinam eorum Domui possidet, quam eisdem Fratribus annis octo sine omni contradictione iure debito deseruiuit: Mater enim praedictae Dominae nomine Pech ei praefatam coram supradictis FF. et aliis idoneis testibus contulit libere et quiete, tali tamen iu-

terposita conditione, quod si Frater eiusdem nomine Mar de Vngaria rediret, ipsi eandem aream dimidiam tribuere non tardaret – – Huius rei testes sunt Hartlieb, Hartunch, Leupolt, Walchun, Mert, Mathias, et alii quam plures, qui omnes coram FF. Theuthonicis de singulis supradictis testimonium perhibebant. Et haec facta sunt coram FF. subnotatis; qui sunt Fr. Hainricus de Mersvanch, Fr. Albero, Fr. Otto de Ulm, Fr. Hadmarus. Vt autem haec robur obtineant veritatis et a nullo valeant calumpniari, sigillo Domus FF. Theutonicorum Nouae Ciuitatis praesens cedula roboratur.

Duellius Historia Ord. Theutonici Parte III. Cap. III. p. 79. Nro. III.

A. Ch. 1257. *Bela IV. R. H. Alexio, filio Comitis Nicolai, possessionem Dienes Monasterio S. montis Pannoniae relinquendi ac vendendi licentiam largitur.*

Bela, Dei Gratia, Rex Vngariae, fidelibus suis Albensi Capitulo salutem et gratiam. Noueritis, quod nos permisimus, vt Elec, filius Nicolai Comitis, possessionem suam nomine Dyenis, in Comitatu Posonien. existentem dare possit, seu relinquere Ecclesiae Sancti Martini de sacro monte Pannoniae, pro remedio animae suae, ac pro pecunia, in qua eidem Ecclesiae tenetur obligatus. Datum in Zolum in festo Sancti Sixti, Anno Domini M. CC. LVII.

E litteris capituli Albensis anno 1258. emanatis.

A. Ch. 1257. *Idem Capitulum eundem Alexium ab Abbate montis Pannoniae denuo* 80. *marcas den. mutuasse, fidem facit.*

Nos Capitulum Ecclesiae Albensis damus pro memoria, quod cum Elec, filius Comitis Nicolai, primo in festo Sancti Laurentii in praesentia nostra, Abbate de Iak et Iohanne, filio Gregory, consanguineis suis praesentibus, et consentientibus ducentas marcas denariorum regalium cum pondere, a Fauo Abbate S. Martini de Sacro monte Pannoniae mutuatas, postmodum in tertio die Pentecostes post festum S. Laurentii proxime consequens, idem Elec in nostri praesentia octoginta marcas in redemptionem cuiusdam possessionis suae apud Princh obligatae sibi iterato mutuari supplicauit; obligans sibi dictam possessionem Urs nuncupatam sub poena cautionum et obligationum, ac terminorum decisione, quae in prioribus litteris nostris super mutuatione ducentatum marcarum continentur. Cuius supplicationibus idem Fauus Abbas fauorabiliter inclinatus ducentas octoginta Marcas in denariis regalibus cum pondere, memorato Elek mutuauit coram nobis, vt praediximus, ipsas octoginta marcas superaddens ducentis marcis praedictis, et sic idem Elek Domino Abbati in totali summa tenetur in ducentis et octoginta marcis, pro quibus omnibus, vt est praetactum, memoratam possessionem Urs impignoratam obligauit sub poena obligationum et cautionum in litteris prioribus insertarum seriatim. Datum anno Domini M. CC. LVII.

E litteris eiusdem capituli A. 1257. emanatis.

CCLVI.

A. Ch. 1258. *Conuentus S. Martini de monte Pannoniae super conuentione ratione serui fugitiui testatur.*

Nos Conuentus Sancti Martini de Sacro Monte Pannoniae omnibus Christi fidelibus salutem in Domino Saluatore. Nouerit vniuersitas, quod constituti in nostra praesentia ab vna parte Fabianus, filius Merse Comitis, ex altera vero Magister Otthmarus pro Capitulo Iauriensi, professus est idem Fabianus, quod cum vnum servum suum fugitivum nomine Don, in villa Bascha (hodie Bácsa) inuenisset, pro quo ipse Martinum de villa praefata et cognatos eius traxerat in causam in praesentiam Iudicis Curiae. Tandem mediantibus viris idoneis, et discretis pacem in hunc modum reformassent: vt Capitulum Iauriense supradictum eidem Fabiano filio Merse Comitis, pro Don filio Besheno, quatvor marcas, ab eisdem Martino et cognatis eius persoluisset, ita quod si pars aliqua aduersa controversiis, vel litibus insurgeret, et libertatem dicti hominis vellet aggrauare; dictus Fabianus ab omnibus teneretur expedire. In cuius rei testimonium praesentes literas ad petitionem Fabiani Capitulo Iaurinensi concessimus in perpetuum. Datum Anno Gratiae MCCLVIII.

E Collectione Diplomatica Czeckiana.

CCLVII.

A. Ch. 1258. *Vincentius Episcopus Nitrien. portionem terrae Krakovan monasterio de Zobor contra Castrenses de Bana adiudicat.*

Vincentius, Dei gratia Episcopus Nitriensis, Vniuersis tam praesentibus quam futuris, quibus praesentes patuerint, in salutis auctore salutem.

Vt ea, quae geruntur in tempore, ne cum tempore defluant, et labantur, dignum est, vt que memorie posterorum sunt commendanda, litterarum patrocinio perhennentur. Hinc est, quod ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod cum ex speciali mandato Domini nostri, Bele, Dei gratia illustris (Regis) Hungarie, super iudicandis terris Castri de Bana, et reuocandis castrensibus, ab eodem castro indebite alienatis Iudex fuissemus constitutus, Symon quondam maior exercitus, Petur et Wynabor, iobbagyones dicti Castri, **Petrum** Abbatem de **Zobur** ad nostram citauerant presentiam, obiicientes taliter contra eum: quod terram Castri ad duo aratra de terra Korkov (nunc Krakovan) vocata, per indebitam occupationem detineret; ad quod praedictus Abbas respondens, ipsam terram propriam esse monasterii de Zobur, firmiter asserebat; et qualiter ipsa terra, quam requirebant, cum metis antiquis circumdata fuisset, in tenore priuilegii felicissime recordacionis regis Colomany, nominatus Abbas praesentibus suis aduersariis manifestissime demonstrauit. Licet praefatus Abbas suam iustitiam per hoc priuilegium satis expresse comprobasset; nihilominus tamen ad maiorem cautelam adhibendam, tribus maioribus personis de confratribus ipsius Abbatis, Mathie videlicet Cantori, Iba Decano, et Benedicto Sacerdoti, praeterea quatuor hominibus senioribus de Iobbagyonibus dicti monasterii, Posog scilicet et Petk Comitibus, Swus et Laurentio infiximus (iniunximus) sacramentum super eo videlicet, vtrum ipsa terra sit dicti castri, vel monasterii nominati; qui die ad sacramentum deputato, coram dictis

Iobbagyonibus castri de Bana, presente Pristaldo ipsorum, Magistro Symone, Capellano nostro, praestiterunt vnanimiter sacramentum; ita quod ipsa terra, que fuit in contentione, semper extiterit monasterii supradicti. Quo facto idem homo noster, secundum quod iuris ordo exposcebat, nouas metas iuxta veteres metas et antiquas, prout decebat, per nostram sententiam studuit reformare. Mete vero dicte terre Korkov, prout ab eodem homine nostro presente didicimus, hoc ordine distinguuntur: Prima meta eiusdem terre incipit ab oriente a fluuio Dudvag, vbi sunt tres mete erecte de terra, vnde egrediens versus occidentem vadit per nemora ad tres metas, de quibus cum triplicatis metis peruenit ad fluuium Olosca vocatum, per quem fluuium vadit superius vsque aliud flumen, quod Chypkov nuncupatur; et sic dicta terra iungitur cum ceteris terris monasterii pluries memorati. In cuius rei testimonium praesentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum Nitrie anno Gracie Millesimo, ducentesimo, quinquagesimo octauo." (L. S.)

Originales in Archiuo Episcopatus Nitriensis.

CCLVIII.

A. Ch. 1258. *Litterae expeditoriae Capituli Vesprimiensis.*

Praecitato anno Feria IV. proxima post octauas Sancti Michaëlis emanatae testimonium perhibent super eo, quod Gregorius, Petrus, Feldyricus et Andreas, filii Comitis Petri, Fratres Carnales Margarethae, consortis secundae Comitis Miska de Ürs, filios huius Abram et Renoldum quoad persolutionem dotis et rerum paraphernalium quietauerint.

E Collectaneis Czeekianis.

A. Ch. 1258. *Capitulum Albense, Alexium, filium Comitis Nicolai, possessionem suam Dienes, in Comitatu Poson. monasterio S. montis Pannoniae, cum septem seruis vendidisse, attestatur.*

Capitulum Ecclesiae Albensis vniuersis christianae fidei cultoribus, praesentibus pariter et futuris, praesentium notitiam habituris, salutem in eo, qui est salus omnium. Omne, quod memoriam appetit, dignum est testimonio litterarum commendare; ne res temporaliter gestae simul cum labente tempore a memoria succedentium elabantur. Quo circa vniuersitati vestrae tenore praesentium declaramus, quod Elec, filius Comitis Nicolai exhibuit nobis litteras Domini regis haec Verba continentes: Bela (v. ad an. 1256.) et postmodum eodem die et hora Dominus Fauus Abbas Sancti Martini de sacro Monte Pannoniae exhibuit nobis litteras nostras memoriales sub hac forma: Nos capitulum (v. ad an. 1256.) et iterum idem Dominus Abbas coram eodem Elec exhibuit alias litteras nostras continentes hunc tenorem: Nos capitulum (v. ad an. 1257.) Igitur duobus annis supra dictis finaliter decursis in principio tertii anni idem Elec, vt est dictum, coram nobis constitutus, vtpote vir discretus et vndique circumspectus, et animae suae remedio prouidere, et ab onere dicti debiti, quo dicto Abbati et suo monasterio tenebatur obligatus, se cupiens exonerare, et absoluere, quamdam possessionem suam nomine Dijenis, sitam in comitatu Posoniensi, cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis, nihil iuris, seu portionis sibi in eadem reseruando, totaliter cum eodem iure, quo Pater et omnes Progenitores ipsius possidebant, sub eisdem antiquis metis, per suos

Progenitores circumquaque perambitum et vallatum eleuatis simul etiam portione habita in Danubio et insulis ad eandem possessionem Dyenis pertinentibus monasterio B. Martini de sacro monte Pannoniae, salubri deliberatione praehabita, pure et perfecte, nullo de sua cognatione contradicente, contulit tradidit, et donauit iure perpetuo possidendam, vt praediximus, pro ducentis et octoginta marcis argenti, sic ardentiori ac sinceriori deuotione inuitante, pro aeternae remunerationis brauio obtinendo; ne in nouissimo die tempore examinis districti Iudicis cum villico iniquitatis subiaceat vltioni, et propterea, et deuotione accensus, et ex auctoritate licentiae Domini regis superius insertae ad perfectum securatus ita inuiolabiliter et irreuocabiliter dictam possessionem Dyenis saepedicto monasterio appropiare, et perpetuare exoptauit, vt nullo vnquam tempore alicui successori ipsius liceat remutare, vel aliqua ratione praetensa reuocare, scilicet vt haereditas et dotalitium pluries dicti monastery remaneat perpetuo munimine roborata. Nec hic sub silentio praetereundum duximus, quod idem Elek septem Capita seruorum suorum, videlicet: Iteo cum tribus filiis, et Beed cum duobus filiis, et vnum Libertinum suum, nomine Andream, existentes in saepius memorata possessione Dyenes iam dicto monasterio S. Martini, pro viginti et quatuor marcis argenti vendidit iure perpetuo, et irreuocabili possidendos, et eandem summam pecuniae plenarie et integraliter recepit coram nobis. Vt igitur huius donationis, venditionis, seu satisfactionis series robur perpetuae firmitatis obtineat, ad petitionem saepe dicti Elek pluries dicto monasterio

praesentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno Domini Millesimo, ducentesimo, quinquagesimo octauo. X. kalendas Septembris. Magistro Philippo Ecclesiae nostrae electo, aulae regiae V. Cancellario, Gregorio Cantore, Feliciano Custode, Ambrosio Decano existentibus."

Ex archiuo Excelsae Curiae Iudiciariae.

CCLIX.

A. Ch. 1259. *Tragurienses et Spalatini cum Buttecone Bano Maritimo confoederationem aduersus Pollizanos ineunt.*

In Christi nomine Amen. An. eiusdem MCCLIX. Indictione II. die Mercurii decimo tertia exeunte Martii, regnante Domino Bela D. G. Serenissimo Rege Hungariae, et temporibus etiam Domini Rugerii, Venerabilis Archiepiscopi Spalatensis, et existente Nobili viro Domino Widone Vegliensi Comite, Vinodolii et Midorussiae eiusdem Ciuitatis Potestate. Cum praedictus Dominus Wido Comes Potestas, vna cum iudicibus, consilariis et communitate Spalatensi, et similiter cum iudicibus, consiliariis, et communitate Traguriensi, in guerra maxima pro honore coronae Regiae, et fidelitate obseruanda permanerent cum infidelibus Pollizanis dictae coronae, Comes Butteco, Dei et Regia Gratia Maritimus Banus, promisit, et firmauit sacramento et se voluntate propria obligauit, in eadem guerra iuxta dictum Potestatem, et communitates praedictas esse et perseuerare, contra praedictos infideles, et eisdem infidelibus vivam guerram facere, remoto omni ingenio, atque fraude, nec treguam vel pacem aliquam faciat cum infidelibus antedictis, nisi volun-

tate, consensu, et consilio praedicti Domini Potestatis, et super memoratarum communitatum, et si contra praedicta fuerit, vel venerit, occulte vel palam, notam infidelitatis Regiae Maiestatis incursurum se confitetur; promittens etiam, et se obligans, facere omnes fideles coronae sibi subditos intrare in guerram praedictam, et si aliquis de fidelibus Domini Regis sibi subditis intrare nollet, contra ipsum, vel ipsos, erit viribus atque posse; et similiter ex aduerso praedictus Dominus Potestas, vna cum iudicibus, consiliariis et communitatibus praedictarum Ciuitatum, promiserunt, et se obligaverunt, sub eodem modo atque forma, et sub poena fidelitatis, in dicta guerra permanere totis viribus atque posse, nec treguam vel pacem facere absque consilio et consensu dicti Comitis Butheconis, nec in dicta guerra aliquo modo relinquere praedictum Comitem Butheconem. Et haec omnia fuerunt coram fratre Sebastiano, Priore fratrum Praedicatorum de Spaleto, et fratre Gessae, et aliorum fratrum affirmata, vt neutra pars a praedicto pacto, ipsorum testimonio, exire non auderet; et ad maiorem firmitatem huius contractus, et pacti, litteras praesentes per alfabetum diuisas, eiusdem tenoris, quarum vna seruabitur penes Comitem Butheconem, alia penes Comitem Spalatensem, tertia penes Comitem Traguriensem, sigillis pendentibus praedictorum fratrum Praedicatorum, Comitis Butheconis, et dicti Domini Potestatis et Ciuitatum praedictarum fecimus communiri.

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hung. Tom. III. pag. 292.

CCLX.

A. Ch. 1259. *Litterae Manfredi Regis Siciliae pactum cum Spalatinis de non exercenda piratica exhibens.*

Manfredus Dei Gratia Rex Siciliae. Notum facimus vniuersis praesentibus et futuris, quod, licet totius Dalmatiae homines dati in sensum reprobum, et in actum peruersum, olim contra diuae memoriae Dominum Patrem nostrum, et fideles nostros multa enormia commiserint, et intulerint damna plurima, piraticam exercendo, et homines Regni nostri Siciliae specialiter offendendo: quoniam tamen Syndici vniuersitatis Spaleti, fideles nostri, venientes ad praesentiam nostram, solemniter promiserunt, et tam pro parte eorum, quam aliorum Ciuium dictae terrae, super Sancta Dei Euangelia iurauerunt, quod contra Regnicolas Regni nostri piraticam nullatenus exercebunt, nec alias eos nitentur offendere, vel offendent; de plenitudine gratiae nostrae ipsis concedimus, et licentiam fauorabiliter indulgemus, vt in dictum Regnum nostrum Siciliae cum nauibus suis, sub nostrae securitatis tutela, salui veniant, et securi; mandantes, et districte praecipientes, omnibus fidelibus nostris, vt nullus omnino sit, qui auctoritate propria eos in eundo, morando, et redeundo per Regnum, in personis, mercimoniis, et aliis rebus suis offendere, vel molestare, seu impedire praesumat; dum in fidelitate nostra constantes permaneant, et deuote consistant, et de extractis licite vectigal debitum Curiae nostrae exsoluant, et in Regno in ea conditione esse debeant, in qua alii fideles Imperii, et ipsi, tempore felicis memoriae Domini Patris no-

stri, et vsque nunc esse consueuerunt. Ad huius autem gratiae nostrae memoriam, et stabilem firmitatem, praesens scriptum exinde fieri fecimus, et sigillo Maiestatis nostrae muniri. Datum apud Ortam per manus Gualterii de Orta, Regnorum Ierusalem et Siciliae Cancellario, anno Dominicae Incarnationis MCCLIX. mense Martii, secunda Indictione.

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hung. Tomo III. p. 293.

CCLXI.

A. Ch. 1259. *Diuisionales super Dobra-Patak etc. amicabiliter peractae.*

Anno MCCLIX. Martinus Comes, filius itidem Martini ab vna, Christianus, Mihe, Martinus, Reinoldus, de generatione Jak ab altera partibus, diuisionem terrarum haereditariarum inter ipsos controuersarum in Dobra-Patak, Kopna, Zuma-Patak amicabiliter peragunt, ac respectiue cambiant probabilius coram Capitulo Castriferrei.

Ex archiuo familiae Niczkianae.

CCLXII.

A. Ch. 1260. *Alexander PP. IV. Eduardum, Regis Angliae Primogenitum, ad resistendum Tartaris, diuersa regna, inter haec etiam Hungariam, depopulantibus, prouocat.*

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei dilecto filio, nobili viro Eduardo, primogenito charissimi in Christo filii nostri, Regis Angliae illustris, salutem et apostolicam benedictionem. Clamat in auribus omnium, eosque, quos animarum torpor non hebetat, in attentionis vigilantiam excitat horrendi praeconii tuba terribilis, quae

fide rerum attestantium inualescens adeo certo sono generalis cladis bella praenuntiat, quibus flagellum irae caelestis in manu immanium Tartarorum, quasi ex abditis erumpentium inferi finibus, premit et conterit orbem terrae, vt iam non oporteat populum Christianum ad agnoscenda haec, quasi adhuc ambigua, certiori relatu aures arrigere; sed eum, vt ingruenti et publice festinanti prouide occurrat periclo, admonere. Cum enim iidem Tartari, dicentes quod totam terram eis obtinendam tradidit Deus Coeli, quem vtique non nouerant, iam omnibus orientis partibus occupatis, et populis conculcatis, iam Saracenorum duritia, quae multorum temporum bella tulit et intulit, extrema pene desolatione concussa, iam principali eorum ciuitate Baldach, Damasco, atque Alapia, cum plurimis aliis famosis eorundem regionibus, captis hostiliter et euersis, nec non et Calipho, infidelitatis ipsorum Principe, ac maxima populi eius multitudine, postquam eos, vt dicitur, in deditionem receperant, interemptis, ad Regni Ierlimitan, fines peruenerint, eosque impetant inuadendos, Christiano Regno Armeniae, Antiochia, et Tripoli famosis Christianorum Vrbibus, proh pudor! suo nomine subiugatis, cumque a parte septemtrionali per Vngariam atque Poloniam, Imperio Romano conterminas, vbi proh dolor! non parum Christiani sanguinis profuderunt, valida in populis illarum partium caede, bachati hostilem attemptent aditum in Europam, vbi fortia Christianitatis capita conterere cogitant, et Regum thronis euersis, sedibusque potentium, sibi totius orbis ascribere Monarchatum. Potius est contra incumbentia e vicino pericula de oportunis

remediis cogitandum, quam eorum certior et seriosior enunciatio expetenda; omnis igitur est securitatis actarditatis ignauae submouenda socordia, quae periculorum improuidos ad pernitiem praeparat, et disponit, et vrgentissimo attentionis stimulo eos praecipue conuenit excitari, qui praesunt, ne sub manu eorum repentina inuadat calamitas homines, inerti negligentia soporatos; quia ruina malorum imminentium prius interdum, quam in sollicitudinis curam euigilent, obruuntur; quemadmodum praedictis Saracenis, aliisque innumeris nationibus, quas destitutas prudentiae consilio et indignas coelesti praesidio, praedictorum Tartarorum inuasit oppressio, noscitur contigisse. Palam est enim, quod pestilentior pernicies, et perniciosior pestis ad quiescentes ingreditur, et securos; et Deum temptat imminente periculo, qui illud, in praesumptuosa coelestis auxilii confidentia, negligit humanae prouidentiae remediis praeuenire. Nos igitur, attendentes in eorumdem Tartarorum manu aduersus peccata humani generis diuinae indignationis saeuire flagellum, quae tamen erga fideles magnum ostendit pietatis indicium, dum nobis illud imminere noluit improuisum; sed vt diuinae placationis antidoto, et prouidentiae consilio excludi valeat diu ante prouisum; ac de clementis Dei misericordia confidentes, quod, si visitauerit in virga iniquitates suorum, et peccata ipsorum in verberibus disciplinae, misericordiam suam tandem non abscidet ab eis. Cogitauimus cum fratribus nostris, quemadmodum a nobis expostulat speculae pastoralis officium, cui licet immeriti praesidemus, contra idem flagellum vtilia salutis remedia ordinare, et quidem, pro tam vni-

uersalis necessitatis articulo, videbatur non solum Ecclesiasticorum, sed et secularium Principum, et fidelium populorum generale concilium conuocandum, vt de communi omnium discrimine, ac prouisionis oportunae remediis, ad quae solas ecclesiae vires liquet non posse sufficere, intentis singulorum sensibus, communis deliberatio habeatur. Haec etenim causa neminem praeterit, communissima omnium, et priuatissima singulorum; quia, etsi tangat maxime maximos; a quibus primum ordiri solet instantis cuiusque desolationis initium, vt caeteri facilius, velut acephali et dispersi, ad perniciem abducantur; vnum quemque tamen specialiter de vniuersitate contingit, ruinam et statum, mortem et vitam continens singulorum. Nam apud eosdem Tartaros patrocinium nulli praestat fortunae conditio; vel sexus infirmitas, aut aetatis miseratio, seu reuerentia dignitatis, qui non quorumdam, sed omnium exitia, et interminia moliuntur, nulli pacti foederis fidem seruant, quam quidem habere nequeunt infideles; propter quod, dum simulant se ad Christianos priuatae affectionis habere propositum, hoc ipso magis est Christianis astutae fraudulentiae illorum laqueus, quem huiusmodi simulationis pallio subtegunt, praecauendus; quia eos subtilioribus dolis supplantare conantur, quos inuenire credunt ad repugnantiam fortiores. Verum; quia ipsis Tartaris nequitiae suae proposito vigilanter instantibus, dilationis diutinae non capit res ista dispendium, et absque longi temporis tractu, grauaminibus personarum, rerumque detrimentis, conuenire nobiscum vniuersitas Consilii non valeret; necessitati, qua generalitas pre-

mitur, de praedictorum fratrum concilio ad praesens duximus hoc compendio consulendum; vt in singulis Regnis atque Prouinciis fideles moneantur attendere causas illas, propter quas praecipue ad Saracenas, et alias nationes, cum eisdem Tartaris, pestis desolationis intrauit. Offensam videlicet Dei altissimi nostri, cuius contra se, subiectae a perfidis nationes, perfidiae iudicium irritarunt. Defectum insuper humanae prouidentiae, qui eis, segnitia, inertiaque sepultis, et varia ab inuicem seditione disiectis, oportuna media defensionis ademit; quatinus ipsi fideles, de alienis periculis sumpta cautela, medelis contrariis a malis imminentibus praeseruentur. Propter quod carissimum in Christo filium nostrum, Regem Anglorum illustrem, per literas nostras, sub certa forma, rogamus attentius et hortamur, vt habito colloquio cum Baronibus, et Magnatibus Regni sui, aduersus tam dirae cladis perniciem, fidelibus imminentem, curet mansuetudinis Regiae pietate prospicere, quo modo, quo ordine, quibusue consiliis, ad resistendum eisdem Tartaris, conflentur in vnum vires populi Christiani. Denique, super omnibus deliberatione habita diligenti, vsque ad octauam Apostolorum Petri et Pauli proximo futuram, quoniam profusius tempus rei necessitas absque periculo non admittit, ad sedem Apostolicam destinet nuncios suos, viros prouidos, et prudentes, per quos nobis super hiis Regiae circumspectionis voluntas et consilium innotescant; et, quorum communicato consilio, Apostolica sedes prouide disponat et ordinet quicquid, in tam arduae necessitatis negotio, publicae salutis necessitas suadebit. Quocirca nobilitatem tuam monemus,

rogamus, et hortamur attente, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatinus, cum tua intersit de tam communi cogitare discrimine, quo vtique tangeris tanquam egregia portio vniuersi, eidem Regi super praemissis, quod circa praedictum negotium publice expedire cognoueris, sano studeas Consilio, Deum, et vniuersalem Causam habens prae oculis, suadere. Dat. Laterani XV. Kal. Decembris Pontificatus nostri anno sexto. Plumbeo sigillo a filo canabeo.

Rymeri foedera, conuentiones et literae Regum Angliae Editio III. Cura Holmer. Hagae Comitis 1740 Tom. I. P. II. pag. 60.

CCLXIII.

A. Ch. 1260. *Fassionales super duabus curiis in villa Talpos venditis.*

Anno MCCLX. Nicolaus, filius Bartholomaei, Christiano filio Thomae, a Mika filio Iak, Comitibus, fundos duarum curiarum in villa Talpos, Comiti Mihe cum suis pertinentiis iure perennali transfert, nec non in communi portiones in Keovesd; quibus Sandur, filius Gregorii, generatio eorumdem Christiani et Mihe consensensum praebet.

Ex archiuo Familiae Niczkianae.

CCLXIV.

A. Ch. 1261. *Emericus Palatinus litem inter Ecclesiam Iaurinensem et Vduarnicos de Bardthi componit.*

Nos Henricus etc. (reliqua videantur in Codice Diplomatico Hungar. Tomo II. pag. 382. vbi ipsisimum hoc priuilegium per extensum recitatur, sed erronee ad annum MCC. ponitur, expresso dubio genuitatis eiusdem, eatenus oborto, quod anno hoc alium Palatinum fuisse constet. Nobis tamen in manus venere Reambulationales

possessionis Nagy-Baráthi d. anno MCCCCXXIII. in quibus praementionatae Sententionales anno MCCLXI. editae fuisse per expressum memorantur; quia tempore hoc reipsa Emericum seu Henricum palatinali dignitate defunctum fuisse, certum foret — omne etiam de fide dignitate eiusdem Instrumenti enatum dubium euanescere oportebit.

E Collectione Czeckiana.

CCLXV.

A. Ch. 1261. Descendentes B. Elisabeth nomen huius suis inserunt titulis.

Gertrudis, filia beatae Elizabeth, Magistra totusque Conuentus monasterii Aldenburg, etc. Dat. Anno MCCLXI. — Nos Sophia, filia beate Elizabeth, Landgrauia Thuringiae, Domina terre Hassie, quondam Ducissa Brabantie. Datum Anno MCCLXII. et MCCLXIII. — Henricus nepos Elisabethae sigillo vsus est, inscriptione sequenti prouiso: „S. Heinrici Dei gratia Landgrauii, Domini terre Hassie (addito in parte postica) et filii Nate Sancte Elizabet" (ann. MCCXCV.) „Plena quoque liberalitate et — — — deuotione predicto domino defuncto, et Illustri Domine Methildit Nepti Sancte Elisabethe, conthorali sue (Philippi quippe de Falkenstein senioris) relicte, Domine in Myntzenberg, omnium bonorum et exercitiorum spiritualium fraternitatem concedimus etc. An. MCCCXXIII. — Ioannis vero de Eberstein, filii Popponis, et Ottonis ex Hedvige Ziegenhainia sorore, nepotis Epitaphium Moguntiae sequentem refert inscriptionem. „Anno Domini MCCCLXXXVII. sexta Kal. Iunii

obiit nobilis Iohannes de Eberstein Nepos (in lato sensu, ratione enim temporis fuit Abnepos) Beate Elisabethē, Canonicus huius Ecclesie, et Camerarius ciuitatis Moguntine. C. A. R. I. P.

Ferdinandi Gudeni Sylloge variorum Diplomatariorum res Germanicas illustrantium. Francof. ad Moen. 1728. 645.

CCLXVI.

A. Ch. 1261. *Vestigium litterarum regis Belae IV. quibus praemissam Emerici Palatini sententiam firmat.*

Occurrit in metalibus Literis d. a. MCCCCXXIII. vbi haec verba leguntur: Capi. Iaur. „coram eodem Comite Petro ostendisset Literas Domini Bele, Dei Gracia olim Regis Hungariae, priuilegiales, dupplici suo sigillo vallatas, anno Domini MCCLXI. Regni autem sui anno 26. emanatas prescriptas Literas annotati Domini Emerici in superioribus sensualiter conscriptas, de verbo ad verbum in se confirmatiue concernentes. "

Ibidem.

CCLXVII.

A. Ch. 1262. *Relatoriae statutionis purae Capituli Iaurinen. in possessione Laszky.*

Relatoriae statutionis purae Capituli Ecclesiae Iaurinensis in possessionem Lászky vocatam, in comitatu Soproniensi existentem, pro Kemen, Reinoldo et Ják, filiis Ebed, Gregorio et Martino de Ond etc. de anno MCCLXII. emanatae.

Originales in archiuo familiae Niczkianae.

CCLXVIII.

A. Ch. 1263. *Idem Bela hospites suos de Kamar eximiis libertatibus vestit.*

Bela, Dei gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniaeque Rex. Omnibus tam praesentibus quam futuris, literas praesentes inspecturis, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire: quod cum in Kamar domum pro nobis fecissemus . . . . placuit nobis, vt illic hospites nostro nomine congregentur, quibus terram Kamar Iobbagionum Castri, ac terram Bubas et Zemere et cognatorum suorum, ac terram Choth, Ecclesiae Sanctae Crucis de Kanisa, a quolibet ipsorum concambio recipientes. Item terram . . . . Castri Simigiensis vltra Vrman existentem eisdem hospitibus nostris duximus conferendas, statuentes eisdem ipsas terras per dilectum et fidelem nostrum Magistrum Farcasium Aulae nostrae . . . . nunc autem Electum Albensem, Aulae nostrae V. Cancellarium . . . . . . vt ipsi gaudeant . . . . . lege; libertatem, quam eisdem ordinamus, praesentibus duximus adnotandam, ne vltra grauari possint quam in concessione regia sit expressum . . . . et quidem vt Villicum inter se eligant de communi voluntate, et electum ad confirmandum nobis debeant praesentare, qui quidem ipsos hospites in omnibus causis debeat iudicare, et si villicus in reddenda iustitia de hospitibus cuilibet extraneo negligenter se gesserit, vel remissus . . . . . non illi hospites, contra quos agitur sed villicus citatione facta coram nobis debeat conueniri iuxta

aliorum hospitum nostrorum libertatem. Ad hoc ordinamus, vt Villicus ipsorum in reuolutione cuiuslibet anni debeat renouari. Sane volumus, vt sicut liberi veniunt, sic recedant luce clara venditis suis aedificiis eiusdem terrae incolis, et terragio persoluto; porro concessimus, vt siquis ex ipsis sine liberorum solatio decesserit, de omnibus rebus suis, cuicunque vel quibuscunque voluerit liberam habeat ordinandi facultatem. Praeterea ordinauimus, vt mansio quaelibet duodecim denarios in octauis Sancti Georgii pro censu seu terragio soluere teneatur; item dedimus eis forum quinta feria celebrandum. Vt igitur haec a nobis concessa libertas seu collatio . . . . ipsis hospitibus facta robur perpetuae firmitatis obtineat, praesentes dedimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Farcasii Electi Albensis, Aulae nostrae V. Cancellarii, dilecti et fidelis Anno Domini Millesimo D . . . . Regni autem nostri anno XXVIII. (id est MCCLXIII.)

Videantur Litterae Confirmatoriae inferius sub Nro. referendae.

CCLXIX.

A. Ch. 1263. *Stephanus Rex iunior Clementino et Martino, filiis Marcelli, terram Keszi, a castro Bács abstractam, donat.*

Stephanus, Dei gratia, Iunior Rex Hungariae, Dux Transyluanus, Dominus Comanorum. Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus, quam futuris, praesens scriptum inspecturis, salutem in vero Saluatore. Regia pietas singulorum merita tenetur prospicere oculo pietatis, et ipsos inuitare

ad fidelitatis opera muneribus donatiuis, vt eorum exemplo alii ardentius famulentur. Proinde ad vniuersorum notitiam harum serie volumus pervenire: Quod attendentes fidelitates et seruitiorum merita Clementini et Martini, filiorum Marcelli, quae iidem nobis impenderunt — et deuote: in recompensationem seruitiorum eorumdem volentes grata vicissitudine eisdem occurrere, quamquam pro modico reputemus, quod ad praesens agimus, respectu eorum, quae facere intendimus, terram Kezzy, quae immediate ad castrum Bachiense spectabat et pertinebat, a iurisdictione eiusdem castri penitus eximentes, memorato Clementino et Martino, ac eius haeredibus, heredumque successoribus, perpetuo contulimus et in filios filiorum irrevocabiliter possidendam. Cuius quidem terrae metae, sicut Capitulum Ecclesiae de Keo nobis per suas litteras intimauerat, hoc ordine distinguuntur: Prima scilicet meta incipit de parte occidentali, et ibi sunt duae metae; quarum vna, quae est a parte orientali, pertinet ipsis Clementino et Martino; alia vero, quae est a parte occidentali est meta praedictae terrae; deinde vadit ad Ecclesiam Sancti Iacobi, et ibi sunt duae metae, quarum vna est meta praescriptae Ecclesiae, altera vero terrae superius nominatae. Deinde protenditur ad partem aquilonalem, et ibi sunt duae metae Castri; abinde procedendo super eodem spatio, ad Zyh-Bach, per multas metas antiquas, quae similiter dicuntur metae Castri. Exinde protenditur ad partem orientalem, vbi coniunguntur metae dictorum Clementini et Martini, et terminatur terra praedicta; et sicut in litteris praedicti Capituli vidimus contineri eadem terra est sufficiens octo scilicet

vsui villarum. Vt igitur haec nostrae donationis et collationis series robur obtineat perpetuae firmitatis, praesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti, Praepositi Orodiensis, aulae nostrae Vice-Cancelarii. Anno Domini Millesimo ducentesimo, sexagesimo tertio.“

Ex autographo membranaceo Cornides Tom. VII. p. 408—9.

CCLXX.

A. Ch. 1263. M. Nicolaus, Cancellarius Dapiferorum, cum suis terram Zemefölde vendit.

Magister Nicolaus, Cancellarius Dapiferorum Regalium, et Comes de Kemluk, ac Ioachimus Magister pincerarum Belae, totius Sclauoniae Ducis, ambo filii Stephani Bani Sclauoniae, vendunt terram Zemefölde inter Drauum et Pluteucham existentem. Anno MCCLXIII.

Iudidiem.

CCLXXI.

A. Ch. 1265. Clemens PP. IV. vniuerso Clero partium Hungaricarum etc. Legatum suum necessariis prouidendum commendat.

Clemens Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Archi Episcopis, et Episcopis, ac dilectis filiis, electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Praepositis, Archi Diaconis, Archi - Presbyteris, Plebanis, et aliis Ecclesiarum Praelatis, ac Ecclesiasticis, Personis religiosis, et aliis, earumque Capitulis et Conuentibus exemptis; Cisterciensibus, Cluniacensibus, Praemonstratensibus, Sancti Benedicti, Sancti Augustini, et aliorum Ordinum; nec non Magistris et Prae-

ceptoribus Domorum Militiae templi, Hospitalis Sancti Ioannis Ierosolimitani, et Sanctae Mariae Theutunicorum, ad quos istae litterae peruenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Cum felicis recordationis Urbanus Papa IV. Predecessor noster, de fide ac discretione dilecti filii Magistri Regnaldi, Canonici Theracinensis confisus, ipsum ad partes Vngaricae, Boëmiensis, Poloniensis, Morauiensis, Sclauoniensis et Saltzburgensis prouinciae, pro quibusdam Ecclesiae Romanae negotiis destinaret; Nos volentes, quod idem Magister in eisdem partibus commissa sibi Ecclesiae praedictae ab eodem praedecessore negotia finaliter persequatur, Vniuersitatem Vestram rogamus et monemus attente per apostolica vobis scripta praecipiendo, mandantes, quatenus praedictum Magistrum, praedicta negotia prosequentem, cum quatvor equitaturis, et 6, vel 7, personis familiaribus suis, cum per vos, vel loca vestra transitum fecerit, pro nostra et apostolicae Sedis reuerentia benigne recipientes, et honeste tractantes eundem, ei de necessariis suis, vel pro eis, si idem loci aut temporis qualitate svadente maluerit in duobus fertonibus et dimidio boni argenti, vel valoris, quolibet die, nec non de securo conductu in eundo, morando, et etiam redeundo, honeste ac liberaliter prouidere curetis. Si autem eumdem Magistrum oportuerit in quovis loco moram facere longiorem, ne loci illius Ecclesiam pro ipsius et suorum necessariis plus congruo aggrauent, prouidere, cum ab ipso fuerint requisite: itaque unius cuiusque diei procuratio summam praedictam, et procurationum numerus siue in victualibus, seu in pecunia, numerum dierum

quibus moram, aut iter fecerit non excedant; et ne ipse vltra, vel praeterea quocunque praetextu, vel modo, quidcunque in pecunia, vel vestibus seu rebus quibuslibet exigat aut recipiat a quocunque, aut sibi, vel alicui familiarium eius, seu alii pro ipso, vel pro eis, aut eorum quocunque, quicquam detur ab aliquo, et sibi sub specie muneris cuiusque offeratur districtius inhibemus, nisi forsan contingat aliquem de praedicta equitatura eius nouo aliquo casu deficere, vel impedimento teneri; et tunc in huiusmodi necessitate sibi . . . . . . qui ab ipso requisiti fuerint, de supplemento congruo eiusdem numeri sine defficultate qualibet subvenire, ac ipse Magister subvenienti taliter suas impendat patentes litteras, per quas appareat eum equitaturam huiusmodi recepisse, alias autem, qui requisitus fuerit, dare sibi equitaturam huiusmodi nullatenus teneatur, praeceptum nostrum taliter impleturi; quod cum idem Magister ad nos redierit, de vobis grata nobis referre valeat et accepta, et nos devotionem vestram possimus exinde merito commendare; alioquin sententiam, quam ipse tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter obseruari, non obstantibus (si est aliquibus ab apostolica Sede indultum, quod Legatis vel nuntys sedis ipsius aliquam procurationem exhibere, vel in ipsa contribuere minime teneantur, seu, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, quae de indulto huiusmodi et toto tenore ipsius, seu de verbo ad verbum plenam et expressam non fecerint mentionem) aliquibus Priuilegiis vel indulgentiis, quibuscunque personis, locis, vel

ordinibus sub quavis forma verborum ab Apostolica Sede concessis, de quibus et quorum totis tenoribus plenam ei expressam oporteat in nostris litteris mentionem fieri et per quae id quomodolibet valeat impediri. Datum Perusii nonis Martii, Pontificatus nostri anno I.

Raimundi Duelli Miscellaneorum Libro II. p. 447.

CCLXXII.

A. Ch. 1265. *Stephanus rex iunior donationem, Corlardo a patre suo factam, confirmat.*

M. Kovachich Institutum Dipl. Hist. Regn. Hung. pag 47.

CCLXXIII.

A. Ch. 1265. *Bela IV. in vicem patronatus monasterii de Guth Comiti Nicolao Synistro possessiones Zederich et Momad confert.*

Cambium Belae Regis ratione Patronatus Monasterii de Guth, medio cuius Comiti Nicolao Synistro et successoribus eius confert Zederich et Momad. Litteras has confirmat Stephanus Rex Anno MCCLVII.

Originale est in Archiuo Capituli Iaurinensis.

CCLXXIV.

A. Ch. 1265. *Idem Bela terram Zelen, ad castrum Neograd. pertinentem, Ecclesiae Strigon. confert.*

Bela IV. Terram Zelen ad castrum Neogradiense spectantem confert Capitulo Ecclesiae Strigoniensis.

Orig. in Archiuo Archi-Episc. Strigoniensi.

CCLXXV.

A. Ch. 1265. Stephan. rex iun. Hungar. Clementinum, et Martinum seruientes Aegidy Magistri Tauern. nobilitat.

Stephanus, Dei gratia, Iunior rex Hungariae, Dux Transyluanus, Dominus Comanorum, omnibus Christi fidelibus, praesentem paginam inspecturis, salutem in omnium Saluatore. Remedium subiectorum est concessio libertatum; a Maiestate consueuit procedere principali; tanto namque euidentius serenitas regia regno prospicit et coronae, quanto diligentius ob fauorem reipublicae auget numerum bellatorum. Hoc igitur pensantes ex animo, hoc regali moderamine cogitantes, ad vniuersorum notitiam volumus peruenire: Quod attendentes fidelitates et seruitia Clementini et Martini, filiorum Marcelli, seruientium Aegidii, Magistri Dapiferorum nostrorum, dilecti et fidelis nostri, nec non cognatorum eorumdem, Alexandri scilicet et Oliuerii, filiorum Andreae, Mathiae, Bencentii, Thomae, Gregorii, Petri, Iacobi, Sauol et Torzol, de genere Dobra, Iobbagionum Castri Bachiensis, quae nobis et regno in pluribus expeditionbus, et articulis oportunis exhibuerunt fideliter et deuote: In recompensationem seruitiorum eorumdem volentes grata vicissitudine occurrere, ipsos et ipsorum haeredes, haeredumque successores, et Iobbagiones Castri praedicti eximendos duximus de nostra gratia pleniori, adeo plene, quod de cetero de domo regia, in numero seruientium regalium computabiles habeantur. Vt igitur haec per nos concessa libertas robur obtineat perpetuae firmitatis, et ne per quemquam processu temporum possit reuocari, praesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas.

Datum per manus Magistri Lodomerii, aulae nostrae Vice-Cancellarii. Anno Domini Millesimo, ducentesimo sexagesimo quinto."

Apud Cornides T. VII. p. 509.

CCLXXVI.

A. Ch. 1265. *Idem Stephanus terram Eccles. S. Stephani Varad. Vetis vocatam, Comiti Simeoni, filio Andreae confert.*

Nos Stephanus, Dei gratia iunior rex Hungariae, Dux Transiluaniae, Dominus Cumanorum. Significamus vniuersis, quibus expedit, praesentium per tenorem: Quod nos terram Ecclesiae S. Stephani de Varadino, Vetys vocatam, in qua constructa est ecclesia S. Nicolay, quae etiam per donationem Christofori Comitis, filii Georgii, praedictae Ecclesiae fuit devoluta, nunc vacuam et habitatoribus carentem, cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis suis, Symoni Comiti, filio Andreae, contulimus perpetuo possidendam. Promittentes pro eadem praefatae Ecclesiae, quando voluerint fratres ipsius ecclesiae recipere pecuniam, siue terram aequiualentem, ipsi terrae in concambium eius nos daturos. Datum in villa Beltuk in vigilia omnium Sanctorum. Anno Domini MCCLXV."

MSS. Cornides Tom. XII. p. 147.

CCLXXVII.

A. Ch. 1265. *Idem Stephanus priuilegia hospitum Olaszi de Tornova firmat.*

Stephanus, Dei gratia, Iunior Rex Hungariae, Dux Transiluaniae, Dominus Cumanorum, omnibus Christi fidelibus, praesens scriptum inspecturis, salutem in vero Saluatore. Ad vniuerso-

rum notitiam harum serie volumus peruenire: quod accedentes ad nostram praesentiam hospites nostri de villa Olaszy de Tornoua nobis priuilegium Domini regis Belae, Patris nostri, exhibentes suppliciter petierunt et deuote, vt ipsorum priuilegium nostrarum patrocinio literarum dignaremur confirmare; cuius quidem tenor talis est: Bela (v. ad an. 1243) Nos igitur petitiones eorumdem iustas fore considerantes, et legitimas, continentiam dicti priuilegii nostris litteris inscribi fecimus seriatim, auctoritate praesentium confirmantes. Vt igitur ipsorum libertas salua semper maneat et inconcussa, nec processu temporum per quempiam possit et debeat retractari, praesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Lodomerii Aulae nostrae Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno MCCXV."

Ex autographo.

*

A. Ch. 1265. *Nicolaus de Ják portionem suam haereditariam in Kürüselő vendit.*

Anno MCCLXV. Nicolaus, filius Bartholomaei, de Ják portionem suam haereditariam in terra Kürüselő dicta habitam, Nobilibus de Isaak vendit duodecim marcis, ex quibus dotem vxori in quatuor marcis soluit ac filiabus suis, coram capitulo Castriferei.

Originales in Archiuo familiae Niczkianae.

CCLXXVIII.

A. Ch. 1266. *Bela IV. populos monasterii de Turuch a iudicatu Comitum quorumlibet eximit.*

Nos Bela d. g. Rex Hungariae memoriae commendamus significantes, quibus expedit vniuersis, quod Monasterio nostro de Turuch hanc gratiam duximus faciendam, vt populi ipsi monasterio collati ab omni iurisdictione et iudicio comitum, et iudicum liberi sint penitus et immunes, et solius personae nostrae vel populorum eorum adstare iudicio teneantur. Nam volumus, quod nullum iudicium praedictum monasterium et populos eiusdem contra id molestare debeat, vel praesumat. Datum in Turuch in dominica post festum Sancti Ioannis Baptistae An. Dni MCCLXVI.

E Chartulario Milleriano in Museo Nat. T. VIII. p. 6.

CCLXXIX.

A. Ch. 1266. *Idem Bela Magistro Pous et fratri eius Benedicto terram Wduornicalem Wsol confert.*

Bela Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Magister, Pous et Benedictus frater eius, Notarii aule nostre, ad nostram accedentes presentiam, pecierunt a nobis cum instancia, vt eis in quadam terra nostra Wdhwornicali Wsol vocata, super qua olim datores scutellarum Wdhwornicalium dicebantur residere, de magnificentia regia dignaremur providere; volentes igitur earum petitioni animo regali annuere in hac parte, requisiuimus Farcassium Wdhwornicorum nostrorum de Papa

Magistrum, qui presens erat et pastus nostros Wdhwornicales - - - - - illa hora, qualis et quanta terra Wsol memorata, qui dixit nobis, presentibus Centurionibus suis, quod eadem terra esset subter Bocon constituta, et in terra arabili posset sufficere ad tria aratra vel paulo plus, et quod duae mansiones - - - - super ipsam, soluentes angariam ad pastus nostros de Papa annuatim; et sic iniunximus eidem Farcassio, quatenus testimonio Abbatis de Beel prefatis Pous et Benedicto Magistris assignaret, et nobis - - - per litteras dicti Abbatis remandaret, qui idem Abbas de Beel - - - - - sufficientem in terra arabili ad tria aratra vel paulo plus, vt precepimus, idem Farcasius Comes ipsis Pous et Benedicto Magistris assignasset, per metas veteres et antiquas, presentibus omnibus cometaneis et vicinis, nullo penitus contradictore existente, sicut in litteris dicti Abbatis vidimus contineri. Nos itaque consideratis gratuitis et meritoriis seruiciis ipsorum Magistri Pous et Benedicti Magistri, que nobis tam in defferendis legacionibus nostris, quam in aliis, cum omni fidelitate laudabiliter impenderunt, dictam terram Wsol cum omnibus pertinenciis, et vtilitatibus eius fenetis videlicet et virgulto contulimus dedimus et donauimus eidem Pous et Benedicto Magistris, ac Michaëli fratri ipsorum perpetuo et irreuocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes dedimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Farcasii, Prepositi Albensis, aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCLXVI. pridie Kalendas Iulii Regni autem nostri anno XXVI.

Ex originali Confirmatorio priuilegio Ladislai IV.

CCLXXX.

A. Ch. 1263. *Hugo Thurzo de Lichtenuels monasterio B. M. V. Zwetlensis donationem impertitur.*

Vniuersis Christi fidelibus, tenorem praesentium cognituris, Hugo de Liechtenvels, Ministerialis Austriae, salutem in Domino. Quoniam secularis vitae actibus implicatus non possum Omnipotenti Deo exhibere debitum reuerentiae famulatum, dignum arbitror et salubre, illorum profectibus intendere, qui idcirco seculum reliquerunt, vt possint diuinis vacare laudibus omni hora. Non est autem dubium, vel incertum, quantum deuotionis feruorem Fratres de Zwetel non solum in Sanctis obseruationibus ante Deum, sed etiam in hospitalitate, ceterisque pietatis operibus exerceant circa omnes. Vnde eis non immerito et gratia debetur in hac vita ab omnibus, et a Deo gloria in futura. Notum sit itaque Vniversis, quod de voluntate et consensu dilecte coniugis meae Dominae Chunegundis, filiique mei Hugonis, quem solum tunc habui, tria talenta redituum in villa, quae dicitur Wietzen, praefato monasterio S. Mariae in Zwetel contuli sub hac forma: vt scilicet de vno talento annis singulis satisfiat aliquibus ex his, quibus tempore querrae damnum intuli, vel grauamen. Duobus vero reliquis talentis semper in Annunctione B. V. conuentui seruitium procuretur, etc. Testes sunt D. Hartungus Patruus meus, Plebanus in Friderechspach, — — — Hadmarus frater meus, et alii quam plures. Acta sunt haec Anno Domini MCCLXIII. in Ascensione Domini, quae sexto Idus Maji illo anno euenerat, Indictione sexta.

Ex Annalibus Zwetlensibus per Linckium conscriptis. Wagner Anal. Scepus. P. IV. p. 48. Fuit hic Hugo de

Liechtenfels florentissimae in Austria et Hungaria Turzonum Sator.

CCLXXXI.

A. Ch. 1266. *Hugo Thurzo de Liechtenvels monasterio B. M. V. de Zweltel in villa Wietzen beneficia confert.*

Vniuersis Christi fidelibus, praesens scriptum audituris, vel visuris, Hugo de Liechtenvels, Ministerialis Austriae, salutem in Domino Iesu Christo. Cum pium et valde sit religiosum, vt quotidianis beneficiis viuentium subleuetur necessitas defunctorum; recogitans, quanta deuotione tenear animam dilectissimae Dominae Chunegundis Vxoris meae Domino commendare, hoc quod orationibus nequeo, eleemosynarum volo largitionibus compensare. Sciant igitur praesentes et discant posteri, quod pro animae ipsius remedio, meaque ac liberorum meorum Hugonis et Heinrici selute, de bona voluntate, et consensu eorumdem, conuentui Fratrum Monasterii in Zwetel, apud quos, dum adhuc superuiueret, sibi elegerat sepulturam; vbi ego quoque, vbicunque iubente Deo decessero, proposui sepeliri, villam in Wietzen, octo videlicet beneficia, et aliud alterum dimidium beneficium — — cum omni iure meo libera contuli voluntate, etc. Litera sigillis D. Hugonis proprio et DD. Aloldi et Wlffingi de Chyawe munita est. Testes sunt: Aloldus, et Wlffingus de Chyawe, Otto Senior de Rastenberg, Hadmarus de Ottenstein, Hadmarus frater meus, Chunradus de Liechtenekke, Henricus officialis de Liechtenvels. Acta sunt haec in Zwettel. Anno Domini MCCLXVI. Kal. Decemb. praesentibus multis probis et honestis viris."

Ibidem. Hoc ipso anno dedit idem Hugo Thurzo nomine Fratris sui Hadmari de Liechtenvels, et Vxoris

ipsius Dominae Iuttae, in manus D. Chunradi Abbatis literam, qua venditionem quamdam factam fuisse fatetur inter Abbatem et fratrem suum. Data est litera in Liechtenvels VIII. kal. Iun. Ann. 1266. Idem.

CCLXXXII.

A. Ch. 1266. *Descriptio victoriae per Carolum Siciliae regem reportatae, auctore Magistro Andrea Vngaro.*

Illustrium orbis radix Domino Petro Alynzonis et Carnotensi Comiti praeclaro, nato felicissimae Recordationis Domini Ludouici IX (rectius VIII.) Regis quondam Francorum magnifici, Domino suo: Magister Andreas, Vngarus felicis, Recordationis Domini Belae, et Domini Stephan. Regum illustrium Hungariae quondam Capellanus, et familiaris, deuotae orationis pro eo dilgentiam ad salutem. Iocundum sit vobis palmes egregiae pulchrae vitis, prout conuenit, eloquium meum, dum per illud aedficatur in Domino delectari. Ecce enim exortum quondam in tenebris lumen rectis corde eos, per quos moenia vtriusque Ierusalem ex politis sapidibus construuntur a longo iam tempore in tristitia constitutos non derelinquit in finem: sed potius, qui extensa manu apprehendit Petrum dubitantem inter fluctus, quique duabus manibus expansis in Cruce caritate inextimabili amplexatus est Ecclesiam speciosissimam sponsam suam, extendit manum salutiferam etiam hiis diebus. Spiritus enim, qui vbi vult spirat, traxit cor magnifici viri Domini Caroli Andegauiae, Prouinciae et forcalquerii Comitis, Illustris Regis Francorum felicis recordationis Domini Ludouici IX. (VIII.) fratris carnalis, vt intuitu aeternorum subiiceret humeros suos oneribus Romanae Ecclesiae suppor-

tandis; fecit et Ecclesia disposuit humeros ipsis, vt onus sit honori, quoniam per prudentiam, quam sacra pagina digne serpentinam commemorat (fecit enim almae vrbis primitus senatorem per potentiam columbinae simplicitatis qua gaudet) eodem quondam Manfredo Principe Tarentino hoste publico adhuc vivo, sicut inferius tangitur clarius, in Illustrem Regem Siciliae coronauit." Sequitur narratio euentuum belli inter praememoratum Carolum Andegauiensem et Manfredum vertentis, et morte principis Conradini, et eleuatione Caroli ad solium Regni Siciliae et Neapolis terminati.

Duchesne SS. Rex Franc. Tom. V. pag. 826—851.

CLXXXIII.

A. Ch. 1266. *Ottocarus R. B. cum Ratisbonensibus foedus init, promittens suppetias contra quosuis; Bela R. H. excepto.*

Nos Ottocarus Dei gratia etc. per praesens scriptum constare volumus vniuersis, quod venientibus ad praesentiam viris Discretis Alberto Magistro Ciuium in Ratispona, Heinrico de Aave Alhardo etc. Nos requirentibus, vt cum eisdem fedus amicitie iniremus. Quorum persuasionibus inclinati sub tali forma pactum vnionis pepegimus cum ipsis, et cum dicta vniuersaliter Ciuitate. Primo quidem promittimus, quod infra X. Annorum cursum a festo B. Iacobi nunc instante eis astare volumus contra quoslibet invasores, exceptis Domino Bele Serenissimo Vngarorum Rege, Domino O. Marchione Brandeburgensi etc. etc. Actum in Fust Anno Domini MCCLX. sexto, IX. indict. Datum ibidem. Sigilla pendentia Ottocari Regis, Alberti Landgravii Tu-

ringensis, Palatini Saxonie, et Burggravii Wilhelmi de Kircberg.

Gemeiner Regenspurgische Chronik II. Theil. 478 Seite.

CCLXXXIV.

A. Ch. 1266. *Circiter: Sententia Magistri Farkasii Vice-Cancellarii aliorumque Iudicum in facto detentionis terrae Kazmer.*

Nos Magister F. (Farkasius) Electus Albensis, Aulae Domini Regis Vice-Cancellarius, Stephanus Banus, Comes Castriferrei, Iudex Curiae Dominae Reginae, Magister Baas, Magister Benedictus, Comes Orodinensis, et Comes Pousa de Herman, Iudices in Curia Dominae Reginae constituti, damus pro memoria: quod constitutis coram nobis Tyba de genere Tomoy, et Clemente, filio Ioannis, ex una parte; Ioanne Magistro, Marco et Laurentio de genere Chac ex altera; iidem Tyba et Clemens proposuerunt, vt iidem Magister Ioannes, Marc et Laurentius, quandam terram ipsorum haereditariam Kazmer vocatam detinerent propria auctoritate; Magister vero Ioannes Marc et Larentius responderunt eo modo, quod ipsa terra, quam Tyba et Clemens dicunt vocari Terram Kazmer, esset terra Michaelis, nec unquam fuisset Tyba et Clementis haereditaria, imo dudum fuisset donatio Illustris Regis Emerici, bonae memoriae, Vglino Archi-Episcopo facta, super qua donatione exhibuerunt nobis priuilegium Regis Andreae, felicis recordationis, et quod eis ipsa terra in linea ipsius Vglini Archiepiscopi devenisset. Ad reambulandam itaque ipsam terram contentiosam, hominem Domini Regis Mouruch, filium Mouruch, cum testimonio Capituli Iauriensis,

et cum priuilegio ipsius Regis Andreae duximus transmittendos. Quod Capitulum postmodum nobis taliter rescripsit: quod homo Domini Regis, Mouruch vocatus, cum testimonio Capituli supradicti secundum seriem Literarum ipsius priuilegii, praesentibus Cometaneis et vicinis ipsius terrae, ipsam terram contenciosaam reambularunt; inuenerunt ac sciverunt eam esse terram Ioannis, Laurentii et Marci, predictorum; et licet ipsis Magistro Ioanni, Laurentio et Marco iuramentum adiudicare voluissemus, eo quod priuilegium erat pro eis, et quod etiam erant in pacifica possessione, tandem quia iidem Clemens, et Tyba exhibuerunt nobis Literas Conuentionales Rolandi Bani, tempore Palatinatus sui datas, et etiam literas Capituli Iauriensis, in quibus conuentum exstiterat inter partes eo modo: ut supradicta terra remaneret Magistro Ioanni, Marco et Laurentio, et eisdem Tyba et Clementi ipsi Magister Ioannes Laurentius et Marcus solverent decem Marcas; decrevimus iam dictam terram Magistro Ioanni, Laurentio et Marco perpetuo possidere, Clementino et Tyba perpetuum silentium imponentes. Dicebant etiam Clemens et Hunt, homo dicti Tyba, quod Laurentius, Magister Ioannes, et Marc de illis decem marcis, quas pro praefata terra solvere debebant, vnam persolvissent, nouem vero marcas soluere non curassent; Ioannes Magister, Laurentius et Marc a solutione illarum decem marcarum omnino expeditos se dicebant cum Literis Capituli Iauriensis, quas literas in octavis Natiuitatis Ioannis Baptistae proximo venturis deberent exhibere coram nobis, et tunc procedemus, sicut de iure fuerit procedendum, super facto pecuniae; —

super terra Clementino et Tyba perpetuum silentium inponentes, vt praemisimus. Datum Budae tertia feria proxima ante pentecosten. (Locus sigilli dorsotenus impressi.)

E Causa Tabulari Kisfaludyana.

CCLXXXV.

A. Ch. 1267. *Decreta, quae Clerus Hungariae a Guidone Card. S. A. Legato suscepit.*

Nullum nisi presbyterum aut diaconum, et qui vxorem non habeat, in Episcopum eligatis. Nullum, qui duas vxores habuerit, aut qui vnam concubinam, aut repudiatam, aut meretricem seu prostitutam, vel qui aliam quam virginem est sortitus vxorem, in Episcopum eligatis. Nullum, quem sacri canones ad ordines prohibent promoueri, Episcopum eligatis. Nullum, qui ad sacros ordines nisi per canonica interualla promotus est, in Episcopum eligatis. Nullum per occultam insinuationem Regi factam, aut per seditionem aut per pecuniam vel per specialem gratiam, sed ex communi consilio et consensu pari, Episcopum faciatis. Nullum Episcopum de sede ad sedem qualibet ex causa sine Romani pontificis speciali licentia transferatis. Nullum Episcopum sine Romani pontificis speciali licentia deponatis, vel capi, nisi comprobato infidelitatis crimine, consentiatis. Nullum in Archidiaconum seu Decanum, vel Archipresbyterum, vel Praepositum, seu Abbatem, nisi Presbyterum vel Diaconum promoueatis. Nullum in Abbatem nisi monachum assumatis. Nullum Archidiaconum vel Decanum, vel Archipresbyterum, vel Praepositum vel Abbatem de vna dignitate ad aliam, vel de ipsa ad

eandem in locum alium, nisi canonice transferatis, et nullum supradictorum, nisi canonice deponatis. Nullum vxoratum in presbyterum, vel Diaconum, vel subdiaconum promoueatis, nisi qui ex consensu vxoris, se victurum caste, firmiter promiserit, et vxorem a cohabitatione remouerit, et eidem necessaria, secundum facultatem suam, prouiderit. Presbyterorum filios ad sacros ordines accedere, nullatenus permittatis, nisi aut in coenobiis, aut in monasteriis. Alienos clericos, quos sine commendatitiis literis suscepistis, in Episcopatibus vestris nullatenus toleretis; et de caetero nec eos, nec alios sine formatis litteris admittatis; et quos de his apostatas esse constiterit, excommunicatos habeatis, et Praepositis suis eos requirentibus reddatis. Nullum Subdiaconum, vel Diaconum, vel Presbyterum nisi ad certum titulum ordinetis. Nullum seruum in Clericum ordinetis, nisi Dominus eius eum manu mittat, vt de caetero ex toto nihil in eo iuris habeat. Bigamos, viduarum vel repudiatarum, seu meretricum, vel prostitutarum maritos, ab omni ecclesiastica dignitate deponimus, et beneficiis ecclesiasticis in aeternum priuamus. Concubinarios publicos ab officio suo deponimus, et beneficia eis ecclesiastica interdicimus, hac tamen potestate vobis indulta, vt si condignam egerint poenitentiam, et vobis videbitur, ministrare eos iterum faciatis. Presbyteros vel Diaconos vxoratos, qui ante acceptos ordines vel postea vxores acceperunt, ab altaris ministerio, et Ecclesiastico beneficio separamus; attamen dispositionem de his vobis concedimus, vt hi, qui vxores ante iam dictos ordines acceperunt, quoniam legitimae sunt,

si vxoribus vltro et sine coactione continentiam vouentibus, ipsi quoque vouebunt, et easdem vxores a cohabitatione remouebunt, ad altaris ministerium redeant, et beneficia ecclesiastica habeant. Illi vero, qui post sacros ordines aliquas sub matrimonii nomine duxerunt, quoniam huius modi coniunctio contra leges est facta, ac per hoc matrimonium non est, siue eas volentes, siue inuitas dimiserint, et continentiam in Ecclesiae testimonio vouerint, ecclesiastica officia sic ministrent, vt vltra ad relictas immunditias non declinent. Nam si legitimarum siue aliarum commixtione se ipsos vel vltra foedauerint, ab altaris ministerio eosdem sequestramus, nisi aut ad canonicos regulares, aut ad ordinata monasteria transierint.

De Subdiaconis autem et Praepositis vxoratis id ipsum fieri decernimus, sed inducias vobis super hoc vsque ad rescriptum Domini Papae damus.

Haec omnia obseruetis, promotosque Episcopos omnes, obseruaturos se eadem, iurare faciatis.

Petri Lambecii Comment. de Biblioth. Caesar. Vindobonensi Lib. II. Cap. III. pag. 68. et sqq. ex antiquo Codice membranaceo Manuscripto in folio inter Codices Theologicos Latinos Manuscriptos vigesimo tertio. Constitutiones has Hungari probabiliter receperunt ab eodem Guidone, Apostolicae Sedis Legato, Tituli S. Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali, et Abbate Cisterciensi, dum ille in vicina Hungariae Regno Metropoli Austriae, quippe Ciuitate Viennensi, anno 1267. feria tertia post festum Ioannis ante Portam Latinam, cum eiatis Prouinciae Clero Concilium prouinciale celebraret.

CCLXXXVI.

A. Ch. 1267. ***Extractus litterarum Stephani regis Iunioris, quibus in lite inter filios Ebed, et congenerationales de Buzad, sententiam tulit.***

Stephanus Rex Iunior editis sententionalibus mediantibus pronuntiat: quod cum dudum inter Kemen, Reinoldum, et Iaak, filios Ebed, ac alios ab vna parte, et Ponich Comitem de Genere Buzad, et Iacobum filium eiusdem ex altera, coram iudicibus vtriusque regis fuisset contentio ventilata super possessionibus in priuilegio Belae Regis, et diuersorum aliorum iudicum literis nominatis; – ac demum tam super his, quam etiam aliis coram se Rege Stephano duellum fieri debuisset, tandem adueniente ipso termino, antequam pugiles partium dimicantium procederent, pacem inter partes fuisse compositam certis conditionibus, in quibus praecipua fuit, vt laudatus Ponich parti aduersae in tribus terminis soluat centum et septuaginta marcas. Datum in Physegthu Dominico die proximo ante quindenam S. Michaëlis. Anno MCCLXVII.

E Collectaneis Czekianis.

CCLXXXVII.

A, Ch. 1267. *Bela IV. R. H. Sebastianum, filium Zolat, de villa Aranyos, de conditione Castrensium de Zolga - Geur in numerum seruientium regalium transfert.*

Bela Dei gratia Hungariae Dalmatiae Croatiae Ramae Seruiae – – – Lodomeriae Cumaniaeque Rex omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod nos Sebastianum filium Zolat de villa

Aranos supra Cumarum, soluentium quinque pondera ad Castrum Zolga Geuriense, pro fidelitate nobis obseruata, quam idem tam in exploratione quam in aliis exponendo se mortis periculo fideliter exhibuit et impendit, ipsum et suos haeredes cum terra eundem Sebastianum, et non alios fratres suos contingentes, de numero ipsorum Castrensium soluentium quinque pondera ad numerum et libertatem seruientium regalium duximus transferendum, volentes, quod nullus eundem Sebastianum vel suos heredes ratione pristinae seruitutis impetere audeat, seu etiam aliquatenus perturbare, sed libere in numero seruientium nostrorum regalium commoretur. Vt igitur huius nostrae translationis eidem Sebastiano factae series robur obtineat perpetuae firmitatis, praesentes dedimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Farcassy Praepositi Albensis Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri Anno Domini MCCLXVII. Regni autem nostri anno XXXII.

Ex Tabulario Conuentus Sancti Martini.

CCLXXXVIII.

A. Ch. 1267. Idem Bela nobiles viros Kemen in possessionem Nikch introduci iubet.

Bela Rex datis ad Stephanum Iudicem Curiae Dominae Reginae et Comitem Castriferrei litteris mandat ei, vt assumto secum testimonio Capituli Iauriensis nobiles viros Kemen scilicet Reinold, et Iaak filios Ebed introducat in possessionem Nikch vocatam, videlicet ad portionem illam, quae concernebat Ponich, filium Arnoldi, contradictione

qualibet haud obstante. Datum in Füzegtu in crastino Mathaei Apostoli anno MCCLXVII.

E collectione Czekiana.

*

A. Ch. 1267. Stephanus Iunior rex Hungariae, Ioanni filio Chabanka, terram Castri Heues, Halász vocatam, in praemium confert.

Stephanus Dei gracia, Iunior Rex Hungariae et Dux Transyluanus omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in vero Salutari. Licet regia pietas manum munificam porrigere debeat vniuersis, illos tamen, quorum experta probitas laudata est in prosperis et in aduersis, principaliori debet prosequi munere et fauore, vt alii eorum exemplis inuitati, ad fidelitates et seruitia facienda fortius accendantur. Proinde vniuersorum noticie harum serie volumus peruenire: Quod licet Iohannes, filius Chabanka, dilectus et fidelis noster a primeuis puericie nostre temporibus in arduis regni nostri negociis, variis fortune casibus intrepide et viriliter se exponens, in multis articulis nobis et regno plurimum necessariis et admodum opportunis grata et accepta Maiestati nostri impendisset obsequia, que ad presens enarrare sufficienter per singula nequeunt suo modo; quedam tamen de suis seruiciis et miliciis pro nobis impensis in medium duximus proferenda: Quod cum graues persecutiones per parentes nostros, sine meritis et excessibus, pateremur et conflictum cum suis Baronibus et exercitibus iam sepe sepius habuissumus, vbi idem nobiscum semper vna cum aliis fidelibus nostris nostro lateri in ipsis conflictibus adhaerendo, viriliter et probabiliter dimi-

cauit, non parcens rebus nec persone; postmodum tamen, cum in Ilsvazegh cum Henrico Palatino conflictum habuimus; vbi idem cum duobus filiis suis captus fuit, dictus Iohanes pre ceteris superuenienti aciei se exponens, nobis et aliis cernentibus viriliter dimicando, tres bonos milites nobis captos duxit. Nos igitur volentes de grata vicissitudine occurrere, in recompensationem seruiciorum suorum prehabitorum, licet ea, que ad presens agimus, respectu eorum, que facere intendimus eidem, et meretur, minima videantur, quandam terram Castri nostri de Hewes, Halász vocatam, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis, sub iisdem metis et terminis, prout ipsum castrum dictam terram habuit et possedit, eidem Iohanni et suis heredibus, heredumque suorum successoribus contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, sicut etiam per priores litteras nostras patentes eandem terram vidimus contulisse. Vt igitur huius nostre donacionis et collacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec processu temporum per quempiam in irritum possit vel debeat retractari seu reuocari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Petri, aule nostre Vice-Crncellary, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCLXVII." L. S. pen.

Sigillum est peculiare: Antica pars sistit regem coronatum solio insidentem, dextra sceptrum, sinistra pomum cum cruce, non tamen dupplicata, gestantem. Inscriptio † Sigillum Stephani Dei gracia regis et Ducis Vngarie. Altera vero pars eundem sistit coronatum equo currenti insidentem, dextera per froenum equum regentem, vexillumque tenentem, in quo albus lupus depictus est, sinistra clypeum triangularem, qui similiter album lupum, Bulgariae a se subiectae insigne, osten-

tat, gerentem. Inscriptio: † Primogenitus Belae quarti, Illustris regis Vngariae. Originales in Archiuo familiae Vzianae.

CCLXXXIX.

A. Ch. 1267. *Stephanus rex iunior terram Thoh filiis Pauli confert.*

Stephanus Dei gratia Iunior Rex Hungariae, Dux Transyluaniae, Dominus Cumanorum. Omnibus Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Vt ea, quae aguntur in tempore, ne processu temporum possint vacillari, literarum testimonio consueuerunt communiri. Proinde ad vniuersorum notitiam tam praesentium, quam posterorum harum serie volumus peruenire: quod attendentes fidelitates et seruitiorum merita Gregorii et Bartholomaei filiorum Pauli, fratris Pauli Comitis, filii Ipud, quae et quas iidem ab infantia eorundem, in Curia nostra iugiter famulando fideliter exhibuerunt nobis et deuote, et specialiter in persecutione parentum nostrorum, parentibus cognatis professionibus et rebus vniuersis post tergum penitus derelictis nobis adhaeserunt, omnia genera seruitiorum ad nostrum mandatum exhibuerunt laudabiliter et praeceptum; non a nobis recesserunt, mille casibus fortunae se pro nobis immittentes, mortis articulos non expauentes infinitos, in diuersis expeditionibus nostris vulnera pro redemptione capitis nostri et coronae receperunt, aliaque ardua facta atque laude digna in multis bellorum articulis gloriose perpetrarunt, quae singula suo modo ad praesens non valemus enumerare. In recompensationem igitur seruitiorum eorumdem volentes grata vicissitudine occurrere, licet maioribus di-

gni habeantur et merentur, ac pro minimo reputemus, quod ad praesens agimus respectu eorum, quae facere intendimus eisdem in futurum; quandam terram Thoh vocatam, cuiusdam Iobbagionis Castri de Zothmar sine haerede decedentis, sitam in eodem Comitatu de Zothmar, collationi nostrae per omnia pertinentem, quam primitus Magistro Iohanni Archidiacono de Zothmar dilecto et fideli Clerico aulae nostrae, ob merita seruitiorum suorum contuleramus perpetualiter possidendam; et demum nullo cogente sua propria voluntate ob fauorem nepotum suorum praefatorum manibus nostris resignauit, sub iisdem metis et terminis, quibus ipsa terra per priores suos possessores fuerat limitata et possessa, ipsis Gregorio a Bartholomaeo fidelibus nostris dedimus donauimus et contulimus, et per eos eorum haeredibus haeredumue successoribus, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. In cuius terrae corporalem possessionem eosdem per Byna Comitem, hominem nostrum sub testimonio capituli Varadiensis fecimus introduci, coram cometaneis omnibus et vicinis, nemine contradictore penitus existente, prout in literis dicti Capituli plenius vidimus contineri. Vt igitur haec nostra donatio robur obtineat perpetuae firmitatis, nec tractu temporis per quempiam possit retractari, atque in irritum reuocari, praesentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Petri dilecti et fidelis nostri, aulae nostrae Vice-Cancellarii. Anno Dni MCCLXVIII. (L.P.S.)

E collectaneis Czekianis.

CCXC.

A. Ch. 1268. *Laurentius Palatinus Nobilibus de Hetes particulam terrae adiudicat.*

Laurentius Palatinus et Comes Simigiensis - - - - ad vniuersitatis notitiam volumus peruenire: quod cum per Illustrem Dominum Regem Hungariae ad reuocandas terras et alia iura nobilium, per Vduornicos Castrenses, et populos Dominae Reginae, ac alios cuiuslibet condicionis homines occupata, ad Comitatum Simigiensem transmissi extitissemus, et quinque nobiles de ipso Comitatu, electi per omnes nobiles de eodem Comitatu, Ioannes, scilicet filius Isep, Cosma de Kraszna, Stephanus filius Ders, Gregorius filius Ioannis, et Thomas filius Mortunus de Viszlo, nobis per eum in socios deputati iureiurando, tacto sanctae et viuificae crucis ligno Domini, Domino Regi promisissent; quod non aliud nisi iura nobilium indebite per condicionarios restituerent; et etiam secúndario nobis tactis sacro sanctis Reliquiis et Euangelio super filios filiorum iurassent illud ipsum — recepta tali condicione processissemus ad praeceptum Domini Regis supradictum, Ambrosius filius Ambrosii, Christophorus filius Barnabae, Iacobus filius Abraham, Nobiles de Hetes, ipsum Adamum, Feldricum Valentinum et Cognatos suos Iobbagiones Castri Simigiensis de villa Broszlow quandam particulam terrae suae haereditariae, de terra eorum Dena vocata, receptam et violenter occupatam esse dicentes coram nobis, et coram coniudicibus nostris praedictis, per formam inquisitionis petiuerunt eam sibi reddi. Verum cum nos ad ipsam inquisitionem processissemus, sciuimus veraciter dictam particulam terrae fuisse iure haereditario

nobilium de Hetes praedictorum, ad maiorem tamen cautelam ipsos nobiles de Hetes super praedictam particulam terrae personaliter constitutos ad personas suas et ad filiorum suorum iurare fecimus horribili iuramento super eo: quod ipsae particulae terrae, quam reambulauerunt, fuerit ipsorum haereditaria, et ab ipsis per praedictos Iobbagiones Castri indebite occupata. Cum itaque diligentissima inquisitione facta et recepta iuratoria cautione, vt praediximus, inuenimus praedictam particulam terrae esse haereditariam ipsorum Nobilium praedictorum, eandem ipsis nobilibus, exclusis Iobbagionibus Castri praedicti de eadem, restituimus haereditario iure perpetuo possidendam, et metas, sub quibus iidem nobiles ipsam terram possidere debeant, fecimus eleuari. Metae autem hoc ordine distinguuntur etc. Datum Anno Domini MCCLXVIII. per manus Magistri Sebastiani Cantoris de Possega et Canonici Albensis et Protonotarii supradicti Palatini.

E collectione Zeckiana.

CCXCI.

A. Ch. 1268. *Maria regina Comiti Bartholomaeo de Wecha quasdam terras suas confert.*

Maria Regina de gratiae suae plenitudine Comiti Bartholomaeo de Wecha quasdam terras suas ad Arkibanya spectantes Kezü v. l. Szelechen, et Surbich in Comitatu Nitriensi existentes, item terram suam Gaay nuncupatam in Comitatu Posoniensi existentem — iure perpetuo possidendas donat et confert. Datum per manus, Magistri Laurentii Praepositi S. Irenaei, aulae nostri Vice-Cancellarii Anno MCCLXVIII.

E collectione Beliana.

A. Ch. 1268. Erney Banus et Iudex Curiae regiae, ad instantiam regis, poenam Ponichii calumniantis mitigatam, compositamque attestatur.

Nos Erney Banus, Iudex Curiae Domini regis, Comes Castri ferrei, significamus omnibus, quibus praesentes ostendentur, quod in octauis cynerum, Kemyno, Reynoldo, Iaak, filys Ebed, Gregorio Martino de Ound, Issep, et Kenesio de Sukorod, ab vna parte, Cyak Bano, Comite Zaladien. et Iacobo, filio Ponich, pro ipso Ponich, ex altera, coram Domino rege pro tribunali sedente, constitutis, ydem Kemen, Rejnoldus, Iaak et socy eorum predicti, exhibuerunt coram ipso Domino rege, et coram nobis, primo litteras sex Baronum, quorum nomina in ysdem litteris exprimuntur, Iudicum scilicet ex parte Domini regis, et ex parte Charissimi filii sui, Regis Stephani, deputatorum; secundo priuilegium et litteras Domini regis, et quorumdam Baronum suorum sigillis consignatas; ex quarum tenore manifeste et euidenter constabat, eundem Ponich primo coram praedictis sex Iudicibus, secundo coram ipso Domino rege et Baronibus suis, de vitio seu nota calumniae iuris ordine fuisse conuictum, contra Kemynium, Reinoldum, Iaak, filios Ebed, Gregorium, Martinum Isep et Kenesium supra dictos. Demum exhibuerunt priuilegium Domini regis dupplici sigillo et annulo ipsius Domini Regis signatum, quod euidentissime demonstrabat, ipsum Ponich super nota seu vitio multiplicis calumniae, quam iuxta praedictarum litterarum continentiam iam pluries meruerat per definitiuam eiusdem Domini regis et Baronum suorum, qui tunc prae-

sentes aderant, sententiam finaliter et omnino conuictum extitisse, et omnes possessiones ipsius, tam haereditarias, quam emptitias et aquisitas, quam alio quoquo titulo habitas, eidem Kemino et fratribus ac socys suis praedictis adiudicatas fuisse, ab eisdem perpetuo possidendas, et per fora ac ciuitates regni publice proclamari debuere, vt vbicunque idem Ponich inueniri posset, ad praesentiam Domini regis vocaretur pro imprimendo sibi charactere; quem iuxta approbatam regni consuetudinem manifestis calumniantibus infligi, et imprimi consueuerunt; ipsis itaque Kemino, Reinoldo, Iaak, Gregorio, Martino, Isep. et Kenizio in presentia Domini regis instantibus et petentibus ad id fuerat assignatus dicto Ponich pro predicto vitio seu nota calumniae per Dominum regem characterem inprimi et infligi; licet iuxta omnium praedictarum literarum et priuilegiorum, et specialiter iuxta praedicti priuilegii Domini regis vltimo confecti tenorem, de rigore iuris eidem Ponich character huiusmodi esset merito imprimendus. Saepe dicti tamen Kemen, Reinold, Iak, Gregorius, Martinus, Isep. et Kenizius, ad petitionem et instantiam Domini regis eandem poenam, impressionem videlicet characteris, dicto Ponich remiserunt. Ad eiusdem, et Domini regis, et Chaak Bani Comitis Zaladien. fratris dicti Ponich, petitionem de possessionibus suis, quae omnino fuerant dictis Kemyno, Reinoldo, Iaak, Gregorio, Martino, Isep et Kenizio adiudicatae, restituerunt et reddiderunt ipsi Ponik tres possessiones suas, Nitzke videlicet, quae esset sita apud monasterium generationis Buzat, et Akusy, quae esset vicina eidem; item Lostoy, quae esset in

comitatu Sopronien. vocatas, quas dicit suas hereditarias extitisse et fuisse. De aliis vero possessionibus eiusdem Ponich, vna portio tertia, videlicet quam in quatuor villis seu terris Niczk vocatis, in comitatu castri ferrei iuxta Raba existentibus, habebat, adiudicata et dimissa extitit Kemyno, Reinoldo, Csaak, filiis Ebed possidenda. Quam tertiam partem praedictarum quatuor villarum Niczk vocatarum, dictus Ponich debet, sicut et assumsit, a portionibus Nicolai, filii Reinoldi, Keled, filii Keled, cognatorum suorum, coram homine nostro, per alias litteras nostras ad id deputatos coram testimonio capituli castriferrei certis metis vndique distinguere, et totalem ipsam tertiam partem predictarum quatuor villarum, totaliter a parte terrae Uray vocatae assignare filiis Ebed supradictis. Possessiones item eiusdem Ponych Sukorod et Cseag (Buzag) vocatae, quas praefati Gregorius, Martinus de Ound, Isep et Kenezius de Sukorod ab ipso nomine suarum haereditariarum requirebant, et possessio eius Suurd vocata, adiudicatae exstiterunt Gregorio, Martino, Isep et Kenezio, pro se, et non cum filys Ebed, supra dictis, reliquis duabus possessionibus dicti Ponich de Sancta Trinitate, et Kokunna nuncupatis, quae fuerant eidem Ponich empticiae, iudiciali sententia adiudicatis et remanentibus praefatis Kemyno, Reynoldo et Iaak, filys Ebed, nec non Gregorio, Martino de Ound, Isep et Kenezio de Sukorod, cum omnibus earumdem vtilitatibus in communi. Quas siquidem omnes possessiones superius annumeratas dictus Ponich et Iacobus filius personaliter astantes, et in presentia ipsius Domini regis constituti, praefatis Kemyno, Reinoldo, Ják, Gregorio, Martino, Isep, et Kenezio cesserunt et dimiserunt,

spontanea et libera voluntate possidendas et habendas per eosdem, sicut et in forma iudicii extiterat definitum; assumserunt et ydem Ponych et Iacobus, filius suus, quod quicunque super predictis possessionibus aut earum aliquas contra praefatos Kemynum Reinoldum, Ják, Gregorium, Martinum, Isep, Kenezium, vel aliquem, vel aliquos ex eis questionem mouere attemptauerint, tanquam manifesti calumniatores sine strepitu iudicii puniantur. Adiectum insuper extitit, quod si aliquis cognatorum, vel de generatione ipsius Ponich, praedictam tertiam partem villarum Nikch — ab iisdem Keminio, Rainoldo, et Iak filys Ebed nomine haereditariae possessionis ipsius Ponich regerere voluerit, et hoc probare nequiuerit, tanquam calumniator puniatur; eo vero probato, si denique Ponich ipsam tertiam partem quatuor villarum, Nikch vocatarum, dictis filiis Ebed defendere noluerit, vel non potuerit, ex tunc idem Ponich soluet praedictis filiis Ebed sexaginta marcas, ad quarum solutionem ipse et filius suus sponte se obligarunt, et ipsi filii Ebed eandem tertiam partem dictarum villarum recepto ab eo vel ab his, qui eandem ab ipsis euicerit, iusto pretio et valore, restituere et reddere tenebuntur. Datum et actum Budae in medio Quadragesimae. Anno Domini MCCLXVIII."

Ex archiuo familiae Niczkianae.

CCXCII.

A. Ch. 1269. *Bela IV. R. H. Mag: Thomae, de genere Puk, terram Bissenorum, Théth vocatam, confert.*

Bela Dei Gratia Hungariae Dalmatiae Croatiae Ramae Seruiae Galliciae Ludomeriae Cumaniaeque Rex, omnibus Christi fidelibus, tam praesentibus quam futuris salutem in Domino. Ad vniuer-

sorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire, quod Magister Thomas - - - - - de Puk, Ianitor noster, ab aetate tenera et indole suae iuventutis cum feruore suae fidelitatis et animi sui desiderio ea nobis in magnis et arduis regni nostri negotiis impendit seruitia, quae nostrae voluntati plurimum placuerant, et nostro regno admodum fuerunt fructuosa: quibus consideratis idem ad nostram accedens presentiam; nobis humillime supplicauit, et petiit a nobis, vt quamdam terram, quae olim fuit Bissenorum, Théth vocatam, sufficientem culturae trium aratrorum, vel paulo plus, cum omnibus utilitatibus suis ad ipsam Terram pertinentibus, pro seruitiis et fidelitatibus suis nobis et regno nostro impensis sibi conferre, de nostrae gratiae plenitudine facere dignaremur. Verum quia nobis de qualitate et quantitate dictae terrae ad plenum non constabat aliqua certitudo, Magistro Ectori, Custodi Ecclesiae Iauriensis, dedimus in praeceptis, vt scita omnimoda veritate, terrae praedictae qualitatem rescriberet, et etiam quantitatem; qui nobis rescripsit, quod dicta terra Théth esset sufficiens vsui et culturae trium aratrorum vel paulo plus, et ipsa eadem esset sita a parte orientali iuxta, terram Comitis Oliuerii de Puk, et a parte septemtrionali iuxta praedium Monasterii Magistri Mauritii, et a parte occidentali iuxta praedium Magistri Alexandri. Quam nos sub suis veteribus metis et antiquis, cum omnibus suis utilitatibus dicto Magistro Thomae dilecto et fideli nostro, licet a nobis plura mereretur, de plenitudine nostrae gratiae dedimus donauimns et contulimus iure perpetuo possidendam et habendam. In cuius rei testimonium, vt huiusmodi nostra donatio inuiolabilis

et irrevocabilis possit permanere, praesentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Demetrii Praepositi Albensis, Aulae nostrae Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Sexagetimo nono. Regni autem nostri tricesimo tertio (Locus Sigilli.)

E Collectione Czekiana diplomatica.

CCXCIII.

A. Ch. 1269. *Idem Bela hospitibus de Füzeghthü terram Saar confert.*

Bela Dei Gratia Hungariae Dalmatiae Croatiae Ramae Seruiae Galliciae Lodomeriae Cumaniaeque Rex. Omnibus praesentes Literas inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod hospites nostri de Füzegh Thu nostram adeuntes praesentiam exposuerunt nobis, quod terra ipsorum pauca esset et non sufficeret vsui eorundem, petentes a nobis humiliter supplicando, quod in quadam terra Chak Comitis de Vrbaz, filii Chak Bani, Comitis Nitriensis, Saar vocata, terrae ipsorum contigua, eis dignaremur prouidere. Nos siquidem supplicationibus eorundem hospitum nostrorum inclinati, maxime quia idem locus aptus et vtilis est nobis ad manendum, dictam terram Saar a Chak Comite de Urbaz pro concambio receptam videlicet cum terra ad vsum sex aratrorum sufficienti, quam eidem Chak Comiti de terris Castri Zarandiensis Pettrethe et Bezzegd vocatis per Dionysium filium Georgii Comitem Zarandiensem dilectum et fidelem nostrum fecimus assignari, ipsis hospitibus de Füzegh Thü ex regia liberralitate duximus conferendum, quam quidem terram Saar per Georgium filium Desiderii, Cancellarium Da-

piscerorum nostrorum, iuuenem Domns nostrae familiarem, dictis hospitibus nostris fecimus assignari. Vt igitur huius nostrae collationis series perpetuo et irrevocabiliter perseueret, praesentes dictis hospitibus nostris litteras concessimus, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Metae autem praedictae terrae Saar, prout idem Magister Georgius viva voce nobis retulit, hoc ordina distinguuntur: Prima meta incipit a parte orientali in monte Zaarhumuk, inde vadit ad Megekw, versus partem meridionalem, et inde tendit ad calidam aquam, cui commetanei sunt Ugrun, filius Pous, et Praepositus de Moyk, inde vadit ad magnam viam, et inde tendit iuxta eandem magnam viam ad calidam aquam supradictam, et inde vadit ad nemorem Keörus vocatam, cuius commetanei ibi sunt Magister Stephanus et Abbas de Tatta, et inde vadit ad fluvium Homord vocatum, et iuxta fluuium eundem venit superius ad villam Pagha, cuius commetanei sunt Iobbagiones Castri de Kamarum et ibi terminatur. Datum per manus Magistri Demetrii, Albensis Ecclesiae Praepositi, Aulae nostrae Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCLXIX. Regni autem nossri XXXIV.

Exstat in Collectione diplomatica Czeckiana.

CCXCIV.

A. Ch. 1269. *Iudiciales regis Belae in causa Comitis Iacobi, ex iure vicinitatis contra Comitem Herdericum.*

Anno MCCLXIX. Iudiciales regis Belae in causa Comitis Iacobi, filii Hederici, Lothardi item et Buken, ex iure vicinitatis contra Hedericum, filium Comitis Dionysii, certam terram Castri Szolga Györensis N. vocatam, et alteram terram alterius castri Posoniensis Arpad Suka nominatam, et in Csalóköz existentes, perque regem praefatum

Comiti Nicolao, filio Petri, reginae militi, collatas ab eodem Comite Nicolao donatario septuaginta quinque marcis argenti ementem, suscitata, per non venientiam dictorum Actorum, stabilita emtione praeattacta, cum consensu ipsius etiam regis emanatae.

Originales in collectione Dipl. Georgio-Adonyiana.

CCXCV.

A. Ch. 1270. Idem Bela cambium inter monasterium de Thuruch et Abbatem de Zubur factum firmat.

Bela Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniaeque Rex, omnibus praesens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore, Regalis prudentia Maiestatis cum vniuersa et singula pro moderamine dirigere teneatur, potissimum ad illa, quae religioni congruunt, disciplinae conueniunt, proficiunt pro salute, invigilare tenetur cum corporalium incrementum suscipiat, et aeternorum proemia consequatur. Hinc est, quod ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire, quod constitutis coram nobis viris religiosis — — — — Abbate videlicet de Zubur, Ordinis Sancti Benedicti cum sufficienti et legitima procuratione communitatis suae, et procuratore omnium patronorum eiusdem Ecclesiae, Kosma scilicet, de his vno ex eisdem patronis, cum sufficienti mandato, qui tunc etiam conseruator vice omnium patronorum eiusdem Ecclesiae auctoritate nostra existebat, — ex vna parte; — et fratre Daniele Praeposito Ordinis praemonstratensium vna cum procuratore sufficienti Conuentus sui ex altera, — iidem volentes suis Ecclesiis prospicere meliora, talem inter se nobis mediantibus fecerunt ordinationem: quod praefatus de Zubur iuri

decimandi et decimis Ecclesiae suae in Thuruch prouenientibus cessit Ecclesiae beatissimae Virginis de Thuruch Ordinis Praemonstratensium totaliter et integraliter, consentiente eodem Kozma, praefato Patrono Ecclesiae de Zubur, permittens Ecclesiam de Thuruch praedictum ius decimas supradictas iure perpetuo percipere, ac etiam possidere. Praepositus vero de Thuruch; vna cum procuratore Conuentus sui assumserunt ex nostra voluntate et consensu, vt annis singulis singulas tres marcas cum denariis in Regno currentibus pro tempore in festo Sancti Andreae Apostoli coram Capitulo Agriensi Ecclesiae de Zobur soluere tenebuntur; praedictam autem pecuniam elapso triduo — — — — cum poena dupli, si iterum cessauerit in soluendo: praeterea dedimus etiam — — — — possessionum suarum in Thuruch existentium, quas nos ex consensu eorundem totaliter Ecclesiae Virginis Gloriosae — — — — — — terras item et villas Castri Zuthan, videlicet Rachich et Vduornok vocatas, iuxta memoratam Agriam existentes in perpetuum possidendas, sub metis antiquis et terminis, quibus Castrum — — — — possedisset; vt igitur praemissa ordinatio robur obtineat perpetuae firmitatis, litteras nostras praesentes concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Demetrii Albensis praepositi Aulae nostrae Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCLXX. Regni autem nostri anno XXXV.

E Chartulario Milleriano in Mus. Nation. Tom. VIII. pag. 6.

A. Ch. 1256. Capitulum Albense Alexium, filium Comitis Nicolai monasterio S. Montis Pannoniae possessionem suam Örs, Comitatus Simegh. 200. marcis denariorum regalium impignorasse, testatur.

Nos Capitulum Ecclesiae Albensis damus pro memoria, quod anno Domini MCCLVI. constitutis in nostra praesentia Domino Fauo, Abbate S. Martini de sacro monte Pannoniae, Laurentio Decano, Elia Cantore, et Fratre Hemrico Monachis dicti monastery ex vna parte; Elexio, filio Nicolai Comitis, Iohanne, filio Gregory consanguineo eiusdem, nec non Abbate monastery Iasz ex altera, propositum fuit coram nobis ab eisdem: quod cum dictus Elexius Henrico Comiti Simighien. Iudici curiae Domini regis pro redemptione cuiusdam possessionis suae nomine Moniuchel teneretur in ducentis marcis, nec haberet in ipso instanti paratam pecuniam, de qua satisfacere posset Comiti Henrico suppradicto, Dominus Abbas precibus saepe dicti Elexii inclinatus de pecunia monasterii sui praedictas ducentas marcas in denariis regalibus cum pondere — eidem; quas etiam Dominus Abbas ei dedit coram nobis, pro quibus idem Elexius quamdam possessionem suam, nomine Urs sitam in comitatu Simighien. cum omnibus vtilitatibus suis et pertinentiis, terris videlicet arabilibus, foeneto et piscaturis, syluis, seruis et libertinis, ac insulis, nec non aliis appendiciis idem Alexius dicto Domino Abbati et monasterio eius impignorauit in festo S. Laurentii tali modo: vt in principio tertii anni, eandem redimere teneretur; medio autem tempore omnes fructus et vtilitates ipsius possessionis Dominus Abbas et Monasterium ipsius percipiet, nec idem

Elexius ante lapsum duorum annorum poterit redimere. In principio vero tertii anni restituere tenebitur Domino Abbati ducentas marcas eodem modo cum pondere, sicut ei sunt solutae. Si autem in ipso termino redimere nollet, aut non posset, partes coram nobis nominabunt personas ad aestimandam possessionem memoratam; facta autem aestimacione quicquid vltra ducentas marcas superfuerit, iusto pretio Dominus Abbas soluere tenebitur Elexio saepedicto, si eandem voluerit comparare; alioquin ipsa possessio apud Dominum Abbatem, et ipsius monasterium oppignorata remanebit. Hoc etiam nolumus praeterire: quod si dictus Elexius in termino solutioni faciendae assignato, nec ad faciendam solutionem, nec etiam ad eligendum aestimatores vellet accedere, ipsa possessio dicto Abbati, et eius monasterio perpetuo remaneret possidenda. Hoc etiam adiicimus, quod si aliquis consanguineorum ipsius Elexii, vel quiuis aliquis ipsum Dominum Abbatem, vel monasterium suum medio tempore vellet impetere, super ipsa possessione, vel aliquis molestare, saepe dictus Elexius propriis laboribus et expensis expedire tenebitur ac in iure possessionis memoratae Abbatem, a Monasterium secum conseruare. Supra dictus etiam Ioannes, filius Grregorii, et Abbas de Jak confessi sunt coram nobis, quod idem Ioannes et Monasterium de Jak nullam in praedicta possessione haberent praetensionem. In cuius rei memoriam praesentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. "

E litteris eiusdem Capituli anno 1258. emanatis.

CCXCVI.

A. Ch. S. a. Idem Bela Comitem de Bakon conuentui Monialium de valle Weszprém ligna pro reaedificanda Ecclesia dare iubet.

Bela Dei gratia Rex Hungariae fideli suo Comiti de Bokon pro tempore constituto salutem et gratiam: fidelitati tuae mandantes praecipimus, quatenus Conuentui Monialium Ecclesiae S. Mariae de ordine Cisterciensi in valle Veszprimiensi existentium ligna in silua Bokon, quae pro reparatione curiae vel ad reaedificationem Ecclesiae necessaria fuerint, libere et sine quolibet impedimento dari permittas, quia eis hoc ex nostro concessimus beneplacito, praecipiendo firmiter tam Curiali Comiti tuo pro tempore constituto, quam vniuersis custodibus eiusdem siluae, vt currus ipsarum in deferendis lignis nullatenus praesumant impedire vel molestare. Datum in Segusdino in Dominica proxima post octauas Natiuitatis Domini.

Priuilegialibus Ludouici d. a. 1373. insertae.

CCXCVII.

S. a. Successionem inter Vinicolas ab instestato decedentes prope Iaurinum regulat.

Nos Bela Dei gratia Rex Vngariae memoriae commendantes significamus universis praesentium per tenorem. Quod requisiti per virum religiosum – – – Praepositum de Turuch Ordinis Praemonstratensis dilectum et fidelem nostrum de vinicultoribus prope Iaurinum sine liberis decedentibus, quid de bonis eorum fieri debeat, definivimus in hunc modum: quod si aliquis ex ipsis vinicultoribus decesserit sine liberis, bona omnia tam mobilia quam se moventia et immobilia, vineae videlicet et alia ad manus – – – Praepositi supra dicti universaliter deuoluantur,

tali tamen addita conditione, quod si relicta praemortui alicui matrimonialiter legitime velit copulari, qui praemortui conditionem et servitium subierit, ibidem inter praedictos vinicultores existendo habita - - - - - - - de bonis mobilibus praefati mortui vnum, quod praecipuum voluerit eligendo, cetera et reliqua relinquet relictae praemortui vinicultoris, et marito eiusdem subeunti hominis (?) et conditionem mariti praemortui, pacifice possidendam. Datum in Luth feria III. ante festum Sancti Georgii.

Miller Chartul. iu Mus. Nat. Tom. VIII. pag. 6.

CCXCVIII.

S. a. Idem Bela omnes et singulos a violento in villa Sala Conuentus de Thurócz descensu inhibet.

Bela Dei gratia Rex Vngariae fidelibus omnibus suis Baronibus per Salam transitum facientibus salutem et gratiam. Licet villam Sala, et villas ad eam pertinentes monasterio de Turuch contulerimus, tamen non minus sunt in nostra protectione constitutae, quam aliae liberae villae nostrae, vnde fidelitati vestrae praecipimus firmiter, et distincte, quatenus nullus vestrum super ipsas villas violentum descensum suscipere debeat vel praesumat, sicut indignationem regiam desideratis evitare: si vero aliqui vestrum ausu temerario super easdem villas descensum facere attentaverit, ex fide ei promittimus, quod villas talium praesumtorum, siue Baronum, siue aliorum quorumque destrui funditus faciemus. Nam cum nos villas nobilium descendere violenter non consueuimus, ipsi nullo modo in praeiudicium honoris regii descensum facere debent super villas nostras memoratas. Datum in - - - - - Innocentum - - - - - -

E Chartul. Milleriano in Mus. Nat. Tom. VIII. p. 6.

CCXCIX.

S. a. Idem Bela super diuisione terrae Hospitum de Kamar et de Golombok patentes edit.

Bela Dei Gratia Hungariae Rex memoriae commendantes significamus vniuersis: quod cum super terra Monasterii Sanctae Crucis de Kanisa, Golombuk vocata, quam nos titulo permutationis iam dudum ad nos recepimus, inter hospites nostros de Golombuk ex una parte - - - - - - hospites de Alba Curia ex altera, quaestio coram nobis fuisset diutius ventillata, nos materiam quaestionis super dicta terra inter eos ortae volentes amputare, taliter duximus relinquendum, ut dicta terra in eadem diuisione, in qua Magister Ladislaus Notarius noster, et Magister Thomas Ianitor, fideles nostri † in fluuio videlicet, qui in ea fluit, iuxta quem etiam metae iam sunt erectae, de nostro mandato diuiserunt, perpetuo maneat valitura. Itaque - - - - istam partem dicti fluvii nec hospites de Golombuk in praeiudicium hospitum de Alba Curia intrare praesumant, nec hospites de Alba Curia dictis hospitibus de Golombuk vltra dictum fluvium in portione, quae eos contingit, audeant aliquale praeiudicium irrogare. Datum in Lippelio tertio die post Octavas Sancti Iacobi Apostoli.

Videantur litterae Confirmatoriae Reginae Elisabethae sub Nro. CCCXXVIII.

*

A. Ch. S. a. Bela IV. R. H. Ponych, filium Arnoldi, ob manifestae calumniae delictum vbiubi comprehendi, ad imprimendumque ipsi characterem ad curiam adduci, hocque per fora omnia proclamari iubet.

Bela, Dei gracia Rex Hungarie, fidelibus suis vniuersis Parochialibus Comitibus, villicis, et aliis Iudicibus, quibus praesentes ostendentur, sa-

lutem et graciam. Cum nos vna cum Baronibus nostris omnes possessiones Ponych, fily Arnoldi, propter manifestam calumniae notam. de qua idem coram nobis et Baronibus nostris contra Kemen, Reinoldum et Jak, filios Ebed, conuictus exstitit, adiudicauerimus praedictis filiis Ebed et aliis aduersariis eiusdem Ponych perpetuo possidendas, sicut in priuilegio nostro super hoc confecto continetur, et decreuerimus per fora et ciuitates regni nostri publice proclamari debere, vt vbicunque idem Ponych inuentus et deprehensus fuerit, ad curiam nostram adducatur, ad imprimendum eidem caracterem, qui manifestis calumniatoribus infligi consueuit; fidelitati vestrae mandantes praecipimus, quatenus receptis praesentibus per ciuitates, villas et fora vestra praedictam sententiae nostrae formam faciatis publice proclamari. Nec aliquis vestrum huiusmodi proclamationem faciendam praesumat aliquatenus impedire. Dat. in Fuzegthu, in festo S. Michaëlis Archangeli.

Ex archiuo familiae Niczkianae.

*

A. Ch. S. a. Bela IV. R, H. nobiles viros, filios Ebed, sub testimonio Capituli Iaurinen. in possessionem Niczk portionem Ponich contingentem introduci, in hacque defendi iubet.

Bela, Dei gratia, Rex Hungariae, dilecto et fideli suo Stephano Iudici Curiae Dominae reginae M. charissimae consortis nostrae, et Comiti castriferrei salutem et gratiam. Fidelitati tuae mandantes praecipimus, quatenus assumpto tecum testimonio capituli Iauriensis, Nobiles viros, Kemen scilicet Reinold, et Iaak, filios Ebed iutroducas in possessionem Nichk vocatam, scilicet ad illam portionem, quae contingeret Ponich, filium Arnoldi contradictione qualibet non obstante. Quos intro,

ductos in eadem authoritate nostra conserues et defendas contra quoslibet molestantes. Datum in Fuzegthu in crastino Mathei Apostoli.

Ex archiuo familiae Niczkianae.

CCC.

A. Ch. S. a. Vestigia litterarum donationalium Belae IV.

Bela Comtti Bab Comiti de Trenchyn filio Comitis Bab ob egregia seruitia confert Terram Zobodycha ad castrum olim regium Bana pertinentem.

In litteris a. 1241.

Bela Comiti Bartholomaeo de Veche propter grata et immensa seruitia Coronae regiae laudabiliter impensa, donat terram Bankezu inter villam Zeg et Bankezu ecclesiasticam sitam.

Testamentum viduae ejusdem Comitis Bartholomaei de anno 1308.

Dionysius Palatinus et Comes Simighiensis edit litteras iudiciales in merito duorum molendinorum, 25. iugerorum terrae particulae feneti pro parte Abbatis de Bél.

In litteris anni 1235.

Priuilegium Chach, Comitis de Sopron, Hohoty Comitis de Castroferreo, et Demetrii Comitis de Chanad, iudicum a Domino Rege Bela constitutorum ad restitutionem praeexpositorum molendinorrm particulae item terrae et feneti, pro parte eiusdem Abbatis.

Ibidem.

CCCI.

— — Diplomata eiusdem Belae IV. in Tabulario Vaticano et Mediolanensi conseruata.

Complures Litteras ac Diplomata vidit Percz in Archiuo Vaticano Romae. Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde V. Band Hannover. 1824.

Ibidem hoc etiam commemorat: numerum Diplomatum in pergamena scriptorum in Archiuo Centrali Mediolanensi ascendere ad 70,000.

CCCII.

A. Ch. S. a. Capitulum Varadinense de terris Zomordok, Farnas et Szylyteluk statutis ad Stephanum regem Iuniorem refert.

Excellentissimo Domino suo Stephano Dei gratia iuniori regi Vngariae, Duci Transyluaniae, Domino Cumanorum. Capitulum Ecclesiae Waradiensis incolumitatem et orationes in Domino assiduas ac deuotas. Receptis litteris vestrae magnitudinis cum Nicolao filio Clementis homine vestro ad statuendas Terras filiorum Dionysii Farnas et Sziliteluk vocatas, et terram Michedey Zomordok vocatam, Mykola Comiti, filio Philipi, Paulum Sacerdotem de Kalata nostrum misimus hominem pro testimonio fide dignum. Qui rediens nobis retulit, quod praedictas terras sine praeiudicio iuris alieni nec non absque aliqua contradictione coram omnibus cometaneis praedictarum terrarum Mykola Comiti filio Philipi statuisset. Item in terra Mykola Comitis vnam metam per araturam destructam inuenissent per Iobbagiones Mykola filio Gereuonis, super quo Iobbagiones eiusdem, et ipsum prohibuissent.

E collectaneis Czekianis.

Accesserunt ad Subscribentes.

	Exempl.
Celsissimus D. Nicolaus Princeps Eszterházy de Galantha, Capitaneus Turmae Nobilium Praetoreae etc. . .	1
Excellentissimus D. Stephanus Comes Illésházy de Eadem, Dapiferorum regalium Magister.	1
Celsiss. D. Philippus Princeps de Battyán, Perpetuus in Német-Ujvár I.Com. Castrifer. Perpet. ac Sup.Comes.	1
Ill. ac Reuerend. D. Ant. Juranics, Episc. Iaurin. adhuc.	1
Ill. D. Antonius Comes Majláth de Székhely, Supremus Comes Zemplinien.	1
Ill. D. Iosephus Comes Teleky de Szék, Supr. Comes Szabolchensis, adhuc.	1

Exempl.

Ill. D. Franciscus Comes Győry de Radván, Supr. Comes Bács, Bodrogh vnitorum. 1
Ill. D. Ludouicus Com. Széchényi de Sárvári Felső-Vidék. Serenissimae Principissae haereditariae Regiae Sophiae aulae Praefectus 1
Ill. Domin. Maximilianus Ürményi de Eadem, Camerarius C. Regius. 1
Ill. D. Antonius Almásy de Zsadány et Török Sz. Miklós, Camerarius C. R. 1
Inclytus Comitatus Albensis. 1
In. Com. Arad. 1
In. C. Castriferrei. 1
I. Com. Gömörien. 1
I. Com. Nitrien. 1
I. Com. Szaladien. 1
I. Com. Szathmarien. 1
I. Com. Tolnen. 1
I. Com. Torontalen. 1
I. Com. Wesprimien. 1
RR. D. Ioannes Matizovich, Abbas et Canonicus M. Senior Diakovarensis. 1
RR. D. Iosephus Kukovich, Abb. Exc. Tabulae Ban. Praelat. Canon. Zagrab. 1
RR. D. Aloys. Richter, S. et C. Ord. Can. reg. Praem. de Jászo Lelesz, et M. Prom. M. Varad. Prael. Praep. 1
Mag. Dominus Petrus Kubinyi de Felső-Kubin, S. C. et R. A. M. Consiliarius. 1
Sp. D. Nicolaus Kolosvári, Comp. II. Comit. Tab. Iud. Ass. et Bonor. Ill. Com. Zichy in Káloozd Praef. 1
A. R. ac Cl. D. Iosephus Imre, Philosophiae Theoret. et Pract. Prof. penes Vniu. Pestanam P. et O. . 1
Sp. D. Ioannes Hrasko, regius Directoralis Fiscalis et II. Comit. Tab. Iud. Assessor. 1
Ciuitas L. ac R. Alba-Regalen. 1
— — — Cassouien. 1
— — — Szeged. 1
— — — Tyrnauien. 1
Lyceum Claudiopolitanum 1
Academia Cassouiens. 1
Collegium Debreczinense. 1
— — Sáros-Patakense. 1
Bibliopola Adolph. Hartleben, adhuc. 4
— — Otto Wigand, adhuc.. 2
— — Ioan. Miller. 1

CODEX DIPLOMATICVS HVNGARIAE ECCLESIASTICVS AC CIVILLIS

STVDIO ET OPERA

GEORGII FEJÉR

BIBLIOTHECARII REGII

TOMVS SEPTIMVS.

AD STIRPEM ARPADIANAM VIRILEM SVPPLEMENTAR.

VOLVMEN II.

BVDAE

TYPIS TYPOGR. REGIAE VNIVERSITATIS VNGARICAE

1832.

Si Historici, quorum est, res seu bonas, seu malas, vt actae sunt, referre, propterea quaedam in suspicionem vocent aut negent, quod hodiernis iuribus et consuetudinibus contraria sint; multis ex Historia resectis, magnam praeteritorum temporum ignorationem, cui mederi debebant, inducent." Katona Hist. Crit. Tom. VIII. p. 152.

Ad Lectorem.

Quod perennet, quod dignitatem tueatur suam, pro imbecilla rerum humanarum conditione, est nihil: nisi sociata virili contentione, collatisque liberaliter subsidiis confectum. Hoc vbi Reipublicae vtriusque commodo accidit, vti acceptissimum, ita gratissimum sit, oportet.

Meis ideo deforem partibus, si, dum fortunarum, quae Genti Hungarae Principibus Arpadianis mascula virtute regnantibus sunt concessae, supremas quasi duco lineas; in eos, quiqui apertis, illius illustrandae gratia, suis tabulariis, archiuis, scriniis, arcis eximie meruerant, mentem animumque haud intenderem.

Procul id ame. Illis grates dico publicas eo lubentius, quod hoc ipsa quoque monumentorum, quàe in Codicem Diplomaticum Hungariae confluxerant, fides

non tam desiderare, quam exigere videatur.

Celebranda praeprimis igitur Augustissimae Domus regnantis Clementia, quae ipsum sacratius aulae suae Tabularium Viris Illu. Georgio Kollár, Francisco item Comiti Széchényi patere voluit; conditoria vtriusque Camerae, Aulicae Viennensis ac Hungaricae, Gabrieli Hevenesi, ac Georgio Práy reserari; librum dictum regium Ill. Comiti Episcopo Ignatio Battyányi communicari iussit, vberrimo, amplissimoque cum prouentu.

Par fuit Sedis Pontificiae hoc in merito in gentem nostram liberalitas: Bullas, diplomata, quaeque in sacrario Vaticano aetatem tulerant, Cseleszio, Szörényio, Kollerio, tum aliis exscribendi gratiam fecit.

Regum, vtriusque Siciliae munificentia factum, quod documenta, quae Aulae huius cum Regia Hungarica nexum concernunt, illustria complura, Francisci Comitis Széchényi, aliorumve opera, excerpta teneamus.

Archiuum, Regnicolare dictum, ab anno 1764. Excelsiorum Virorum liberalitate conditum, ac locupletatum, Serenissimus Caesareo-Regius ac Haereditarius Princeps,

Iosephus Archi-Dux Austriae, Regni Hungariae tempore hoc Pro-Rex, pro sua, qua in gentis nostrae cultum fertur benignitate, mihi, et aliis recludi fecit.

Tabularium Celsissimorum Hungaricae Ecclesiae Primatum amplissimos, maximique pretii thesauros in Szörényii, Szent-Iványii, Péterfy, Schmitthy, Katonai, etc. sinus generose effudit.

Cymelium Diplomaticum Episcopatus Quinque-Ecclesiensis a Viro eximio Iosepho Koller; Agriense a Schmitthio, Nitriense ac Vesprimiense a Kaprinaio, Iaurinense ab Alexandro Károly, Zagrabiense a Kerchelichio, Farlato, Kovachichio, tum aliis, excerpta vbertim sunt.

Capitulum Ecclesiae S. Michaëlis Archangeli Transiluanae eo, quod monumenta, donationalesque suo archiuo conditas, in publicam protulerit lucem, maximam meruit laudem. Par debetur gloria Capitulo Scepusiensi, cuius munificentia Caroli Wagnerii Analecta Scepusiensia, Diplomatarium Sarosiense etc. in maximum Historiarum commodum, in lucem emerserant. Archi-Capituli Strigoniensis, ac Collegiati Posoniensis conditoria Szörényi, ac Szent-Iványi feliciter penetrarunt.

Principum etiam Eszterházy, Báttyányi, Pálfi tabularia lustrarunt Kováchichius, et alii.

Inter eos, quos Magnates dicimus, principe, intuitu hoc, stant loco, domus Vetustissimae Comitum Stáray de Nagy-Mihály, Forgách de Ghymes et Gács, Károlyi de Nagy-Károly, illustrisque Stiboricziorum propago, Baronum Mednyánszky. Erant hae in communicandis documentis suis promtissimae.

Hunc in censum veniunt etiam Comites: Amade, Andrássy, Bánfi, Berchtold, Betlehen, Csáky, Erdődi, Eszterházy, Festetics, Illésházy, Kálnoki, Keglevich, Nádasdy, Ráday, Széchényi, Teleky, Viczai, et Zichy.

Barones: Balassa, Bedekovich, Bruckenthal, Jeszenák, Kemén, Prónay, Révay et Vécsey.

E statu equestri eminent non absimiliter familiae antiquissimae: Berzeviczi, Kállay, Fáy, Niczky, Lónyai, Nyéky, Máriásy et Soos, sua in rem diplomatariam Hungariae munificentia. Tum: Aczél, Adonyi, Bory, Czek, Dacsó, Desewffy, Fejérváry, Gyurikovics, Jankovics, Kazinczy, Kisfaludy, Madács, Máttyásovszky, Mérey, Mocskay, Platthy, Rajcsányi, Turcsányi, Ujhelyi, Ürményi, et Uzy.

Prouinciae non absimiliter: Gömör, Neograd, Szathmár, Ugocsa, Zemplin, ac Nationes Saxonica et Siculica in Transiluania, Districtus Jazygum et Cumanorum priuilegiati, sua reserarunt tabularia.

Ex ordinibus Sacris ingenuo magis in rem Diplomaticam Patriae animo conspicui sunt: Praemonstratenses de Jászó et Lelesz; Cistercienses de Zircz, Pilis et Pásztó, ac S. Gothardo (Augustiniani et Paulini aboliti) Benedictini Sacri montis Pannoniae archiuum suum, librum item rubrum et nigrum — iis, qui castra sua obuallanda sumserant, patere siuerunt.

Maior his, quin praecipua, in Hungariae rebus Diplomatum luce vestigandis, est Vrbium liberarum ac regiarum gloria; egregie meruerunt: Bartfa, Buda, Cassouia, Cibinium Claudiopolis (Transiluaniae) Comaromium, Debrecinum, Eperjesinum, Ginsium, Jaurinum, Kremniczium, Leutschouia, Modra, Neosolium, Posonium, Sopronium, Szakolcza, Szathmar-Nemethinum, Szegedinum, et Thorda Transiluaniae.

E Croatia: Caproncza, Crisium, Posega, Varasdinum et Zagrabia.

E Dalmatia: Tragurium Sibenicum, et Spalatum.

Quin et exterae opes contulerant suas: Florentia, Mediolanum, Parisii, Neostadium, ac Vindobona.

E tam variis, dissitisque fontibus libandum nobis fuit, quum Societati eruditae Monacensi, Monumenta Boica adornanti, aquilegium regium plenis adfluit alueis, fortuna — si liceret — inuidenda!

Dicta taliter, quibus debebam laude publica, tabulàriis, quae rei Diplomaticae subsidio fuerant, monstratis, munere me, censeo, functum.

Pestini 19-a Martii
Anno 1831.

AVCTOR.

CCCIII.

A. Ch. 1270. Stephanus V. R. H. priuilegium Belae IV. hospitibus de Dobrona et Babaszek concessum roborat.

Stephanus Dei gratia Hungarie etc. Oibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam – hospites de Dobruna et de Babasceky exhibuerunt nobis priuilegium Domini Regis, carissimi patris nostri felicis recordacionis super libertate ipsorum confectum, petentes a nobis instantissime, vt ipsum priuilegium ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare, cuius quidem priuilegii tenor talis est: (Videatur Diploma Belae IV. d. an. MCCLIV. Cod. Dip. Hung. Tom. IV. Vol. II. pag. 226.) — Nos igitur iustis peticionibus dictorum hospitum inclinati, ipsumque priuilegium Domini Regis, Kmi patris nostri ratum habentes et acceptum, auctoritate presentium confirmamus duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus Magist. Benedicti Orodiensis Ecclee Prepositi Aule nostre Vice-Cancellarii Dilecti fidelis nostri An. Domino MCCLXX. Regni autem Nri. anno I. (L. S. P. duplicis in vna parte crucem, in alia virum sellae insidentem, sinistraque manu globum praesceferentem exhibentis).

Miller in Chartulario suo MS. Tom. VI.

CCCIV.

A. Ch. 1270. *Stephanus R. H. in fauorem filiae suae monialis terras Ducatus Szolgagyör Takson etc. monasterio B. M. V. de insula confert.*

Stephanus, Dei, gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galiciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Vniuersis Christi fidelibus, praesens scriptum inspecturis, salutem in salutis largitore. Vt donationes perpetua soliditate solidentur, nec per quempiam successorum possint reuocari, vel irritari, litterarum solent testimonio communiri. Iustius autem videtur et dignius, quod maxime inconcussum permaneat, quod regia magnificentia salutis causa duxerit largiendum. Proinde ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire: Quod nos pia ac salubri consideratione inducti, terras Ducatus et Zulgageur, Toxun, Zoich, et Kaad vocatas, in Comitatu Pestiensi existentes, cum omnibus vtilitatibus, et cum Ilbou insula, pro qua quaestionem mouerat Laurentius Palatinus, filius Keme, quam inuestigata profundius veritate comperimus pertinere ad magnam insulam regiae Maiestatis, quas terras Lorandus, filius Garae, de nostra olim possederat collatione, qui commissa infidelitate de nostro aufugerat regno, cum eisdem metis et terminis, quibus dictus Lorandus possederat, donauimus, dedimus, et contulimus Monasterio Sanctae Mariae de insula leporum, vbi filia nostra Charissima, ac aliae sorores Ordinis Praedicatorum, Deo iugiter famulantes, commorantur, perpetuo et irreuocabiliter possidendas. Metae autem et termini praedictarum terrarum hae sunt:

Primae metae incipiunt prope syluam, Horoszt vocatam, a Danubio; hinc tendit versus Orientem, ad quoddam fossatum, per quod transit via vna, vbi sunt similiter metae. Demum vadit ad aliud fossatum, similiter versus Orientem, in cuius medio sunt metae. Hinc proceditur aduch ad partes Orientales, iuxta locum, qui vocatur Zoichtelky, qui locus est a parte villae Toxun, vbi similiter sunt metae. Iude procedit ad eamdem partem Orientalem, ad metas, quae sunt inter duas vias. Ab hinc vergit per viam vnam, versus dumos et syluam Velek et Miehedeus, Nyarasvelg vocatam, iuxta quam syluam sunt metae, inter duas vias, a quibus metis declinat ad partem Occidentalem, ad vnum pratum, iuxta quod sunt metae distinguentes terras Velek, et Mihedeus, ac Tauernicorum a terris praenotatis et ibi terminatur. Item in Comitatu Albensi Essian terram populi castri nostri, cum tribus insulis paruis inter praedictam terram Essian et Magnam insulam existentibus, cum omnibus suis vtilitatibus et cum eisdem metis et terminis, quibus populi castri dignoscuntur ab initio possedisse, similiter donauimus, dedimus et contulimus Monasterio supra dicto perpetuo et irreuocabiliter possidendas. In cuius rei memoriam, et perpetuam firmitatem praesentes dedimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti, Praepositi Ecclesiae Orodien., aulae nostrae Vice Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCLXX. regni autem nostri anno primo."

Productum in Processuali causa Monialium Budensium per Baronem Laffert. In alia copia pro Kaad legitur terra Iraad.

CCCV.

A. Ch. 1270. *Idem Stephanus litteras priuilegiales Belae IV. pro Monasterio Abbatiae sanctae Crucis confirmat.*

E Codice Epist. Math. Corv. Schvandtneriano.

CCCVI.

A. Ch. 1270. *Idem Stephanus Rolando Bano, multis encomiis celebrato, castrum Kemluk, confert.*

Stephanus, Dei gratia, Hungariae, Dalmatiae, Choroatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Vniuersis Christi fidelibus, praesentium notitiam habituris, in salutis largitore salutem. Illam regalium oculorum intuitus circa conseruationem regni debet solerciam adhibere, vt columpnas regni sui, per quas longo tempore feliciter subnixum extitit et seruatum, curet prouide roborare; vt per hoc eorum fidelis potentia, pariterque potens fidelitas, ad regis et regni seruicia nobilius accingatur. Proinde ad vniuersorum tam praesentium, quam posterorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod dilectus et fidelis noster Rolandus Banus, de genere Ratolth, a primis pueritiae suae temporibus, felicis recordationis patri nostro prius, et postmodum nobis fidelium seruiciorum, et indesinentis fidelitatis munera curauit conformiter exhibere; quae quia longum foret narrare circulariter vniuersa, quaedam de multis tangere, ex quorum violentia tanquam ineuitabiliter conclusio subsequatur, et praescripta donatio irretractabili merito iudicetur, in partem sollicitudinis traximus edicendam. Is etenim eo tempore, quando insultus pestifer Tartarorum regnum nostrum, peccatis

exigentibus, viribus tenuarat, et propter hoc contra illustrem patrem et dominum nostrum, Regem Hungariae, Dux Austriae Fridericus, qui aliis temporibus regno Hungariae non potuerat restitisse, contra eundem Illustrissimum Patrem nostrum insultum faciens, calcaneum erigere non expauit, leuando contra eum fortissimum exercitum, velut hostis; duo castra nostra, in confinio Theutoniae constructa, scilicet Posonium et Supronium, contra eumdem Fridericum Ducem, cura diligentissima forti brachio confirmauit. Ipse vero ex ardentissima fidelitate sua sustinere non valens, quin personam suam in ipso congressu regio lateri sociaret, dimissis tota familia domi sue, et armatis quam pluribus in castris eisdem, personaliter ad dominum suum illustrem Patrem nostrum, et ipsum exercitum se transtulit. Cuius loco et vice maior et ductor totius exercitus regii constitutus, tam strenuus, tam diligens, tamque circumspectus ductor extitit, et pariter dimicator, quod licet quam plures de parte illustris patris nostri in eadem area, ob magnam fortitudinem, praelii diuino iudicio cecidissent, tamen Dux ipse per arma regiae potentiae in ipsa area praelii, diuino iudicio, dies suos clausit extremos. Item missus idem Rolandus Banus, cum aliis Baronibus per parentes nostros in subsidium nostrorum, vt Cumanos, qui se a regno Hungariae extrahere volebant, per eorum auxilium a limitibus regni Hungariae expelleremus. Vt nos inueniremur ipsos contempnere non nos ipsi: ydem Parentes nostri tamquam promissae nobis dilectionis immemores, pro eo, quod Rolandus Banus, quamquam iuxta mandatum eorum, grata nobis obsequia faciebat, per emulo-

rum obloquia, praedictum Banum tam grauiter destruxerunt, quod banatu suo ipsum indebite spoliarunt, et diuersas possessiones suas crudeliter destrui preceperunt. Quid plura? Baro iste cum regni nostri, propter bone mentis sue optimam dispositionem, semper status altissimos tenuisset, aliquando Palatinatum, quandoque Banatum, diuersos plures Comitatus; nec non aule regie magistratus, in iudicio iustus, fidelitate purus, conuersatione dulcis, omnibus et amandus; cum diuina manus tandem regnum patris nostri ad manus nostras iure successorio vniuersaliter conuertisset; vniuersi fideles nostri, tam ecclesiastice persone, quam seruientes regales, qui tempore coronationis nostrae in integrum, immensam congregationem apud Albam fecerant, tam pauperes quam diuites coronationem nostram videre cum gaudio exspectantes, voce in altum communiter eleuata huiusmodi commendationem de persona sua ad nostras aures regias extulerunt: Noueritis in regnum integrum Rex consurgens, inter omnes Barones illustris memorie patris vestri, et vestros hunc Rolandum Banum in omni bonitate et odore bone fame illibatum cunctis temporibus, secundum Deum et homines commendabiliter deguisse; et debere adhuc in posterum exaltari, gratia vestra regia mediante. His siquidem et aliis quam pluribus obsequiis et vniuersali laude merito refulgenti, et specialiter quia propter nos emissa in suam personam parentum nostrorum illustrium ira graui, et Banatu suo priuatus extitit, et destructionem omnium possessionum suarum passus fuit grauiter et indigne: fecimus eidem Rolando Bano quamdam donationem, licet inferiorem suis meri-

tis laude dignis: Dedimus enim et donauimus, contulimus et tradidimus eidem Rolando Bano, et per eum suis heredibus, heredumque successoribus in perpetuam possessionem Castrum Kemluk cum omni statu suo, cum omnibus terris, et cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, et praecise cum illis etiam, qui per illustrem Patrem et Dominum nostrum, seu etiam per alium vel per alios ab eodem Castro Kemluk, quandocunque alienata fuerant et distracta, et perpetue collationis et donationis munere possidendum iure perpetuo tenendum et habendum. Vt hec nostra donatio illi naturali regni nostri columpne facta, cuius progenitores et fratres carnales coronae regiae semper fidelitatem clarissimam praebuerunt; et qui in diuersis confiniis regni nostri, in captionibus castrorum, in praeliis durissimis, et in captiuitatum perpessione frequenter personam suam pro illustri patre et domino nostro, pro nobis et pro corona regni Hungarie exponere nullatenus dubitauit; nunquam per quempiam regum Hungarie illustrium, qui per successiua temporum curricula sunt feliciter regnaturi, qui ex recitatione tam fulgide fidelitatis poterunt merito iocundari, et cuius bani fidelitas tradi potest posteris in exemplum, retractationem, vt speramus et credimus, accipiet nullam, petimusque ac ponimus, vt non accipiat, sed munimen. Vt igitur hec nostra donatio tam rationabiliter facta perpetue firmitatis robur obtineat, nec vnquam valeat per quempiam retractari, praesens tradi iussimus priuilegium dupplicis sigilli nostri munimine perpetualiter roboratum. Datum per manus Magistri Benedicti, Prepositi Orodiensis, aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti

et fidelis nostri. Venerabilibus Patribus Philippo Strigonien. perpetuum Ecclesiae suae Comitatum Strigonien. tenente, Stephano Colocen. Aule Regie Cancellario, Archiepiscopis. Lamperto Agriensi. Briccio Chanad. Iob Quinque-Ecclesien. Philippo Vacien. Paulo Wesprimien. Lodomerio Waradien. Timotheo Zagrab. Dionysio Iaurien. Petro Transyluano Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Ioachino Bano, Moys Palatino et Comite Suprunien. Nicolao Iudice Curie nostre, et Comite Symigien. Egidio Magistro Tauarnicorum et Comite Posonien. Matheo Wajwoda Transiluano. Petro Magistro Dapiferorum, Philippo Pineernar. Alberto Agazonum, et Comite Scybiniensi, Magistris, et aliis quam pluribus Magistratus et Comitatus tenentibus. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo, Ducentesimo Septuagesimo. Idibus Iunii. Regni autem nostri anno primo."

E codice Diplomatico Istuánfiano p. 416—21 De Mathaeo Vajuoda Transiluaniae proprio pugno notauit in margine Istuánfius: „Iste credo est Mathaeus de Trenchinio, claudus, postea Palatinus, qui cum Carolo rege bellum gessit, herus Feliciani." Ibid. p. 420.

CCCVII.

A. Ch. 1271. *Ottocarus II. R. B. in Presburch donationem largitur.*

Litterae Ottocari II. Regis Boh. dd. Prespurch Anno Domini MCCLXXI. XVI Kal. Maii: quibus Ottonem de Berchtoldstorf in omnibus bonis, possessionibus et iuribus confirmat exceptis iis, quae cum officio Camerariatus Austriae velut Ducum feuda - coniuncta forent.

Weissgrill Schauplatz d. Unt. Oesterr. Adels I. Theil S. 346.

CCCVIII.

A. Ch. 1272. Idem Stephanus priuilegium Belae IV. hospitibus de Fuzegh-Thü concessum firmat.

Stephanus Dei gratia Hungariae Dalmatiae, Croatiae Ramae Seruiae Galliciae Lodomeriae Cumaniae Bulgariaeque Rex. Omnibus Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire. Quod hospites de Fuzegh-Thü ad nostram accedentes praesentiam, exhibuerunt nobis priuilegium Belae Regis piae recordationis charissimi patris nostri confectum super terra Saar nuncupata; supplicantes instanter, vt idem priuilegium nostro confirmare priuilegio dignaremur. Cuius quidem tenor talis est (sequitur Diploma Belae d. an. 1269. sub Nro. CCXCII. recensitum). – Nos igitur ad petitionem praedictorum hospitum fauorabiliter – – – – – praedictum priuilegium charissimi patris nostri de verbo ad verbum praesentibus inseri facientes authoritate praesentium litterarum nostrarum confirmauimus duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus Magistri Benedicti Praepositi Orodiensis aulae nostrae Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri Anno Domini MCCLXXII. Regni autem nostri anno II. Venerabilibus in X-to Patribus Philippo Strigoniensi, Stephano Colocensi, Aulae nostrae Cancellario et Ioanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamberto Agriensi, Benedicto Chanadiensi, Iob Quinque-ecclesiensi, Philippo Vaciensi, Paulo Veszprimiensi, Thimotheo Zagrabiensi, Lodomerio Varadiensi, Dionysio Iauriensi, et Petro Transyluano Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Moys Palatino Comite Sopro-

niensi, Iudice Cumanorum, Nicolao Iudice Curiae Comite Simighiensi, Aegydio Magistro Tauernicorum Comite Posoniensi, Ioachimo Bano totius Sclauoniae, Mathaeo Vajuoda Transyluano, Comite de Zonuk, Laurentio Bano de Zeurino Comite de Doboka, Petro Magistro Dapiferorum Comite de Gueske, Alberto Magistro Agazonum Comite de Zybino, Philippo Magistro Pincernarum, Paulo Bano Comite Vachiensi, Gregorio Magistro Tauernicorum Dominae Reginae Comite Castri-ferrei, Ponyt Bano Comite Zarandiensi, Michaële Comite Nitriensi, et aliis quam pluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores.

Exstat in Czekiano Diplomatario.

CCCIX.

A. Ch. 1272. *Idem Stephanus donationem Belae IV. Ecclesiae Vesprimiensi quoad Chicho factam firmat.*

Nos Stephanus Dei gratia etc. Praeterea Possessionem quandam Chycho appellatam, in valle Niveg sitam, quam venerandae recolitionis nostrae parens Rex Bela illustris materque nostra, vt in eorundem apparebat priuilegiis in Zalandi Episcopi bonae memoriae merita donauerant Ecclesiae Vesprimiensi, in quarundam Ecclesiae Vesprimiensis afflictionum recompensam. Datum in partibus Sclauonicis apud Taplitam feria quinta proxima ante Dominicam Pentecostes an. Dom. MCCLXXII.

Verbőczi I. Része II. czikkelyéuek magyarázatja. p. 56. in nota.

CCCX.

A. Ch. 1272. *Idem Stephanus Comiti Michaëli, filio Andreae, possessiones Szent-Miklós, Lónya etc. Simoni, Bank Bani genero ademtas, in praemium confert.*

Stephanus, Dei gratia, Vngariae Dalmatiae, Crovatiae, Ramae, – – – – praesentibus quam futuris salutem in eo qui regibus dat salutem. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod Michaël Comes, filius Andreae, dilectus et fidelis noster, ad nostram accedens – – – – Boltrag, Baty, Zolonka, et Lonya vocatarum, confect – et sigillo ducatus nostri consignatas, petens cum instantia, vt ipsum priuilegium renouari faceremus nostris sigillis regalibus – – – – Dux Transyluanus, Dominus Comanorum, omnibus Christi fidelibus, praesentem paginam inspecturis, salutem in omnium saluatore. Oportet regiam pietatem sibi iure laudis studio assert – – – rem inducti sine repulsa aliqua, ad alta et maiora et seruitia fortius accedant; proinde ad vniuersorum notitiam tam praesentium, quam posterorum harum serie volumus peruenire: quod – – et fidelis noster, quae idem nobis a temporibus infantiae nostrae iugiter in domo nostra famulando, fideliter exhibuit, et deuote, ac specialiter tempore persecutionis nostrae et miseriae – – non nostris meritis extra terminos terrae nostrae effectualiter voluit efugare, dictus Comes Michaël, filiis, cognatis, possessionibus suis, atque rebus vniuersis post tergum penitus derelictis, nobis adhaesit – – – mirum virtutum, et nostrum beneplacitum, ac mandatum, vt demum cum omnia castra nostra fere, ad quae Capita nostra et filiorum nostrorum, atque liberorum reclinare dispo-

sueramus, per proditores - - - ta fuissent in nostrum praeiudicium et grauamen, eundem Comitem Michaëlem ad conseruandum et custodiendum Castrum nostrum Tynzer nuncupatum, quod ex post factis ipsi Michaëli Comiti - - - - castrum suum proprium Temetye vocatum, misimus ex nostra scientia speciali; quae Castra nobis fideliter conseruauit; et post haec inter alias suas fidelitates in bello Erney Bani en - - - - ecialiter Hendricus, tunc temporis Palatinus nos interficere cupiebant, coram oculis nostrae Maiestatis in medias acies se immisit hostium, cunctis perturbatis, vbi victoriam habuit et - - volentes grata - - um - - bus - - dignus habeatur, vt meretur, terras seu villas - - sine herede decendentis, qui Auiam nostram regium - - - - ga Boltrag, Bathy, Zolontha et Lonya vocatas, ad manus nostras deuolutas, et villam Szent-Miklos, et - - quas quondam eidem Simeoni Andreas - - - et simpliciter sunt deuolutae, praefato Comiti Michaëli dilecto et fideli nostro, et per eum suis haeredibus, haeredumque successoribus dedimus et contulimus, iure perpetuo et irreuocabiliter possiden - - - - - aui de Potoz, hominis nostri ad hoc specialiter deputati vidimus contineri, taliter distinguuntur: Prima meta Terrae Lónya, et itur circa terram Beth, Matthaeus vocatam, in ripa Tytiae in parte occasus - - - venit ad duas magnas arbores ilicis, signatas pro metis, de quibus procedens venit ad caput vnius aquae Kothua vocatae, quae oritur de aqua Csoma - - - - voda, et per metas in ipso suo loco separat - - - ascendendo ad partem aquilonalem, et transit ipsam aquam per pontem, et in magna via descendendo ad meridiona-

lem, venit ad vnum lacum, in quo ipsa aqua tornatur, ad dextram ad metas - - - - tem habendo signa in arboribus, et transeundo vias huc et illuc, venit ad metas terreas, et contiguat terrae Domini regis Sumy vocatae, exeundo transit ad vnum riuulum Hilimma vocatum - - - - s terras, de quibus pergens in magna via circa vnam aquam Boltrag vocatam, ad meridionalem transit ipsam, ad metas terreas, et egreditur ad orientem per metas terreas prope vnum stagnum - - - - syluam venit ad vnum riuulum Iaszna vocatum, et ascendendo contra ipsum transit ipsum habendo signa in arboribus, pro metis; hinc transeundo vnam syluam exit ad aquam *Zirnia* - - *Zyrnia*, et contiguat terrae Kophoga, filii Michaëlis, et in eadem ascendendo ad aquilonares partes adiungitur terrae Domini regis *Zirtaja* vocatae, et in descensu eiusdem aquae in medio ipsius ascendendo - - - iterum terrae Domini regis Dobrum vocatae, et in eadem aqua descendendo in latere aquilonali exit de ipsa, relinquendo ad dexteram, et contra particulam ipsius in sinistra parte euntibus de ipsa ad vnum stagnum - - - - vs, et flectit se ad occasum, et complectendo ad se ipsum stagnum Sartos, veniendo ad caput ipsius, vertit se ad dextram, et eodem cursu circuit vnum locum lutosum Menyge vocatum, et tam - - - habendo metas in arboribus, et transit ipsam per metas, arbores, eundo per syluam, et transit magnam viam, et in ripa Tytiae finitur; de eadem per metas terreas, fossas, inter arbores stantes, Lasponya vocatas, quas Banch Banus pretio comparuerat, et cum filia sua Simoni genero suo donauerat, qui Simon in infidelitate, et absque haeredum so-

latio decessit, et villam Zalonka vocatam - - - - racal, et villas Boltrag, et Baty, quas Simon a Bethe emerat, et villam Zolna vocatam; item capitalis meta terrae Szent-Miklos vocatae egreditur in quodam campo Polznano vocato, in orien - - vertens se ad aquilonales, adit ad vnum riuulum Obua vocatum, ascendendo circa eumdem vadit per magnum desertum, pars vero voluens se ad meridionalem, venit ad vnam aquam Luthurta nominatam - - - um finitur a terra Domini regis sub vno longo monte; et hinc eundo transit vnum riuulum Sebes-Patak vocatum, et - - - magnas alpes remanet Comiti Michaëli, remanente in dextra parte ipsius aquae Domino regi. Vt igitur hae nostrae donationes robur obtineant perpetuae firmitatis, nec tractu temporis per quempiam possint irritari - - - nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Petri, dilecti et fidelis nostri, aulae nostrae V. Cancellarii. Anno Domini MCCLXX. - - Nos itaque ad instantiam et petitionem Comitis Michaëlis - - - donationem ratificantes de verbo ad verbum - - ipsum priuilegium praesentibus confirmamus, dupplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus - - - - Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno Dominicae Incarnationis MCCLXXII. regni autem nostri anno tertio, quarto kalendas Marcy, Indictione XV. Venerabilibus Patribus etc.

Cornides MSS. Tom. II. pag. 151 — 3. Fuit hic Michaël Stipes familiae Bácsi.

CCCXI.

A. Ch. 1272. Fassionales familiae de genere Buchoha coram capitulo Chasmensi.

Anno MCCLXXII. Fassio familiae de genere Buchoha super certa terra ipsorum, quatuor ara-

trorum in Ochna, et dimidietate siluae ad eam pertinentium pro Comite Iacobo filio Iacobi coram Capitulo Chazmensi perennaliter celebrata, vna cum sequestratione metarum praeattactae terrae fassionalis ad fluuium Chasmae sitae.

Originales in pargamena. Coll. Georgio - Adonyiana.

CCCXII.

A. Ch. S. a. Vestigium litterarum M. Sixti, Lectoris Strigon. in facto terrae Wsol sub Stephano V. emanatarum.

Earum mentio fit in litteris Confirmatoriis Ladislai IV. d. a. MCCLXXV. in facto eiusdem Terrae elargitis tenore sequenti: „Confirmantes insuper Literas priuilegiales Magistri Syxti Lectoris Strigoniensis tunc Iudicis a Domino Rege et Karissimo patre nostro illustris recordacionis per totum Regnum Hungariae super Terris Wdhwornicorum deputati super facto eiusdem Terre (Wsol) confectas quas similiter ad maius robus firmitatis ratas habuimus et acceptas."

Indidem.

CCCXIII.

S. a. Vestigium litterarum Stephani V. quibus merita Amani Vz in bello Bulgarico celebrat.

Hae extractiue memorantur in priuilegio Ladislai IV. d. an. MCCLXXIX. in ferius sub N. CCCLIII. producendo his formalibus: „Licet Amanus et Vz filii Kiliani de Saggh, et Ioannes filius eiusdem Vz fuerunt Castrenses Zolga Geurienses, tamen quia tempore Domini Stephani Illustris Regis gloriosae recordationis parentis nostri charissimi; tunc cum suam ad iurisdictionem, potestatem seu regimen Regnum Bulgariae subiugavit, iidem Amanus Vz et Ioannes in eadem expeditione multa et

laudabilia facinora impenderunt, prout per Rolandum Palatinum filium Tunoldy, Iudicem Curiae suae et Comitem Bachiensem eidem patri nostro clarius fuerunt recitate, et etiam super recommendatione huiusmodi suas per litteras nobis constitit euidenter."

Ibidem.

CCCXIV.

A. Ch. 1272. *Ladislaus III. vulgo Chunus, donationales Patris sui Stephani V. Abbatiae S. Crucis concessas rati habet.*

MCCLXXII. sexto decimo Kal. Decembr. Indict. V. Regni sui Anno I. Ladislaus III. per manus Magistri Nicolai Praepositi Eccl. Albensis Transyluaniae Vice-Cancellarii confirmat Priuilegium Patris sui Stephani V. Anno MCCLXX. Abbattae S. Crucis in Austria concessum.

E Codice Epist. Schwandtneriano.

CCCXV.

A. Ch. 1273. *Acta Capituli generalis Ordinis Praed. Pestini celebrati.*

1) Statuimus, quod in singulis prouinciis priores prouinciales, vel eorum vicarii, et definitores Capituli prouincialis, prouincias suas per vicarias distinquant, secundum quod eis videbitur expedire; quibus singulos vicarios praeficiant, qui non sunt Priores. nec Lectores Actu legentes, nisi prius a suis officiis absoluantur, requisito consilio fratrum praesentium ad dictas vicarias pertinentium, qui sunt de corpore capituli Prouincialis, plenarie gerant vices, excepta dumtaxat institutione et destitutione priorum et lectorum, et vbique teneant loca sua nisi in Capitulo dum officium suae vicariae exercent: quorum potestas die praecedente electionem immediate definitorum capituli prouincia-

lis expiret. Hos autem vicarios priores prouinciales possint corrigere, vel ex causa rationabili amovere.

2) Mortuo priore prouinciali vel amoto, ad prouinciale capitulum prioris prouincialis electio vel postulatio pertinebitur, et in die immediate praecedente diem assignatum ad sequens capitulum prouinciale celebrandum, prior prouincialis secundum formam canonicam eligatur, vel etiam postuletur, receptis votis a tribus de electoribus, qui primitus habitum nostri Ordinis susceperunt, nisi per communem inspirationem, vel per compromissum sibi voluerint prouidere, quodsi tunc sibi de prouinciali non prouideat, potestas prouidendi ad magistrum Ordinis transferatur.

3) Singulis annis in capitulo prouincialis, auditis culpis, fiat secretum scrutinium in conspectu omnium super retentione vel absolutione prioris prouincialis cum expressione officiorum fratrum exprimentium vota sua per tres fratres de corpore capituli, qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt, quod scrutinium non publicetur, vel aliter ostendatur sed statim sigillis definitorum in conspectu omnium sigillentur, et per definitorem generalis capituli vel eius socium, vel per socium prioris prouincialis in anno, quo prouincialium socius ad generale capitulum deputetur; et haec eadem forma scrutinii faciendi de priori conuentuali in tractatu eorum quae mittenda sunt ad capitulum prouinciale, obseruetur, et sigillo conuentus ipsum scrutinium sigilletur. Dictis autem scrutatoribus in virtute obedientiae prohibemus, ne dictum scrutinium alicui per modum aliquem reuelare praesumant.

4) Si socium prioris conuentualis euntis ad prouinciale capitulum contigerit impediri, antequam iter arripiat ad eundem, conuentus alium possit eligere loco eius.

5) Si capitulum prouinciale ex aliqua causa ad conuentum alium transferatur, post translationem prioris, vicarii potestas exspiret, et prior loci illius, ad quem capitulum est translatum, vices prouincialis obtineat. Si autem conuentus ille, vbi capitulum assignatum fuerat, vel translatum, priorem non habuerit, vel eum infra tempus vicariae suae mori contigerit, vel etiam amoveri, prior illius conuentus, vbi prouinciale capitulum antecedens fuerat celebratum, vices prouincialis in omnibus obtinebit, et sic deinceps retrocedendo, quousque conuentus, in quo capitulum prouinciale fuerit celebrandum priorem habuerit, qui vices prouincialis in omnibus optinebit.

6) Item, in capitulo de grauissima culpa, vbi dicitur: Praeceptum est patris nostri Augustini etc. deleatur totum vsque ad finem capituli, et dicatur sic: Hic carcerali custodiae mancipetur, et ibidem secundum exigentiam culparum, iuxta discretionem praelati, disciplinis et abstinentiis puniatur. Idem dicimus de omnibus illis, qui iudicio discretorum in communi sine gravi periculo vel scandalo tolerari non possunt.

7) Monemus quod priores prouinciales vel eorum vicarii non mittant ad custodia fratres dyscolos vel ineptos; et si quos tales miserunt, sine dilatione studeant revocare.

8) Item quod constitutio de non equitando, et de non comedendis carnibus, diligentius observe-

tur; et qui culpabiles inuenti fuerint, per priores prouinciales, et visitatores gravius puniantur.

9) Item, quod priores conuentuales constitutionem de silentio tenendo, et de poenitentia pro fractione silentii, et de ieiuniis ordinis, diligentius faciant obseruari.

10) Item, quod fratres dyscoli et indicisplinati ad conuentus novos et paruos non mittantur, et missi per priores prouinciales reuocentur, et ponantur, in quibus melius poterunt sub disciplina teneri.

11) Item priores prouinciales quando assignant fratres periculosos conuentibus, qui ignorant conditionem illorum, statum ipsorum prioribus illorum conuentuum studeant intimare.

12) Item, nullus prior conuentualis apostatam alterius conuentus recipiat, et ad ordinem sine prioris prouincialis, vel eius vicarii licentia speciali.

13) Item, quod continuatio de receptione fratrum conuersorum, secundum quod scripta est, observetur, et ipsi a prioribus in officiis occupentur.

14) Item, ordinamus, et iniungimus, quod in quolibet capitulo prouinciali fiat secretum scrutinium de receptione vel absolutione prioris prouinciclis, et sub sigillo definitorum expressis fratrum nominibus, mittatur ad capitulum generale. Idem etiam fiat de prioribus conuentualibus suis, et scrutinium sub sigillo conuentus mittatur ad capitulum prouinciale.

15) Item, volumus et mandamus, quod studentes pecuniam sibi a prouincialibus vel a conuentibus assignatam non expendant, nisi in libris theologicis, nisi de prius prouincialis licentia speciali.

Cum autem de studio redierint, de receptis et expensis priori prouintiali et conuentuali, teneantur reddere rationem, secundum quod ab ipsis pecuniam receperunt.

16) Item, volumus et mandamus, quod nullus frater habeat vestes ecclesiasticas, vel ornamenta, seu aliqna paramenta, nec cruces aureas vel argenteas, vel cum lapidibus pretiosis, vel anulos, vel lapides pretiosos: qui autem habuerint, expedire se infra tres menses a tempore notitiae teneantur: quod si non fecerint, illis conuentibus, de quibus fratres fuerint, assignamus.

17) Item, magister ordinis de voluntate, et consilio definitorum, praecipit districte in virtute obedientiae fratribus vniuersis, quod in alchimia non studeant, nec doceant, nec aliquatenus operentur, nec aliqua scripta de scientia illa teneant, sed prioribus suis restituant, quam cito poterunt bona fide per eosdem priores prioribus prouincialibus assignanda.

18) Item, volumus et mandamus, quod priores prouinciales, et definitores capitulorum prouincialium, nullum locum recipiant, nisi prius eis constiterit, quod sit locus idnoneus pro conuentu aedificando per fratres idoneos ad hoc inquirendum specialiter destinatos.

19) Item, tam priores quam eorum vicarii definitores Capituli generalis, transeuntes et redeuntes per eorum conuentus, deducant vel deduci faciant ad proximos conuentus, necessaria procurando.

20) Concedimus prouinciae Hispaniae duas domos, quarum una ponatur in sede Urgullensi; prouinciae Prouinciae unam, prouinciae franciae

vnam, ponendam in Poloniaco; prouinciae Theotoniae duas, prouinciae Angliae vnam, et omnes ponantur, vbi prioribus prouincialibus, et definitoribus capitulorum prouincialium videbitur expedire.

21) Ista sunt suffragia: Pro domino papa, et statu Vniuersalis ecclesiae quilibet sacerdos tres missas et suffragia pro defunctis. Pro Domino AMBALDO Cardinali defuncto quilibet sacerdos vnam missam; pro fratre Romano defuncto, quilibet sacerdos vnam missam; pro definitore Graeciae defuncto quilibet sacerdos tres missas etc. Pro qualibet missa superius posita clerici septem psalmos cum letania, et conuersi centum Pater noster cum totidem Ave Maria dicant.

22) Sequens capitulum generale in conuentu Burdegalensi in prouincia Prouinciae assignamus, vel in loco vbi secundum exigentiam consilii Magister duxerit eligendum.

Martene Thesaurus Anecdotorum Tom. IV. Col. 1667.

CCCXVI.

A. Ch. 1273. Vestigium Testamenti per M. Stephanum in fauorem Monasterii de Ben conditi.

Magister Stephanus filius Comitis Omodei de genere Hunt-Paznan viuente matre vxore et sorore morti proximus et postmodum etiam defunctus coram Comitibus Stephano de Pasztoh, Buben, Desiderio, Ioanne et Siba de Borch, et Leuca ac Pancratio filio Kazmery villam Kemend, cum eidem vicina villa Pauli in Comitatu Hontensi, nec non aliam villam Vezeken, Monasterio B. M. V. de Ben in Comitatu Hontensi, per Patrem suum Omodaeum fundato testamentaliter reliquit.

E Collectaneis Czekianis.

CCCXVII.

A. Ch. 1273. *C. Christophorus et Constantinus de genere, Herman cum congenerationalibus de Sák intuitu possessionum Saar et Ják concordant.*

Anno MCCLXXIII. Comes Christophorus et Constantinus de genere Herman ab vna, Ioachimus et Ladislaus de Saar, de genere Saak, ab altera partibus, respectu possessionum Saar et Ják coram Capitulo Castriferrei accordant.

Ex archiuo familiae Niczkianae.

CCCXVIII.

A. Ch. 1274. *Fragmentum eiusdem Ladislai litterarum, quibus res diuersis monasteriis, irruptione Tartarorum alienatas, restitui iubet.*

Ladislaus Rex mediante Dionysio Palatino et Iudice Cumanorum, ac Comite de Oklych, Venerabilibus et Religiosis viris S. Martini de Sacro Monte Pannoniae, Pechvarad, Syxardien. Tykonien. aliisque plurimorum monasteriorum Abbatibus in Regno suo existentibus vniuersas Possessiones eorum post insultus Tartarorum quouis modo ab eis alienatas, apud manus suas et aliorum habitas restituendas decreuit, ob remedium suae et parentum animorum, et vi productorum coram eodem Palatino priuilegiorum Sanctissimi Ladislai Regis de anno XVI. Regni sui, S. Stephani, Andreae item ac Belae olim Regum ac venerabilis Ducis Dauid.

E coll. Czekiana.

CCCXIX.

A. Ch. 1274. *Idem Ladislaus sententiam Laurentii Palatini, in Nobilium de Hetes fauorem latam, confirmat.*

Ladislaus Dei Gr. Hungariae etc. Rex. (sequitur confirmatio Priuilegii Palatini Laurentii de a.

MCCLXVIII. pro Iacobo, filio Abraham de Hetes elargiti.). Vt igitur huius rei series obtineat robur perpetuae firmitatis praesentes concessimus Litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti, Strigoniensis Ecclesiae Electi, Perpetui Comitis loci eiusdem, Budensis Praepositi, Aulae nostrae Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri A. D. MCCLXXIV. Regni autem nostri anni II. Venerab. Patribus Stephano Colocensi, et Ioanne Spalatensi Archi-Episcopis, Lamperto Agriensi, Iob Quinque-Ecclesiensi, Briccio Chanadien. Paulo Veszprim. Aulae nostrae Cancellario, Philippo Vaciensi Aulae Dominae Reginae Carissimae Consortis nostrae Cancellario, Timotheo Zagrabiensi, Lodomerio Varadiensi, Dionysio Iauriensi, et Petro Transyluan. Ecclesias Dei feliciter gubernantibus, Dionysio Palatino, Comite de Oklych, et Iudice Cumanorum; Henrico Bano totius Slauoniae, Nicolao Vajuoda Transyluano, Comite de Zonuk, Iuachimo Magistro Tauernicorum nostrorum Comite de Pilis, Nicolao Iudice Curiae nostrae Comite de Getka (?) Rainoldo Magistro Dapiferorum nostrorum, Herbordo Magistro Agazonum nostrorum Comite de Bana, Moys Magistro Tauernicorum Dominae Reginae Carissimae Consortis nostrae Comite Simigiensi, Dedalo Comite Zaladiensi, Ioanne Comite Sopron. Iacobo Comite Nitriensi, et aliis compluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores.

Ibidem.

CCCXX.

A. Ch. 1274. *Conuentus Pechvaradien. de villis Cselei et Kapsan, in Comitatu Baranya, Monasterio de insula B. M. V. legatis testatur.*

Frater Ladislaus, Conuersus pro ipsis Dominabus Sanctimonialibus cum procuratoriis literis earumdem astando, quasdam priuilegiales litteras quondam Excellentissimi Principis Domini Belae, olim Illustris regis Vngariae, Anno Domini Millesimo ducentesimo Sexagesimo Sexto, et praedicti Conuentus Varadiensis Anno Domini Millesimo ducentesimo Septuagesimo quarto emanatas, nobis procurauit inter cetera continentes seriem infrascriptam: quod Nana Comes, filius Pousae de genere Kalan, temporalium haeredum solatio destitutus, ipsum Belam regem interpellasset, quod liceret ei de possessionibus suis disponere pro suae arbitrio voluntatis; quo quidem Domino Bela rege eidem Nana de possessionibus suis ordinandi et conferendi liberam facultatem concedente, idem Nana Comes cum Domina Vxore sua, filia Comitis Moyus, quondam Comitis Palatini, pro transitorio, seu caduco haerede successorem sibi in bonis praedictis constituisset gloriosam Virginem, Dei et hominis Genitricem; personaliter igitur coram eodem Domino Bela rege comparendo inter cetera sua dona largiflua, praedictae Ecclesiae Beatae Virginis de insula leporum in Comitatu de Barania Chelei cum omnibus pertinentiis suis excepta parte monasterii sui de Zeer, in qua locus esset suae curiae, item iuxta idem praedium villam Kapsan totaliter contulisset perpetuo possidenda; saluo eo, quod si filius eidem medio tempore nasceretur, omnia, quae sua fuissent ad

ipsum, vel eius filium reuerterentur; quem si viuente Patre, vel illico post eius mortem contingeret finire dies suos, praedicta collatio sua remanèret; ita etiam, quod si vxor sua sibi superuiueret, in possessionibus specialibus, quas ratione dotalitiorum eidem assignasset, remaneret; ea vero decedente reuerterentur ad Ecclesiam antedictam. Praeterea Stephanus, filius Thomae de Kapsan omni solatio propinguorum destitutus, considerans, quod ea, quae in mundo sagaci cursu considerantur elabi, non sunt captanda, personaliter coram ipso conuentu Varadiensi constitutus, terram suam haeriditariam in Kapsan existentem cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis suis, videlicet terris arabilibus, foeneto, sylua, et duabus vineis ob remedium animae suae Monasterio perpetuae Virginis Mariae Budae in Insula constituto, nemine prohibente, libere ac spontanee contulisset hoc adiecto: quod quamdiu idem Stephanus cum sorore sua vixerit, in eadem terra sub tutela Ecclesiae residerent; si autem praedictum Stephanum ante sororem suam diuina vocatione debitum persoluere contingeret, ex ipsa terra secundum consuetudinem regni quartam partem, aut valorem persoluerent mulieri praedictae; quibus quidem instrumentis perlectis praedictae partes ad pacem faciendam se per nos dimitti postularunt."

Ex actis iudiciariis authenticis coram Ludouico. Anno 1367.

CCCXXI.

A. Ch. 1274. *Idem Ladislaus confirmationales patris sui in fauorem hospitum de Babaszek transcribit et ratificat.*

Ladislaus etc. Rex, omnibus Christi fidelibus praesentibus et futuris, ad quos praesentes Littere peruenerint salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum notitiam tenore presencium volumus peruenire, quod hospites nostri de Babazeky ad nostram accedentes praesenciam exhibuerunt nobis priuilegium Domini Regis Stephani, felicis Recordacionis Karissimi patris nostri super libertate ipsorum confectum petentes cum instantia, vt idem priuilegium ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare; cuius tenor talis est (Stephanus etc. superius ad annum MCCLXX. cum ea distinctione, quod hic solum hospitum de Babaszek mentio fiat.) — Nos itaque iustis peticionibus eorundem hospitum fauorabiliter inclinati, ipsumque priuilegium patris nostri ratum habentes et acceptum, auctoritate presencium confirmamus duplicis sigilli nostri munimine roborando. Statuimus insuper quod 7. marcas Argenti de Bana, quas Castellano siue Ballistariis in Castro Zolum commorantibus iuxta ordinacionem praefati Aui nostri Regis Bele inter alia pro stipendio sibi deputato consueuerunt soluere annuatim iisdem in festo Sancti Michaëlis omni anno soluere teneantur. Datum per manus Magri Benedicti Sacre Strigoniensis Ecclesie Electi, Eiusdemque loci Comitis perpetui, prepositi Budensis aule nostre Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCLXXIV. Regni autem nostri anno secundo. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Io-

anno Spalatensi Archi-Episcopis, Lamberto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Iobo Quinque-Eccles. Paulo Weszprim. aule nostre Cancellario, Philippo Vacien. aule Domine Regine Karissime consortis nostre Cancellario, Lodomerio Varadien. Thymotheo Zagrabien. Dionysio Iaurien. et Petro Transiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Dionysio Palatino, Comite de Oklych, et Iudice Cumanorum; Henrico bano tocius Slauonie, Nicolao Vaiuoda Transiluano, Comite de Zonuk, Iwachyno Magistro Thauernicorum nostrorum Comite Poson, et de Plys, Nicolao Iudice Curiae nostre, Comite de Guetke, Moys Magistro Tauernicorum Domine Regine, Comite Simigien; Magistro Iohanne Comite Suprunien; Gregorio Comite Castriferrei; Iacobo Comite Nitriensi et aliis compluribus Comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Miller in Chartulario Hung. T. VI.

CCCXXII.

A. Ch. 1274. *Capitulum Veszprim. Magistrum Renoldum, filium Miska, in territorio de Iutos statuit.*

Nos Capitulum Ecclesiae Vesprimiensis significamus quibus expedit praesentium per tenorem, quod Literas Domini Ladislai Illustris Regis Hungariae recepissemus ex debita reuerentia, continentes: vt testimonium nostrum idoneum mittere deberemus, coram quo Mathias Praestaldus seu homo Regius viginti Iugera terrarum et vnum molendinum magistri Renoldi, filii Comitis Miska, in Territorio de Iuttos citra iustitiam occupata reambulando eidem Magistro Renoldo statueret et assignaret, si non fuerit contradictum,

Contradictoribus ad Regiam praesentiam euocatis ad terminum competentem. Igitur cum vnum ex nobis virum idoneum cum homine Domini Regis ad reambulandum eadem XX. iugera Terrarum et molendinum destinassemus, mandato Regni fideliter assurgentes, ecce siquidem cum eisdem quidam homo nomine Matheu, Tauernicus Reginalis ad nos veniens de villa Iutos exposuit viua voce socio nostro et homine domini, Regis hoc idem referentibus seriatim, quod praedictus Magister Renoldus in territorio de Iutos haberet XX. iugera terrarum, et vnum molendinum, cum vno fundo curiae mixtim inter iura aliena, quae idem Matheu cum duobus cognatis suis detinebant indebite occupando, qui quidem Matheu quantum sua intererant, praenotata XX. iugera terrarum et molendinum coram nobis ipsi Magistro Renoldo restituit et resignauit, perpetuo possidenda, negans se habere iuris aliquid in eisdem. Datum Anno Domini MCCLXXIV. Sabato ante Dominicam Circumdederunt. (L. S.)

Kovachich in Genealogia MSS. Familiae C. de Battyán.

CCCXXIII.

A. Ch. 1274. *Statutum Capituli generalis Ord. Cisterc.*

„Committitur auctoritate Capituli generalis Abbatibus de S. Cruce in Austria, tam in Capite, quam in membris, et de Cikador et de Rinca, vt in Hungaria ad abbatias ordinis personaliter accedentes diligenter inquirant, et attendant, qualiter ibidem ordo et religio obseruetur, cum in multis ordo in illis partibus exorbitare dicatur, et de personis ordinis plura inconuenientia fuerint

Capitulo generali nuntiata. Et quid super hoc inuenerint, sequenti anno per suas patentes litteras fideliter referant Capitulo generali, et si in his exequendis omnes interesse nequirent, duo nihilominus exequantur. Abbatiae vero, de quibus inquirent, de expensis Inquisitoribus prouideant conpetenter.

Martene Tom. IV. Anecdotorum Coll. 1444.

CCCXXIV.

A. Ch. 1275. *Idem Ladislaus congenerationales Csögleianos vna cum terra ipsornm Csögle nobilitari praerogatiua donat.*

Ladislaus Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Vniuersis Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris, salutem in omnium Saluatore. Regalis sublimitas licet alta contempletur summo consilio, fidelitates tamen et obsequia non postponit subditorum, et quos praua progenitorum onerauerat conditio, regiae pietatis lenitas alleuiat et attollit. Proinde ad vniuersorum tam praesentium quam futurorum notitiam harum serie volumus peruenire, quod cum Dege filius Ioannis, Endre et Paulus filii eiusdem; – item Chama Ioannes et Martinus, item Stephanus et Isaak filii Mycula, ac Simon filius Salamonis de villa Chygle de Ioubagionibus Castri nostri Veszprimiensis oriundi, seruientes Rolandi Palatini ac Iudicis Cumanorum, a primaeuis suae pueritiae temporibus carissimis progenitoribus nostris Belae Illustri Regi Hungariae, auo nostro beatae memoriae, et carissimo patri nostro Stephano Inclyto

Regi Hungariae felicis recordationis, et nobis ac regno nostro in diuersis regni expeditionibus et specialiter in obsidione Castri nostri Iauriensis, quod casualiter per Teutonicos fuerat occupatum, vbi quidam ex ipsis vulnerati fuerant, omni feruore fidelitatis cum eodem Rolando Palatino suum impendissent famulatum, et omni cordis desiderio, pro fidelitate coronae regiae debita et tuitione regni Hungariae exhibuissent indefesse, sicut nobis per Rolandum Palatinum, et alios Barones Regni nostri est relatum. Nos - - - - qui ex officio suscepti regiminis pensare tenemur fidelitates et obsequia singulorum, et vnicuique regalis munificentiae donum porrigere iuxta suorum exigentiam meritorum; eosdem Dege, Endre, Paulum, Chama, Iohannem, Marcum, Stephanum, Isaak et Simonem de Iobbagionatu Castri nostri Veszprimiensis, simul cum terra eorum in eadem villa Chygle existentes, in numerum, cetum et consortium seruientium regalium duximus aggregandos; volentes vt ea per omnia gaudeant libertate, qua alii nobiles regni nostri gratulantur. Vt igitur huius exemptionis series perpetuo robore fulciatur, praesentes eisdem concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti, Sanctae Strigoniensis Ecclesiae Electi, eiusdem loci Comitis perpetui, aulae nostrae Vice-Crncellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCLXXV. Regni autem nostri anno III. Venerabilibus Patribus Iohanne Spalatensi, et Stephano Colochensi Archi-Episcopis, Iob Quinque-Ecclesiensi, Philippo Waciensi, aulae Dominae Reginae Cancellario, Lodomerio Waradiensi, Thymotheo Zagrabiensi, Dionysio Iauri-

ensi, Petro Transiluaniensi, et Andrea Agriensi Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Rolando Palatino Iudice Cumanorum, Thoma Comite Posoniensi, Iudice Curiae nostrae, Iohanne Bano totius Sclauoniae, Nicolao Bano Maritimo, Vgrino Bano de Zeurino, Egydio Magistro Tauarnicorum nostrorum, Mathaeo Waywoda Transyluanensi, Moys Magistro Tauarnicorum Dominae Reginae, Nicolao Magistro Dapiferorum nostrorum, et aliis quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

Ex originali.

CCCXXV.

A. Ch. 1275. *Idem Ladislaus priuilegium aui sui Belae IV. super terra Wdvornicali confectum firmut.*

Ladislaus Dei gratia Hungarie Dalmatie Croatie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Cumanie Bulgarieque Rex. Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes literas inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Magister Pous et Magister Benedictus frater eius ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium Serenissimi Regis recordationis inclite aui nostri super terra Wdhwornicali Wsol vocata confectum, petentes, vt collationem huius et priuilegium ipsius aui nostri ratificare et nostro dignaremur priuilegio confirmare, cuius tenor talis est (Bela etc. sequitur diploma superius Nro. CC. LXXIX. relatum) - Nos igitur priuilegium dicti aui nostri non abrasum, non cancellatum nec in alya quacunque sui parte viciatum super huiusmodi collacione ratum habentes et acceptum; de verbo

ad verbum presentibus inscriptum auctoritate presencium duximus confirmandum; confirmantes insuper litteras priuilegiales Magistri Syxti Lectoris Strigoniensis tunc Iudicis a Domino Rege et carissimo patre nostro illustris recordacionis per totum Reguum Hungarie super terris Wdhwornicorum deputati super facto eiusdem terre confectas, quas similiter ad maius robur firmitatis ratas habuimus et acceptas. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes dedimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie electi, perpetuique Comitis loci eiusdem, Prepositi Budensis, aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno MCCLXXV. tertia kalendes Ianuarii Regni autem nostri anno tertio.

(Sigillum fractum Ladislai Regis ex zo-)
(na e filis albi viridis et subrosei colo-)
(ris constante pendens.)

Ex originali membranaceo.

CCCXXVI.

A. Ch. 1275. *Idem Ladislaus Michaëli de genere Bana terram cocorum regalium Dolosd confert.*

Ladislaus etc. sequitur Extractus tenoris huiusmodi: quod idem Rex Michaëli filio Michaëlis de genere Bana, et suis heredibus suppliciter petenti pro suis fidelibus meritoriis seruitiis quandam terram cocorum regalium Dolosd vocatam in Comitatu Veszprimiensi in Bakon existen. nomine terrae vacuae et habitatoribus destitutae ad 4. aratra sufficientem, vt eidem Domino Regi dictum exstitisset, donasset, atque in perpetuum contulis-

set eandem per Demetrium de Ászár, hominem suum regium, coram testimonio Capituli Hantensis praesentibus vicinis, et cometaneis eiusdem, nullo contradictore apparente statui committendo. Datum Quindecimo kalendas Augusti. Anno Domini M. Ducentesimo LXXV. Regni autem nostri anno tertio.

E tardioribus litteris Ladislai Ducis Opuliae et Regn. Hung. Palatini d. a. 1370. in coll. Czekiana existentibus.

CCCXXVII.

A. Ch. 1275. *Statutorum Capituli Gener. Ordinis Cisterc. decretum.*

Commissio facta anno praetacto Abbatibus S. Crucis de Austria, de Cicador, et de Ruthna de Abbatiis in Hungaria etc,

Martene Tom. IIII. Anecdotor. Col. 1450.

CCCXXVIII.

A. Ch. 1275. *Elisabetha, senior regina, Ladislai regis mater, priuilegium Belae IV. super diuisione terrarum Kamar et Golombuk confirmat.*

Elisabeth Dei gratia Regina Hungariae omnibus Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad vniuersitatis vestrae notitiam tenore praesentium volumus peruenire: quod accedentes ad nostram praesentiam hospites nostri de Kamar exhibuerunt nobis super sua libertate Priuilegium clarae memoriae Domini Belae Inclyti Regis Hungariae - - - soceri nostri petentes cum instantia, vt ipsum ratum et gratum habere, et nostro dignaremur priuilegio confirmare, cuius tenor talis est (sequitur Diploma Belae IV. d. a. 1263 sub Nro. CCLXXIV. recen-

situm) — Exhibuerunt etiam duas patentes litteras sub magno sigillo et sub sigillo annuli eiusdem Domini Regis super facto diuisionis terrae ipsorum et hospitum de Golombuk hunc tenorem continentes: (Videantur litterae Belae sub Nro. CCLXVIII. occurrentes). — Nos itaque iustis petitionibus ipsorum inclinatae, tam ipsum priuilegium, quam etiam ipsas patentes de verbo ad verbum rescribi faciendo nostro priuilegio duximus confirmandas. Datum per manus Magistri Gregorii aulae nostrae fidelis - - - - Cancellarii An. Domini MCCLXXV.

Exstat in Collectione Czekiana Diplomatica.

CCCXXIX.

A. Ch. 1275. *Rudolphus Imp. Henricum Bauarum, ne in Ladislao rege cum Ottocaro Bohemo reconciliando operam det, monet.*

Quod solitae tibi salutationis forma, ex Regiae prodiens affabulationis beneuolentia, non dirigitur etc. (sequitur cohortatio ad vnionem inter eundem Henricum et fratrem eius Ludovicum Comitem Palatinum restabiliendam). Caeterum cum Rex Bohemorum manifestus sit hostis Imperii, et in proscriptione Regia perseveret, tibi firmiter et Imperialis gratiae praecipimus sub obtentu, quatenus ad concordandum N. (i. e. Ladislaum IV.) cum ipso N. (i. e. Ottocaro Bohemo) te ullatenus intromittas, quia huiusmodi concordia videtur in conspirationem contra nos, et sacrum Imperium manifestius aspirare. Alioquin si contra inhibitionem nostram concordare dictos Reges aliqualiter attemptares, hostibus et inimicis nostris fauere, luce clarius videreris, nosque a modo te

tanquam fidelem principem sacri Imperii promovere, et diligere non possemus.

Gerberti Codex Epistolaris Rudolphi I. Roman. Regis pag. 77.

CCCXXX.

A, Ch, 1276. Idem Ladislaus filiam Rudolphi Imperatoris Andreae fratri suo copulandum petit.

Rex (Hungariae scilicet) Romanorum Regi, Diuinae Maiestatis prouidentia, cuius nutu reguntur omnia, et subsistunt, presentialiter vtique continens vniuersa, ne lubrica mygrocosmi materia per devia laboretur, aut naturalis affectionis igniculus invicem sine dilectionis fasciculo solueretur, in paradiso legem instituit matrimonii, per quod in terris propagaretur Karitas amicorum et nature proclivum virtus exciperet honestatis. Hinc enim iidem prietatis, et vnitatis affectio inualescit, quod descendentes ramusculos ad se retrahit, ex diuersis vnum efficiens coniugii puritate. Cum igitur in sublimitate vestri nominis, tamquam in ortu noui sideris, ex intimis gloriemur, cupientes, vt affectum nostrum proximitatis annexio sequeretur, super matrimonio contrahendo, inter filiam vestram, et fratrem nostrum Karissimum N. (Andream) de omnium procerum, Baronum nostrorum consilio, magnifico viro N. (Mainardo) cognato nostro Karissimo vices nostras duximus committendas. — Excellenciam vestram affectuosius requirentes, quatenus super huiusmodi matrimonio contrahendo, ipsi Comiti velitis prompte exauditionis fauorem, et gratiam impertiri, vt nostrae felicitatis invicem brachiis solidatis, glorientur humiles, terreantur tumidi, —, pessimi conterantur."

Gerbertus in Codice Epistolari Rudolphi I. pag. 150. in nota.

CCCXXXI.

A. Ch. 1276. Idem Ladislaus Mainhardum, Comitem Tyrolis, Clementiae, filiae Rudolphi Imp. fratri suo Andreae, Slauoniae Duci desponsandae gratia, vices suas interponere petit.

„Incentiui amoris affectio, quo naturaliter seminarie dulcedinis progenie sumus Diuino coniuncti munere, nos ab invicem discedere, non permittit. Nam etsi reliqua rerum turbine varientur, natalia tamen cognationis iura nequeunt immutari; vivit enim propinquitatis igniculus, non excidit, quamvis ardente sole, non deficit, nutritur solis radio, non arescit. Eo igitur instinctu cognationis illecti, quo proximis affinitatis gradibus vnum sumus, de nostra, et nostri regni turbacione, per vestras scribitis litteras non immerito nos turbari. Intendentes nihilominus precordaliter remedium adhibere, quo turbata iura regni nostri in statum debitum reuertantur. Nos nimirum, si a principio regiminis, maxime tenerrime etatis nostre primordiis, in nos inimici latentis excubie vbilibet valuerunt, hoc nostris minoribus ascribimus annis, et dissidiis intestinis, non quidem potentie aduersantis, qui pocius Regibus Vngariae subesse noverat, non obesse. Nunc vero celesti munere nostris crescentibus annis, prosperantibus auspiciis, discordiis intrinsecis ad concordiam reuocatis, in spem rediuivam, dante Domino, redeunt vniuersa, et quum de felici vnione matrimonii vestre filie, carissime cognate nostre, Romanorum Regi (Regis) filio copulate, admodum gratulari cupientes, et nos cognationis propagine vnum effici cum eodem, sicut et vobiscum primordialiter vnum sumus, vestram sinceri-

tatem requirimus, et rogamus cum affectu; quatenus procurare velitis, et efficaciter interponere partes vestras, vt fratri nostro Charissimo eiusdem Regis, si extat, filia matrimonialiter copuletur, super quo, et prudentiae vestrae Consilium ad ipsum Dominum Regem, (et) nuncium N. dilectum nostrum, de omni procerum, et baronum nostrorum consilio, ordinavimus destinandum, totius negotii ordinem, et tractatum, vestris humeris fiducialiter imponentes, vt vestrae sinceritatis prosapia, in Reges Vngariae matrimonialiter propagata, redivivo affinitatis vinculo non discedens, sed accedens, et quasi cortina cortinam trahens, recentius enitescat."

Gerberti Codex Epistolaris Rudolphi I. pag. 149. in nota sub Nnmero I.

CCCXXXII.

A. Ch. 1276. *Philippus, Firmanus Episcopus, priuilegia monasterio de Thurocz concessa confirmat.*

Vniversis praesentes litteras inspecturis - - - - - miseratione diuina Firmanus Episcopus, Apostolicae sedis Legatus, salutem in Domino. Tenores quarundam litterarum Domini Belae bonae memoriae illustris Regis Vngarorum, sicut sub sigillo ipsius contineri perspeximus, de verbo ad verbum praesentibus fecimus annotari, qui tales sunt: (sequuntur 4 priuilegia Belae IV. in fauorem Monasterii de Thurocz edita et sub Nris Cod. Dipl. praeinserta.) — In cuius rei testimonium praesentes litteras fieri fecimus, et sigilli nostri appressione muniri. Datum Strigonii VIII. Idus Septembris, Indictione IX. festo divi Martini Episcopi V. Anno I.

Ex Chartulario Milleriano Tom. VIII. pag. 6.

CCCXXXIIII.

A. Ch. 1276. Idem Ladislaus desolationem Ecclesiae Vesprim. per sui persecutores illatam donata villa Korus, cum omnibus vtilitatibus, leuare nititur.

Ladislaus, Dei Gracia, Hungarie, Croacie, Dalmacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex omnibus in Christo renatis presentibus, et futuris hanc paginam inspecturis salutem in omnium Saluatore. Ad hoc in terris Ecclesie diuinitus sunt constructe, vt in eis pro humanis excessibus et secularium salute principum venia imploretur. Ideoque Ecclesie et persone in eis diuinis obsequiis mancipate, que appellacione iuris publici continentur, ab ipsis Principibus vicissitudine reciproca sunt tuende: cum ius publicum consistat in Magistratibus, sacerdotibus, et in sacris. Proinde vniuersorum noticie presencium serie innotescat, quod cum in Vesprimiensi Ecclesia singulari deuocione Corone subnixa regie, persecutorum ipsius Ecclesie proteruia facciosa, in indumentis pontificalibus et ornamentis ecclesiasticis aureis, argenteis, purpureis, gemmis et lapidibus pretiosis damnum ad quinquaginta millia marcarum esset datum, ex quibns quedam, licet pauca, sub breuitate huiusmodi numerantur: Videlicet quindecim Calices de auro, ornati gemmis et lapidibus pretiosis, sexaginta marcas auri continentes; viginti calices argentei, viginti cruces aurei processionales. Tria thuribula aurea, quindecim marcas continentia; vna sistula aurea, et aspersorium aureum decem marcas auri continentia; quatuor thuribula argentea, quatuordecim marcas continentia; quatuor plenaria aurea, ornata cum gemmis et lapidibus

pretiosis, vndecim plenaria argentea, sexaginta Dalmatice cum aurifrisiis nobilibus preparate, ac totidem subtilya eiusmodi materie et operis, totidem quoque subtilya de purpura deaurata, ad cottidianum vsum deputata; octuaginta cortine de exameto diuersorum colorum, centum viginti cortine de purpura et cendato; septuaginta cappe de exameto diuersorum colorum; quarum extremitates in parte exteriori erant cum aurifrisiis pretiosis latis ac amplis, et gemmis desuper contexte in plerisque; nonaginta cappe purpuree deaurate, decem paria indumentorum, seu ornamentorum altaris beati Michaëlis Archangeli de exameto, purpura, et baldigno deaurato, cum cooperta de Syndone; et manutergiis, quorum come erant auree, et appendicie manutergiorum auree. Sexaginta paria indumentorum seu ornamentorum Sacerdotalium, dyaconalium, subdyaconalium, et Acolitorum, promiscue cum aurifrisiis preparata, viginti IIII-or tapecia Graeca magna, ampla, et noua preter vsitata; Libri ecclesiastici ad valorem trium millium marcarum et alie res pretiose a tempore Sanctissimi Regis Stephani largicione Regum et collacione fidelium in Stipes templi, et thesaurum congeste, docs — — — dei, que existimacioni subiici vix valebant; preter bona honorabilis viri Magistri Pauli domini legum, eiusdem Ecclesie prepositi, fidelis nostri, que ex successione suorum progenitorum, in auro pretiosis lapidibus, et vasis argenteis ad summam trium millium marcarum, et in libris mille marcas habuit ad valorem, exceptis Libris iuris Canonici et Ciuilis quindecim personarum de Capitulo doctorum iuris vtriusque, et rebus eorum-

dem in stipendiis, et salariis per obsequia varia et diuersa presertim in perferendis ad sedem Apostolicam, imperatores, ac ad alios mundi principes et terrarum dominos legationibus impensa ex parte patris, auorum, et precessorum nostrorum felicium recordacionum conquisitis, que coaceruate summam decem millium marcarum excedebant; prepositis, Archi-Dyaconis, Canonicis, Assisiis, et presbiteris ipsam officiantibus ecclesiam, citra nostram voluntatem, nudis ignominiose tractis, more barbarico iuxta equos; sicut hec omnia honorabilium virorum, Capituli prefate Vesprimiensis Ecclesie miserabilis et veridica relacio nostre magnitudini patefecit. Nos a quibus ille exigit racionem, qui suam regibus et principibus commisit ecclesiam gubernandam, ne tutele arguamur male geste, rationis tempore distraende, Villam Korus cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis, vineis scilicet, siluis, terris arabilibus, molendinis, et fenetis, contiguam et conterminam possessioni eiusdem Ecclesie Merene appellate, cum iure tributi liberi super fluuio Merene Vrusthuhy appellato, de curru vini, vel aliis mercimoniis ponderato pondus vnum, de curru vacuo denarios IV-or, de equo quolibet denarios tres, de boue duos, de porcorum, ouium, vel caprarum singularum capitibus singulos denarios, de aliis autem rebus taxato tributo secundum exigentiam honestis moribus congruentem. Item forum in eadem villa liberum a potestate Comitis Zaladiensis, vel eius Vice-Comitis, vel cuiusuis alterius regni nostri potentatus prorsus exemptum. Item collectam quamlibet tam denariorum, quam victualium per regnum nostrum quocunque tempore ge-

neraliter vel specialiter indicendam ipsi Ecclesie super suos populos, in quocunque Comitatu, vel parte regni nostri existentes pro predictis suis damnis, et iniuriis in initium satisfaccionis aliqualis, quamquam pro amplissimis paucissima, et pro maximis minima, de omnium baronum nostrorum tam laicorum, quam prelatorum consilio, et consensu donauimus, dedimus, contulimus, et tradidimus, in solutum perpetuo irreuocabiliter possidendas; non obstantibus priuilegiis Regalibus vel Reginalibus, que super donacione ipsius facta cuilibet alteri, tempore aliquo forsitan essent data; cum ea contra presentem nostram collacionem vacua fere viribus et irrita censeamus; ita vt nullus Comitum vel baronum cuiuscunque potentatus praefulgent dignitate, quod per nos factum extitit in hac parte, coloracionis cuiuspiam velamento audeat detractare, contra facere presummens; si baro fuerit, iacturam dignitatis proprie paciatur, et marcarum quingentarum insuper luat poenam; si vero priuatus Nobilis, bonorum suorum omnium subiacebit periculo, pena nichilominus centum marcarum mulctandus. Vt igitur hec nostre collacionis seu donacionis series perpetuo maneat illibata, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Nycolay prepositi Ecclesie Transiluane, aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCC. septuagesimo sexto. Regni autem nostri anno quinto.

Ex Originali Capituli Vesprimien. Sigillum dupplex e rubris ac viridibus filis pendens fractum ac mutilum cum efigie regis corona liliata in throno sedentis, cruce item dupplicata.

CCCXXXIV.

A. Ch. 1276. Idem Ladislaus, filio Belud, de genere Osl, terram Kechul in Comitatu Castriferrei confert.

Ladislaus, Dei Gratia, Vngariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Gallitiae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Vniuersis praesentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore - - - - - - - Maiestas ex ipso suscepti regiminis Officio metiri tenetur merita singulorum, et cuilibet iuxta suorum seruitiorum exigentiam largissimis donatiuis prouidere. Proinde ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire. Quod nos consideratis fidelitatibus et meritoriis seruitiis Comitis Belud filii Belud de Generatione Osl, quae idem primum Domino Belae Auo nostro et Stephano patri nostro eminentissimis Illustribus condam Regibus Vngariae piarum recordationum a primaeuis suae pueritiae temporibus, et postmodum nobis in diuersis expeditionibus regni nostri dubiis se fortunae casibus semper submittendo fideliter exhibuit ac deuote, et specialiter haec seruitia ipsius prae mente habentes, quod cum Theotonici Confinia Regni nostri, Comitatum videlicet Soproniensem, pro deuastationibus et destructionibus faciendis in Regni nostri graue dispendium, et iacturam potenter adiissent. Idem Comes Belud sub Castro Pata apprehendens eosdem fauore fidelitatis accensus mortis timore penitus postposito, pro fidelitate nobis et Regno effectualiter obseruanda, in medios hostes nostros regnique nostri irruit, et ibi victis inimicis multisque ex ipsis interfectis et vulneratis militem strenuum captiuauit; nec praetermittimus quod in eadem area belli mortaliter fuerit vulneratus. De-

mum etiam cum hostes - - - - Regis Bohemiae similiter in Comitatu Soproniensi deuastationes et combustiones committerent, idem Comes Belud ipsis se iuxta quandam Aquam Bad vocatam obiiciens ipsos triumphauit plurimos ex iis vulnerando, multos occidendo, et multos captiuando. Praeterea nuper dum Theotonici in Regno nostro deuastationes facerent, saepedictus Comes Belud ex iis quemdam bonum militem captiuauit. Pro his igitur et aliis omnibus seruitiis ipsius, quae seruitia enarrata non solum narranti sed et audientibus propter suam multiplicitatem fastidium generarent et taedium, — quandam Terram Kechul vocatam in Comitatu Castriferrei existentem in qua Castrenses Castri eiusdem, et quidam custodes syluarum dicuntur residere, ipsi Comiti Belud et per eum suis haeredibus haeredumque suorum successoribus cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis ipsius Terrae in eisdem metis et terminis quibus cestrenses et custodes syluarum antedicti dignoscuntur possedisse; quamuis digne potiora mereretur, ad praesens tamen pro aliquali remuneratione contulimus, dedimus et donauimus iure perpetuo et irreuocabiliter pacifice possidendam. Vt igitur huius nostrae collationis series robur obtineat perpetuae firmitatis, nec possit vllo vnquam tempore per quempiam retractari, praesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Benedicti Sanctae Strigoniensis Ecclesiae - - - - - - Praepositi Budensis et aulae nostrae Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCC. LXXVI.

Ex authent. Transsumto.

CCCXXXV.

A. Ch. 1276. *Idem Ladislaus monasterium suum de Tyhon speciali ornat praerogatiua.*

Ladislaus monasterium suum de Tykon per Sanctos progenitores suos in honorem Sancti Aniani Confessoris fundatum Ordinis Sancti Benedicti hac speciali praerogatiua ornat: vt nimirum villa ipsius monasterii Apati nuncupata in eadem insula existens ab omni genere cuiuslibet cóllectae in regno suo siue denariorum siue victualium quocunque titulo emergentium existeret absoluta et omnino expedita. Datum Albae in octauis B. M. V. Anno MCCLXXVI.

E collectaneis Czeckianis.

CCCXXXVI.

A. Ch. 1276. *Idem Ladislaus terram Cocorum Michaëli filio Michaëlis donatam confirmat.*

Ladislaus etc. (sequitur Extractus tenoris sequentis) Quod ipse Dominus Ladislaus Rex ad instantem petitionem Magistri Michaëlis filii Michaëlis, quandam Terram Cocorum suorum Dolosd vocatam ad vsum vnius aratri sufficientem in Comitatu Vesprimiensi in Bakon existentem Salomoni, et Ambrosio de Bana seruientibus suis et eorum haeredibus et successoribus in perpetuum dando et conferendo per Comitem Simonem Officialem Stephani Magistri Dapiferorum suorum praesente testimonio Capituli Hantensis in conspectu vicinorum, et comtaneorum suorum cum Vniuersis suis vtilitatibus praefatis Salamoni, et Ambrosio statui fecisset, cui statutioni nemo ibi contradictorum apparuisset. Datum Anno Domini MCCLXXVI. Regni sui Anno quarto.

E tardioribus Litt. Ladislai Ducis Opuliae Regni Hungar. Palatini D. a. 1370.

CCCXXXVII.

A. Ch. 1276. Statutorum Capituli Generalis Ord. Cist. decretum.

„Abbas S. Godardi in Hungaria propter triennii absentiam a Capitulo generali non legitime excusatam, sortilegium, solemne periurium et manifestum domus dilapidationem deponitur in instanti. Hoc Abbas de Bolchan ei denunciet.

Martene Tom. IIII. Anecdotorum Coll. 1455.

CCCXXXVIII.

A. Ch. 1277. Rudolphus Imp. Ciuibus de Noua Ciuitate vineam in Hungaria emere, vel plantare, aut vina in Ciuitatem inuehere prohibet.

Rudolfus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus uniuersis Imperii Romani fidelibus in perpetuum. Cum omnis gloria sive potentia principatus in subditorum consistat solidata fortunis, expediens arbitramur et condecens ut simus subiectis nostris fidelibus et in iustitia faciles, et in gratia liberales. Ad uniuersorum igitur tam praesentium, quam etiam futurorum notitiam volumus peruenire quod nos animaduertentes puram deuotionis constantiam, et sincerae fidei puritatem, qua praedilecti Ciues nostri de Nova Ciuitate circa Dominii sui cultum semper splendide claruerunt: considerantes quoque, quod iidem Ciues se semper Regalibus beneplacitis exhibuere deuotos, in quo Regalis Clementiae beneficentiam sibi largiflue compararunt, eisdem Ciuibus ad deuotam eorum instantiam omnia Iura libertates et gratias, quibus iidem beneuolentia principnm terrae seu

concessione Romanorum Imperatorum et Regum hactenus sunt dotati, ex liberalitate Regia innovamus et confirmamus, de speciali gratia quaedam Iura libertates et gratias, quas praedictis Ciuibus concedimus, praesentibus inserentes, videlicet hoc: etc. etc. Item edictali lege decernimus, vt nullus ciuium in antea emat vel plantet vineam in Vngaria. Qui contra fecerit, decem libras nobis exsoluat, et vinum ad Ciuitatem non ducat. Insuper ad instantiam eorundem Ciuium statuimus, vt nullus vinum Vngaricum ducat in Ciuitatem, excepto crescente in vineis, quas nunc habeat. Nulli ergo etc. — Signum Domini Rudolphi Romanorum Regis invictissimi. Datum et actum apud Novam Ciuitatem Kalend. Decemb. Indict. VI. Anno Domini MCCLXXVII. Regni vero nostri Anno V.

Pez, Cod. Dipl. Hist. Epistolaris P. II. pag. 132.

CCCXXXIX.

A. Ch. 1277. Idem Ladislaus M. Benedicto, huiusque fratri Paulo, terram Chuuz confert.

Ladislaus Dei Gratia Hungarie Dalmatie Croatie, Rame, Seruie, Gallicie, Ludomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex. Omnibus Christi fidelibus praesen. Literas inspecturis salutem, in omnium saluatore. Ne rancoris sedicio, nec livoris ijatus, aut oblivionis successiva caligo, lapsu temporum, Regum tradita et donata pervertere, aut adnihilare valeant, digne ea ad memoriam futurorum et corroborationem eternalem inscribuntur, que de Regibus conferuntur. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire;

quod cum post obitum Karissimi Patris nostri Domini Stephani Regis, felicis recordacionis, in gubernacione regiminis, et Regni solium successisemus, jure, et ordine geniture, et in loco nostro Cathedrali Albe videlicet, in Ecclesia beate Marie Virginis Gloriose, honore regali, et more solempniter fuissemus coronati, Magister Benedictus Albensis Ecclesie nostre Canonicus, fidelis noster, in ipsa solempnitate coronacionis nostre, coram Baronibus Regni nostri, qui tunc presentes aderant, declarauit, postulando: Quod nos eidem de benignitate, et munificencia Regia, ex institucione Sanctorum progenitorum nostrorum, ac consuetudine approbata, qui ipso die Coronacionis nostre, nos Beatorum Progenitorum nostrorum sacris regalibus ad Coronationem consecratis induit indumentis, illum alicuius Possessionis collatione prouidere deberemus. Nos itaque, quos officium suscepti Regiminis edocet, parere consuetudini Progenitorum nostrorum et amplacti ea, que per Sanctos Progenitores nostros ordinata sunt, et sancita, considerantesque servicia ipsius Magistri Benedicti, que Progenitoribus nostris fideliter impendit, et maxime ob merita serviciorum suorum, quibus in ipsa solempnitate Coronacionis nostre complacere studuit coram oculis nostre Maiestatis, qnandam terram populorum Thawarnicorum nostrorum Chuuz vocatam in Comitatu Albensi existentem, cum pratis, terris arabilibus, paludibus, quod vulgariter Sár vocatur, et cum omnibus vtilitatibus suis, et appendicys vniuersis ad ipsam terram spectantibus, ex munificentia re-

gia, ob honorem et solempnitatem Coronacionis nostre et inicium nostri Regiminis ipsi Magistro Benedicto, et per eum Magistro Paulo fratri eiusdem, qui eciam in diversis Legacionibus nostris, fidelissimos nobis impendit famulatus, ac eorundem successoribus dedimus, donavimus et contulimus, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. In cuius. rei memoriam perpetuamque firmitatem, presentes concessimus Litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Mete autem ipsius terre Chuuz prout in Literis Cruciferorum de Alba contineri videntur, hoc ordine distinguuntur; quod prime due mete incipiunt a parte orientis in Insula magna iuxta lacum Mugsár vocatum, que distinguit terram Nobilium de Bugud a terra supra dicta, et inde tendit versus meridiem in eadem Insula, et transit quemdam Lacum, in cuius ripa sunt due mete, quarum vna separat terram Nobilium memoratorum, altera terram Mykoufeulde vocatam, et inde vadit iuxta eandem terram directe ad alium Lacum, vulgariter Eleusár apellatum, cum duabus metis, et inde pervenit ad duas metas, in rippa ipsius Lacus elevatas, exinde pertransiens dictum Lacum pervenit ad alias duas metas, in altera parte ipsius Lacus erectas; abhinc directe pervenit ad alias duas metas, que sunt iuxta publicam viam elevate. Vnde directe vadit cum duabus metis in diuersis locis erectis, vsque ad planiciem Ozov vocatam; et ibi separatur a terra Mykoufeulde prenotata, et pervenit directe ad viam, que Molumuta vulgariter vocatur, et ibi coniungitur terre populorum de Supuna, de qua inflectitur versus Aquilonem et coniungitur metis populorum de Pulgár, et

vadit iuxta eandem cum duabus metis, vsque ad terminos, siue metas terrarum Wepsen, et inde reflectitur versus orientem, et coniungitur terminis ac metis Terrarum ipsius Magistri Benedicti et fratrum suorum filiorum Comitis Synister, per quos itur cum multis metis in diuersis Locis erectis ad priores metas in memorata magna Insula elevatas et ita terminatur. Datum per manus venerabilis viri Magistri Demetrii, Prepositi Albensis, Domini Pape Capellani et Subdiaconi, Aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCLXXVII. Quinto Kalendas Iuly, Regni autem nostri Anno Sexto.

Ex Autographo.

CCCXL.

A. Ch. 1277. *Idem Ladislaus pro terra Kechul terras Los, Lohlo, et Ford a Comite Belud cambiat.*

Nos Ladisaus Dei Gratia Rex Hungariae, tenore praesentum significamus quibus expedit vniuersis: quod quia Castrum nostrum Supruniense quadam terra Kechul vocata, quam Comiti Belud, filio Belud de Genere Osl ob merita servitiorum suorum contuleramus, carere non possit, et cum eadem terra Kechul pro utilitate et commodo Castri nostri supradicti admodum necessaria habeatur; ex voluntate et consensu omnium Baronum nostrorum cum eodem Comite Belud Concambium huiusmodi duximus faciendum, quod tum pro Cambio eiusdem terrae Kechul, tum etiam pro multiplicibus servitiis et fidelitatum meritis ipsius Comitis Belud, quae Stephano Serenissimo Regi Hungariae, clarae recordationis patri nostro celsissimo, et nobis demum in diuersis Regni nostri

Expeditionibus tam in prosperis, quam in aduersis laudabiliter impendit, et devote, quasdam terras Castri eiusdem Loos, super quas septem mansiones dicuntur residere, item terram Loblo super qua sex mansiones immanere dicuntur, et terram Tord vacuam et habitatoribus destitutam, cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis suis vniuersis, stagnis videlicet et insulis eidem Comiti Belud et per eum suis successoribus dedimus et contulimus perpetuo possidendas a potestate seu iurisdictone ipsius castri Supruniensis penitus et per omnia eximendo, super quo etiam nostrum eidem priuilegium conferemus, cum praesentes nobis fuerint reportatae. Datum in Sirch in crastino natiuitatis Domini Anno Domini MCCLXXVII.

E transumto authentico.

CCCXLI.

A. Ch. 1277. Opud et sui congenerationales terram Keer Dionysio filio Bartholomaei se vendidsse, coram Capitulo Castriferrei fatentur.

Nos Capitulum Ecclesiae Sancti Michaëlis de Castro-ferreo notum facimus tenore praesentium vniuersis: Quod quidam Opud filius Dara, Chepanus et Ioannes, qui se filios eiusdem dicebant, et Lydgnerus filius Luprei de Kéér vt dicebant coram nobis constituti terram eorundem haereditariam Keer vocatam vsui sex aratorum sufficientem inter terras Dionisii filii Bartholomei de Vezekyn vendiderit eidem Dioniso cum omnibus vtilitatibus suis pro decem et octo marcis, haereditario iure possidendam haeredum in haeredes ita: vt si processu temporis Dominus Dionisius ratione terrae venditae fuerit molestatus, Opud et co-

gnati sui praedicti tenentur eundem a molestantibus expedire, quorum quidem venditioni Obulganus filius Hueg de Bozty commetaneus eorumdem consensum praebuit, et assensum, Quod vt ratum sit praesens scriptum contulimus nostro sigillo communitum Magistro Theodoro Praeposito Ecclesiae nostrae, Magistro Oguke Cantore, Andrea Custode, Cosma Decano existentibus an. ab Incarnat. Domini Millesimo Ducentessmo LXXVII.

E col. Ios. Hajnoczy.

CCCXLII.

A. Cd. 1277. Instrumentum pacis et concordiae a Rudolpho Imp. Ottocaro R. B. praescriptae, ab huius procuratoribus et nunciis confirmatae.

Nos Bruno, Dei gracia Olmucensis Episcopus, Zmilo, purchrauius Vetouiensis, Magister Vlricus Notarius, procuratores, et nuncii speciales domini O. Boemie Regis Illustris, significamus tenore praesentiun vniuersis, quod nos cum viro Nobili Domino Friderico, purchrauio de Nurenberch, plenum manlatum habente, post multos tractatus, hinc inde super pace reformanda habitos, pari voto, et consensu vnanimi, sicut placuit pacis autori, pacem, amiciciam, et vnionem indissolubilem, et perpetuo duraturam, ordinauimus, statuimus, approbauimus, inter dominos nostros Romanorum, et Boemie Reges illustres, sub modis, pactionibus, seu condicionibus, in iam dicti domini Romanorum regis patentibus, et autenticis litteris, comprehensis, quorum tenor talis est. — Nos R. Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, notum facimus vniuersis, praesentes litteras inspecturis, simpliciter, et publice nihilominus profi-

tentes, quod formam pacis, inter nos ex vna, et Inclitum O. Regem Boemie ex altera parte, per venerabilem Olmucensem Episcopum Zmilonem. purchrauium Vetouiensem, et magistrum Vlricum, Notarium eiusdem Regis, et nobilem Fridericum, purchrauium de Nurenberch, prouide ordinatam, in omni sui parte, et singulis suis articulis, inuiolabiliter obseruare promittimus, prout est inferius annotatata. In primis siquidem obsides, et captiui, ab vtraque parte ante pacem ordinatam, et post dati mutuo, et detenti, a proxima die dominica, nunc instante, infra quindecim dies debent restitui pristinae libertati, ab omni prorsus obligatione, fideiussione, seu exactione pecuniae, indempnes penitus, et immunes, nisi fortassis pro eis, vel aliquibus eorum ante pacis ordinacionem aliquid sit solutum, ad cuius restitutionem is, cui solutio facta fuit, minime obligatur. — Item vt inter nos, et Regen predictum specialis amicitiae foedera fortiori vinculo solidentur, filiam nostram eiusdem Regis Boemiae filio dare, promittimus in vxorem, et ei Ciuitatem Imperii, Egram scilicet, cum omnibus attinentiis suis, castris, possessionibus, hominibus, et aliis quibuscunque, quae dictus Boemiae Rex ad praesens tenere dignoscitur, pro decem millibus marcarum argenti, nomine dotalicii, siue dotis, titulo pignoris obligamus. Praeterea omnia castra, municiones, possessiones, et oppida ad Ducatum Austriae pertinentia, quae per ipsum Regem Boemiae, vel fautores, seu adiutores ipsius alterius occupata fuerint, restituentur nobis, et nostris fautoribus, et etiam adiutoribus cum integritate plenaria, metis Boemiae, Morauiae, et Austriae,

in eo statu manentibus, quo tempore clarae memoriae Leupoldi, et Friderici, Ducum Austriae, ab iisdem Ducibus sunt possessae. Nos etiam similiter omnia castra, munitiones, possessiones, et oppida, regnum Boemiae, et Marchionatum Morauiae, de iure spectantia, quae per nos vel nostros eidem Regi, et suis, per iniuriosam violentiam sunt subtracta, seu occupata, ipsi Regi, et suis, restituemus integre, et faciemus restitui vice versa. Excepto duntaxat Nicolspurch, in cuius possessione F. de Lichtenstein, cuius feudum esse dignoscitur, permanebit pacifice, et quiete. Praeterea Chrumenaw ei, ad quem de iure pertinet, assignari debebit. Insuper Castrum Mertniz, Alexio militi, ipsius Regi Boemiae, et castrum Durrenholz debet restitui ipsi Regi, si quam praedictus Rex Boemiae, pecuniam debet Heinrico de Chunringen, Marscalo nostro per Austriam, vel ipsius vxori, illam exsoluet eisdem, et iidem H. vel vxor ipsius, contra praedictum Regem super iam dicto castro Dürnholz habuerint aliquam actionem, idem Rex, ad decretum Olmucensis Episcopi, et purchrauii praedictorum, qui sub iuramenti debito questionem huiusmodi diffinient, exhibebit eidem iustitiae complementum. Praeterea huiusmodi compositioni, et paci generaliter includimus quoslibet seruitores nostros, et adiutores, et nostris de Boemia, et Marauia adiutoribus, et seruitoribus, composicioni praesenti includi, et stare volentibus, saepe dictus Rex Boemiae restituet omnia, quae ante guerram, vel post de eorum haereditatibus, allodiis et feudis, notorie occupauit. Si vero huiusmodi iniuriosa occupatio dubia fuerit, per praedictos Olmucensem Episcopum, et purchrauium

sub iuramenti debito decidetur huiusmodi quaestio, iustitia, vel amore ipsos etiam nostros de Boemia, et Morauia seruitores, et quoslibet alios nostros adiutores, ipse Rex Boemiae plenae gratiae suae restituet, et donabit. — Nos etiam vice versa omnibus adiutoribus, et seruitoribus dicti Regis Boemiae, per Austriam, Styriam, Karinthiam, Carnioliam, et Marchiam, plenae nostrae gratiae restitutis, omnia, quae in haereditatibus, feudis, et allodiis ipsis notorie per nos, vel nostros abstulimus, plene restituemus, et restitui faciemus. In dubio vero, quicquid Olmucensis Episcopus, et purchrauius saepedicti, nos facturos, sub iuramenti debito pronunciauerint, faciemus. Praeterea si, quod absit, nostrorum aliquis seruitorum per ipsum Regem Boemiae, vel adiutores ipsius grauabitur, ipsum Regem, si grauamen notorium, et euidens fuerit, per nuncios nostros super reuocatione, et retractatione huiusmodi grauaminis interpellare tenebimur, qui Rex, si interpellatus, grauamen huiusmodi notorium et per rei euidentiam manifestum, non reuocauerit, nec fecerit retractari, nos adiutores nostros, huiusmodi passos iniuriam, possumus, et tenebimur iuuare. Quod si vero in casu conuerso circa seruitores Regis Boemiae, erit per omnia obseruandum. Si vero grauamen, nostris illatum, dubium fuerit, Olmucensis et purchrauius supradicti, super loca nobis interpellati, perquirent causae plenius veritatem. Qui si sub iuramenti debito dixerint, ipsum Regem, vel adiutores ipsius, grauamen, vel iniuriam, nostris seruitoribus nullatenus intulisse, nihil ipsi Regi, vel suis imputabimus, si autem inuenerint eum, vel suos culpabiles, et Rex ipse

requisitus ab ipsis Olmucensi, et purchrauio, non emendauerit, adiutores iuuabimus, prout est expressum, quod circa nos vice versa per omnia obseruari debebit. Praeterea, si Olmucensem Episcopum, vel purchrauium saepedictos, migrare contigerit ab hac luce, ipse Rex, vel nos, alium in defuncti locum subrogabimus, qui omnia et singula, quae superius sunt expressa, fideliter exequtur: Insuper Inclytus Rex Vngariae et ipsius frater, sic includuntur in pace, quod quicquid in castris, municionibus, siue prediis circa metas Regnorum hactenus fuit hinc inde iniuriose occupatum, integre debeat vtrobique restitui, sic (vt) alteruter plene gaudeat iure suo. Praeterea nulli Notariorum, Capellanorum, seu Clericorum praefati Regis, super beneficis, quae possident, lesionem, seu iniuriosam molestiam inferemus, et si ab aliis violentiam patiantur, si de hoc ad nos delata quaestio fuerit, faciemus, quod de iure fuerit faciendum. Insuper quicquid preter praemissa vniuersa et singula, venerabiles Erbipolensis et Olmucensis Episcopi, et Illustres L. Comes Palatinus Rehni, O. Marchio Brandenburgensis, et Lantgrauius Hassie, principes nostri dilecti, vel si eorum copia haberi non poterit omnium, hii de praedictis, vel alii, quos praefati Olmucensis Episcopus, et purchrauius de Nvrenberch ad hoc elegerint, inter nos, et Regem praefatum, infra proximum festum Beati Michaëlis ordinauerint, pro firmiter solidanda inter nos, et ipsum Regem, concordiae vnione, statuerint, vel decreuerint, bona fide seruabimus inconcussum, pronunciatio-

ne vero ab ipsis principibus, inter nos et dictum Regem Boemiae facta, dictorum Olmucensis Episcopi, et purchrauii auctoritas, et iurisdictio exspirabunt. Quod autem haec omnia, et singula, suprascripta, nos et ipse Rex Boemiae debeamus obseruare, purchrauius mandato nostro pro nobis, Olmucensis vero, Zmilo et Magister Vlricus praedicti super hoc plenum habentes mandatum, in animam ipsius Regis Boemiae fide data sollempniter promiserunt. In quorum testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Viennae pridie nonas May, Indictione V. anno Domini MCCLXX. sept. Regni vero nostri anno quarto. — Vt igitur praemissa vniuersa, et singula, per nos et praedictum purchrauium promissa, nec non prouide, et sine captione qualibet salubriter ordinata, statuta, approbata, et firmata, ampliori robore solidentur, praesentes litteras in testimonium eorundem appensione sigillorum nostrorum fecimus, et placuit communiri. Datum Vienae anno, et die praetactis.

Gerberti Cod. Diplom. Rndolphi I. p. 202. Nro. IV.

CCCXLIII.

A. Ch. 1277. Ottocarus Rex Bohemiae rati habet tabulam pacis per procuratores suos cum Rudolpho Imp. initae.

Nos Ottocharus, Dei gracia Boemie Rex. Notum facimus vniuersis etc. (sequitur recapitulatio Instrumenti immediate praecedentis et in specie etiam clausulae illius, qua inclusio Regis Hungariae fratrisque eius ad praesens foedus exprimitur). Datum Wienne prid. Non. May indictione V. anno domini MCCLXXVI. (VI. Maii.)

Ibidem pag. 204.

CCCXLIV.

A. Ch. 1277. Eiusdem Ottocari rati-habitio pactorum altera.

Otakarus, Dei Gratia Rex Boemie Vniuersis, praesentes litteras inspecturis noticiam subscriptorum: Tenore etc. (sequitur confirmatio priorum pacis tabularum, cum sequenti commemoratione Regis Hungariae). — „Specialiter autem includimus dominum L. Inclitum Regem Vngarie nostrum consanguineum et affinem" etc. Datum Prage anno domini MCCLXXVII. pridie idus Septembris (12. Septembris) sexte indictionis.

Ibidem pag. 209.

CCCXLV.

A. Ch. 1278. Idem Rudolphus Ladislao B. H. de concordia cum Andrea fratre Sclauoniae Duce inita gratulatur, ad debellandumque Ottocarum eundem prouocat.

Grandem cordi nostro materiam exultationis induxit, quod quiescente iam intumescentiae spiritu, quem inter Vos, et inclytum filiae nostrae sponsum, fragor horridae tempestatis inuexerat, eius disponente clementia, qui post nubilum dat serenum, eidem sic estis votiuae reconciliationis in osculo, et fraterna dulcedine couniti, quod vtique sicut vobis ad gloriam, sic subiectis fidelibus cedet ad exoptatae quietis augmentum. Verum ex eo admirationis causa praecordiis nostris infunditur; quod nuncii nostri, ad vestram iam dudum transmissi praesentiam, super matrimonio consummando tam longam, et diuturnam moram in vestra Curia contraxerunt, quos quidem finaliter petimus expediri. Et quia nostri fideles in

Austria, diris aduersantis aemuli quatiuntur insultibus, et amaris persecutionum intentationibus impetuntur, Serenitatem vestram, de qua stabili fide confidimus, ampliori, qua possumus, precum instantia deposcimus: quatenns inuasores eorum ab illo latere tam viriliter quam potenter inuadere satagatis, Nos enim in digito Dei confisi, qui causae nostrae iustitiam comitatur, et dirigit, eos ab isto latere taliter impugnare, ac expugnare conabimur in virtute Germanici potentatus, — quod inuasores praedicti inter malleum, et incudem, sera ducentur poenitudine patratorum. — Sic autem non solum ademptos vobis auitos recuperare poteritis terminos, — sed ad ampliora funiculos extendetis. Vnde si placet mox, visis praesentibus, nobis insinuetis expressius, quid super his in vestro proposito geritur, et in beneplacito continetur.

Gerberti Codex Epist. Rudolphi I. pag. 56. Nro. XII E litteris his vna patet discordias inter Regem et fratrem eius viguisse, de quarum cessatione exultat Rudolphus.

CCCXLVI.

A. Ch. 1278. *Idem Ladislaus furore Saxonum Transilu., exposito, Ecclesiae S. Michaëlis Archangeli donata terra Albensi subuenit.*

Ladislaus, D. gr. Rex Hung. etc. — Ad vniuersorum notitiam, — harum serie volumus peruenire: quod cum Ecclesia Cathedralis B. Michaëlis Archangeli Transyluanae, a Sanctis Progenitoribus nostris fabricata et dotata, per rabiem et saeuitiam gentis Saxonicae combusta fuisset, enormiter et destructa; et omnibus rebus ac ornamentis

suis spoliata, nec non Canonici quam plures cum multitudine Hungarorum, ad gremium ipsius Ecclesiae causa praesidii confugientes, miserabiliter exstitissent concremati in eadem; nos super praemissis omnibus commoti visceribus pietatis, vt ipsa Ecclesia Cathedralis, Canonicorumque status eiusdem, nostro possit auxilio reparari, terram nostram Albensem, iuxta ipsam Ecclesiam B. Michaëlis sitam, super qua hospites nostri commorabantur, nunc per furorem eorumdem Saxonum, habitatoribus penitus desolatam, cum omnibus vtilitatibus — dedimus, donauimus, et contulimus ipsi Ecclesiae B. Michaëlis Arch. Transyluaniae, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. — Datum per manus venerabilis viri Magistri Thomae, Albensis Ecclesiae electi, aulae nostrae Vice-Cancellary, dilecti et fidelis nostri. Anno ab Incarnatione Domini MCCLXXVIII.

E transumto authentico Capituli M. Varadiensis de anno MCCCXIII. Eder MSS. Tom. I. p. 114.

CCCXLVII.

A. Ch. 1278. *Rudolfus Imp. quemdam incognitum terram suam transiuisse, dolet.*

Quod transitus vester, per terrae nostrae districtus, tam claudestinus extitit, et festinus, vt nobis vestrae visionis, et allocutionis amabili recreari solatio non liceret, id non leuem nobis materiam conturbationis intrinsecae generauit; vtpote quo vnum cor, et eandem fore animam placite nos delectat. Eo etenim vehementius dolemus super eo, quo amplius, et vos affectasse con-

fidimus, nostra potiori praesentia frui, versa vice. — Vt igitur hinc et inde, super his. excusationis amicae remedicabile beneficium intercederet. Ecce quod N. credentialis etc.

Gerberti. Cod. Epist. Rudolphi I. pag. 151 Nro. VIII. Auctor in nota Epistolam hanc vel Ladislao Regi vel fratri eius Andreae scriptam fuisse fundatis e motiuis opinatur.

CCCXLVIII.

A. Ch. 1278. *Ladislaus R. H. ad intercesionem Rudolfi Ottoni de Haszlow bona a Detrico de Roraw mortuo possessa, iure feudali confert.*

Nos Ladislaus, Dei gratia, Vngarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, significamus omnibus, quibus expedit, praesentium per tenorem. Quod Ottoni Iuniori de Haszlow, ad instantiam petitionis illustris Domini Rudolfi, regis Romanorum semper Augusti, patris et amici nostri karissimi, et ab sponsiones fidelitatis, et fidem eiusdem Ottonis, bona quedam, seu reditus in nostris terminis situatos, que Detricus de Roraw ex concessione regalis nostrae gratiae in vsum a nobis detinebat, que post mortem ipsius nobis vacare ceperunt; praedicto Ottoni, et suis haeredibus, proximis, et sequentibus secundum ius theotonicum, et secundum quod per alios Dominos in Austria aliis bonis est infeudatus, praedicta bona, seu reditus titulo contulimus feudali: dantes eidem Ottoni, et suis haeredibus praenotatis super eo nostras litteras sigilli nostri karactere communitas in euidens testimonium et cautelam. Datum Iaurini Do-

minico die proximo ante octauas beati Iacobi Apostoli. Anno Domini MCC. septuagesimo octauo.

Originales in chartario Illustrissimi Comitis Ioannis Eszterházy Supremi Comitis Vesprimien. Sigillum dupplex pendens parte vna regem in solio sedentem, et parte altera crucem patriarchalem exhibet.

CCCXLIX.

A. Ch. 1278. *Extractus rescriptoriarum Capituli Castri ferrei.*

Capitulum S. Michaëlis de Castro ferreo rescribit Regi Ladislao se per suum ac regium hominem statutionem Rainoldi et Jaak filiorum Ibed in terra Cheuz eis a Rege donata cum limitum designatione peregisse. Datum in die sanctorum Cosmae et Domiani Anno. CCCXLIX.

E Collectaneis Czeckianis.

CCCL.

A. Ch. 1278. *Extractus alter donationalium a rege Ladislao Comiti Jaak, filio Ebed, super terra Thesaar concessarum.*

Ladislaus Rex Comiti Jaak filio Ebed de genere Jaak ob singularia eius de se patreque suo merita quamdam terram Castrensium Castri Ferrei Thesaar vocatam terrae eius Jaak vocatae contiguam et vicinam a castrensis conditionis hominibus eandem inhabitantibus destitutam, iure haereditario donat et confert possidendam. Datum III. Kalend. Septemb. (30. August.) MCCLVIII. Regni autem sui anno VII.

E Collectaneis Czeckianis.

CCLCI.

A. Ch. 1278. *Capitulum Iaurinen. congenerationales Isov terram suam Keer Comiti Dionysio, filio Bartholomaei de Weszken, vendidisse fatetur.*

Capitulum Iauriensis Ecclesiae omnibus Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad Vniuersoum notitiam harum serie volumus pervenire: quod Isou, Sebe, Fabianus, Petrus, Ioannes, filii Isau, Nicolaus filius Us, de Villa Keer de Comitatu Suproniensi, coram nobis personaliter constituti, viva voce sunt confessi, terram suam Keer vocatam ab omni portione cognatorum suorum exclusam, et exemptam sufficientem ad usum quinque aratrorum, quam Iure haereditario, a tempore Sancti Regis Stephani se pacifice et quiete possedisse dicebant, cum omnibus pertinentiis et vtilitatibus suis, quae metis et terminis infrascriptis circumdatur, et includitur, de voluntate et consensu commetaneorum, et vicinorum, quorum intererat, vendidissent Comiti Dionysio filio Bartholomei de Wezken pro XII. Marcis denariorum Viennensium, quorum IV. Marcas idem persoluit coram nobis, et VIII. narcas Isou et cognati sui praefati - - - ab eodem se confessi sunt recepisse, in haeredes haeredumque successores pacifice et irrevocabiliter possidendam - - - - - quidem terrae metas et circumstantias tales esse retulerunt partes antedictae, quod praedicta terra incipit e parte orientali et ibi - - - - virgultis, sunt quae metae capitales, quarum una est e parte terrae Chalaad de Byssi (?) et alia tenet partem capitalem praedictae terrae Keer, ab hinc vadit versus meridiem directe, et facit ibi quasi

terminum angularem, et ibi vicinant terrae, quam Cosmas de eadem Keer vendidit Comiti Dionysio antedicto. Inde reflectitur versus plagam occidentalem et venit directe ad duas metas, quarum una est meta - - Cruciferorum Cryztyan vocata, et alia est meta praedictae terrae Keer; abinde declinat per vnam viam versus aquilonem ad duas metas angulares, quarum vna tenet terminos cum eodem Comite Dionysio, et alia est, quae tenet praedictam possessionem Keer, hic vero ad aliam viam reflectitur, et directe per eamdem viam venit ad metam capitalem, et ibi terminatur; et istis metis et distinctionibus praedicta possessio circumducitur, sicut praesentes nobis recitarunt; facta autem inter praesentes conuentione et ordinatione praedicta, idem Comes Dionysius volens diligenter coram nobis experiri, quo iure quibusve instrumentis, ipsam possessionem hactenus possedissent, idem Isov, Sebe, Fabianus, Petrus, Ioannes et Nicolaus, ad maioris securitatis euidentiam exhibuerunt priuilegia Inclyti Regis Andreae felicissimae recordationis, quo nos reuerenter accepto et diligenter inspecto cepimus in eis, quod - - - eiusdem Domini Regis Andreae clementia olim Georgium, quem ipsorum - - - - esse affirmabant, cum quatvor filiis suis Aba, Us, Paulo et Isaw, a quibus dixerunt se esse prognatos, qui ad Castrum Soproniense pertinebant, propter plurima seruitia ipsorum, quae eidem Domino in Regno, et extra Regnum in diuersis suis negotiis fideliter et efficaciter impenderunt, et exibuerunt, et ad instantiam et petitionem dilecti ac fidelis sui Nicolai, tunc Comitis Suproniensis ab omni debito et obsequio quibus castro

memorato fuerant adstricti cum terris - - - quas iure haereditario, vel titulo emptionis possidebant exmissi, in cetum Ciuium (?) suorum nobilium seruientium - - - - - - - ; assumpserunt etiam iidem Isov ei cognati sui praedicti, quod q - - - Comitem Dionysium vel suos haeredes ratione praedictae possessionis molestaret imposterum, tenerentur expe - - - propriis laboribus et expensis. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem, ad instantiam et petitionem - - - - tis vtriusque literas nostras concessimus munimine nostri sigilli roboratas. Datum Anno Dei Millesimo CCLXXVIII. Abraam Cantore, Hectore Lectore, Mikou Custode Ecclesiae nostrae existentibus.

E Collectaneis Czeckianis.

CCCLII.

A. Ch. 1278. *Conuentus S. Martini de monte Pannoniae, Ison, villanum de Pazmán, vineam suam in territorio Nyulas Comiti Marco vendidisse testatur.*

Conuentus Monasterii Sancti Martini de Sacro Monte Pannoniae omnibus Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem. Ad vniuersorum notitiam tam praesentium quam futurorum volumus peruenire, quod constituti coram nobis Ison de Villa Pazman, cum duobus filiis suis Stephano scilicet et Aegydio, ab vna parte, Marcus Comes, Officialis discreti viri Bonifacii Abbatis nostri, Idem Ison et filii sui praedicti quamdam vineam ipsorum sitam in territorio Nyulas sex iugeribus adiacentem, confessi sunt praedicto Comiti Marco pro sex marcis argenti vendidisse, et ipsam summam pecuniae plenarie recepisse ab eodem, commetaneitate vinearum vini cultoris no-

stri de Semian Suka et Lytas de Pazman a septemtrionali existentem, a parte vero occidentali nostrarum vinearum adiacentem. Obligantes se idem Ison et filii sui praefati coram nobis, vt quicunque ipsam vineam ab eodem Comite Marco vel haeredibus ipsius repeterent, idem Ison et filii sui ac haeredes ipsorum expedire teneantur propriis laboribus et expensis, in cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem praesentes concessimus litteras sigillo nostri Conuentus roboratas. Datum Anno Domini MCCLXXVIII. Thoma Decano, Ladislao Custode existentibus.

E Tabulario Conuent. Sancti Martini.

CCCLIII.

A. Ch. 1279. *Idem Ladislaus merita Amani et Vz, filiorum Kiliani de Saag, item Ioannis, filii eiusdem Vz, in expugnatione Castri Iaurin. parta remuneratur.*

Ladislaus, D. gr., Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Gallitiae, Lodom., Cumaniae, Bulgariaeque Rex, Vniuersis Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Regia solers circumspectio erga suos subditos talem debet habere prouidentiam, vt vnus quisque pro meritis praemiis condignis foueatur ab ipsa et laudum praeconiis attollatur. Hinc est quod licet Amanus et Vz filii Kiliani de Saagh et Ioannes filius eiusdem Vz fuerunt Castrenses Zolga-Geurienses, tamen quia tempore Domini Stephani Illustris Regis gloriosae recordationis, parentis nostri charissimi, tunc cum suam ad iurisdictionem, potestatem, seu regimen Regnum Bulgariae subiugauit, iidem Amamus Vz et Ioannes eadem expeditione multa et laudabilia facinora impen-

derunt, prout per Rolandum Palatinum, filium Tunoldy, Iudicem Curiae suae, et Comitem Bachiensem, eidem patri nostro clarius fuerunt recitata, et etiam super recommendatione huiusmodi suas per litteras nobis constitit euidenter. Demum cum Castrum Iaurinense statim post obitum dicti patris nostri charissimi per Theutonicos, persecutores Regni nostri, occupatum exstitisset, atque captum, et nos ad expugnandum faciendum ipsum Castrum accessissemus, Amanus Vz et Ioannes antedicti fortunae casibus se submittentes, volentesque illucidare seruitia sua vsque ------- conspectum et per hoc apud nostrae Maiestati - - - - - suam explentes conditionem, sortem promereantur meliorem, quidam ex ipsis in scansione eiusdem Castri lapidibus est obrutus, quidam sagitta balistaria est perfossus cernentibus Baronibus nostris, qui tunc aderant, et nobis manifeste declarantibus. Nos itaque consideratis meritoriis obsequiis Amani, Vz et Ioannis antedictorum tempore patris nostri charissimi, et etiam nobis, vt praediximus fideliter impensis, volentes in recompensationem seruitiorum ipsorum lenire eorum vulnera oleo laetitiae, quoniam lanquidis nihil charius quam sanitas, praedictum Amanum, Vz et Ioannem eximentes penitus eodem e vinculo conditionis huiusmodi, simul cum terris eorundem, et haeredibus, haeredumque suorum successoribus, ad numerum seu coetum seruientium nostrorum regalium liberaliter duximus transferendos. In cu-

ius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes Litteras eisdem concessimus duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus Mag. Benedicti Orodiensis Ecclesiae Praepositi Aulae nostrae Vice-Cancellarii, Dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCLXXIX. vndecima Kalendas Iulii, vacante sede Strigoniensi, Stephano Colocensi, Ioanne Spalatensi Archi-Episcopis, Lamberto Agriensi, Iob Quinque-Ecclesiensi, Briccio Chanadiensi, Paulo Veszprimiensi, Philippo Vaciensi, Timotheo Zagrabiensi, Dionysio Iauriensi, et Petro Transyluaniensi Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Rolando Palatino, Henrico Bano totius Sclauoniae, Ioachimo Magistro Tauernicorum nostrorum, Egidio Bano de Machov, et de Bozna, Rainoldo Magistro Dapiferorum nostrorum, Comite Zolgageuriense, Nicolao Vaiuoda Transyluano Comite de Zonuk, Vgrino Magistro Agazonum nostrorum, Comite de Krassu et de Kewe, Nicolao Comite de Bana, Ioanne Comite Sproniensi, Gregorio Comite Castriferrei, Grois Comite Simigiensi, Dedalo Zaladiensi, et aliis compluribus regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

Chartular. Miller. Tom. VI. pag. 368.

CCCLIV.

A. Ch. 1279. *Capitum B. Martini de Scepus Stephanum quemdam genero suo tertiam haereditatis suae partem cessisse fatetur.*

Nos Capitulum Ecclesiae Beati Martini de Scepus vniuersis fidelibus praesens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire, quod constituti

coram nobis Stephanus filius Ruberti, vna cum filio suo Tiburtio ex parte vna, ex altera vero Hermannus filius Beniamin, gener eiusdem; idem Stephanus retulit nobis viua voce, quod tertiam partem totius haereditatis suae, quam in Scepus habere dignoscitur, cum pratis et hortis et cum aliis vtilitatibus suis a parte Mika dedit et donauit dicto genero suo ac filiae suae perpetuo possidendam: hoc adiecto, quod dimidiam partem dictae tertiae partis haereditatis eidem Hermanno contulit, pro alia vero media parte supradicto Stephano idem Hermannus tres marcas argenti coram nobis plene et in tempore persoluit. In cuius rei memoriam praesentes Literas ad petitionem partium concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini MCCLXXIX.

E Collectaneis Czeckiani.

CCCLV.

A. Ch. 1279. *Mathaeus Palatinus terram Keer Comiti Dionysio, filio Bartholomaei, adiudicat.*

Mathaeus Palatinus Comes Simeghiensis Supruniensis et Iudex Ciuium omnibus christi fidelibus praesentibus et futuris, ad quos praesentes litterae peruenerint salutem in Domino sempiternam! Solent scripti patrocinio communiri, ne acta temporalia simul cum tempore a memoria dilabantur. Proinde ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod cum ex mandato regis, et praecepto vniuersae litterae Castrensium, et aliorum conditionariorum suorum per hominem eiusdem Domini Regis et nostrum reambularentur, et restituerentur eisdem Castrensibus, et conditionariis, inter alias terras, quamdam terram Keer vo-

catam iuxta terram Castrensium de Comitatu Supruniensi similiter Keer vocatam adiacentem, Acha, Baka, Deme, Martinus, Kyzend, Bulzo, Pecs, Ioannes Box et Bretholdus Castrenses de praedicto Comitatu Supruniensi nomine terrae Castrensium praedict. a Comite Dyonisio filio Bartholomei requirebant coram nobis, dicendo ipsam terram per eundem indebite detineri occupatam, quam quidem terram idem Comes Dyonisius a quibusdam nobilibus videlicet Opud filio Dara, Chepano et Ioanne, filio eiusdem Opud, Item Lydgnerio filio Loprecii de praedicta villa Keer, quorum Patres annotati pro meritoriis suis servitiis simul cum terra ipsorum praedicta per Regem Andream pie, et felicis recordationis a Iurisdictione Castri eximendo in numerum et coetum nobilium sunt deputati, et translati, prout in eiusdem Andreae Regis priuilegio plenius continetur, iusto emptionis titulo coram Capitulo Castriferrei allegabat, possedisse, super cuius emptionis praedictae terrae Priuilegium ipsius Capituli Comes Dyonisius exhibuit, in haec verba: V i d e D i p l o m a e i u s d e m C a p i t u l i d e A. MCCLXXVII. N. CCCXCI. Nos C a p i t u l u m e t c. q u o d q u i d e m O p u d f i l i u s e t c.

Super quorum etiam concessa nobilitate per quosdam Iobbagiones Castri Supruniensis coram Chaak tunc Magistro Tauernicorum Domini Regis, et Comitis Supruniensis erat altercatum, prout in eiusdem priuilegio vidimus contineri, qui etiam in eadem nobilitate iam dudum sibi concessa per eundem Chaak auctoritate sui priuilegii tunc commissi, considerata, et inscripta fidelitate eorundem approbata. Nos enim considerata iustitia ipsius

Dyonisii ipsam terram Keer emptitiam restituimus eidem pleno iure irrevocabiliter possidendam, perpetuum silentium deinceps super ipsa terra eisdem Castrensibus imponendo, et quia in metis ipsarum terrarum Keer vocatarum Castrensium videlicet, et Comitis Dyonisii emptitie disceptabatur, Anyias, et Stephanus Comites, Emericus Pongraczi, et Petr. de Keer ac alii Iobbagiones eiusdem Castri una cum eiusdem Castrensibus, cum homine Domini Regis et Testimonio Capituli Iaurinensis, qui pro recipiendis, et restituendis terris Castrensium per eundem Dominum Regem fuerant deputati ad inspiciendum transmisimus, et separandum ipsas terras Comitis metis; qui postmodum simul cum eiusdem Iobbagionibus Castri, et Castrensibus ad nos redeuntes retulerunt, quod ipsa terra Comitis Dyonisii emptitia pogrediens a bysussi Chalaad per duas metas terreas, et iret per virgultum, abhinc autem eundo versus occidentem in dumibus spinarum, et ibi transiret a fine villae dicti Comitis Dyonisii Keer vocatae cum latitudine decem iugerum, dein autem tenderet, et in ipsa latitudine procederet, cum singulis duabus metis, et ibi perueniret ad metas villae Bojth ibique terminatur; qui quidem Castrenses simul cum praefati Iobbagionibus Castri considerantes emptitiam Comitis Dyonisii iuste in metis esse distinctam, coram nobis personaliter comparendo sub eisdem metis ipsi Dyonisio Comiti reliquerunt pacifice possidendam, et vt ipsa terra Keer emptitia per Comitem Dyonisium a nobilibus memoratis ipsi Dyonisio Comiti, et suis haeredibus inviolabiliter et irrefragabiliter perseveret ad petitionem Comitis Dyonisii nostrum priuile-

gium concessimus Sigilli nostri munimine roborando. Datum V. Kalend. Iunii Anno Domini MCCLXXIX.

Ex Coll. Dipl. Ios. Hajnoczy.

CCCLVI.

A. Ch. 1279. *Stephanus, filius Pousa, de genere Ják, possessiones suas Mihe etc. Iohanni, filio Martini fatetur.*

Anno MCCLXXIX. Stephanus, filius Pousa, de genere Ják, possessiones suas in Ják et Dobra-Pataka una cum molendinis et terra, quam habet in possessione Mihe statuit, et tranfsert Ioanni, filio Martini, filii Antuna et Dominae Floris, relictae viduae eiusdem Martini, Stephano et Jacobo, fratribus ipsius pro morte praescripti Martini, perpetuo possidendas.

Ex Archiuo familiae Niczkianae.

CCCLVII.

A. Ch. S. a. Lodomerius A. Episcopus Strigon. Comitem Herboldum, de genere Osl, a vigesima decimarum Monasterio de Kedhel competente occupanda inhibet.

Lodomerius, miseratione Diuina, Archiepiscopus Strigoniensis, locique eiusdem Comes perpetuus, Nobili viro et Amico Speciali, Comiti Haebordo, de genere Osl, salutem cum benedictione parata. Frater Stephanus, Abbas monasterii Sanctae Mariae de Kedhel, et conuentus eiusdem loci Cisterciensis Ordinis, nobis exposuerunt conquerendo: Quod vicesimam decimarum Soproniensis Comitatus, ex collatione regis Stephani eis creditam in perpetuam eleemosynam, nititur Vestra Nobilitas et intendit contra iustitiae regulam

occupare. Vnde etsi ex intime delectationis affectu vos temporaliter diligimus, maiori etiam et propensiori cura tenemur circa spiritualia et quae ad spiritualia faciunt vos fouere, ab his, quae periculum animae pariunt, paternalibus studiis Vestram ruinam, quantum in nobis est, spiritualiter amouendo. Decimae, quae proprie oblationes et primitiae iis (sunt) solis bonis Ecclesiarum computantur, et a Laicis possideri penitus prohibentur, iuxta sanctiones canonum paternorum; nec vigesima Decimarum a Maiestate regia transferri potest in personam aliquam laicalem; quin nec ipsa Celsitudo regia possidere potest aliquam particulam decimarum, nisi in ecclesias vel alia monasteria transferendo. Nobilitatem Vestram arctius requirentes, et vobis in salutem animae consulentes, quatenus a detentione vel occupatione ipsius vicesimae decimalis desistere velitis, omnino filialem et spiritualem obedientiam paternalibus monitis exhibendo; cum enim decima pars Dominica censeatur, et ob cultum diuini nominis psallentibus in Ecclesia debeatur, iudicium sibi manducat et sumit, quicunque ausu sacrilego extra sacrum ordinem hoc sibi praesumserit temerarie vendicare. Datum Strigonii in Crastino Festiuitatis Diuisionis Apostolorum." (L. S.)

Ex autographo Heuenesi Tomo LIX. p. 189.

CCCLVIII.

A. Ch. 1280. *Nicolaus PP. III. in impedimento publicae honestatis inter Carolum Salernit. ac Clementiam Rudolphi Imp. filiam, prius Andreae Ducis sponsam, dispensat.*

Nicolaus etc. dilecto filio, nobili viro, Carolo priusgenito dilecti filii, nobilis viri Caroli Prin-

cipis Salernitari primo geniti carissimi in Christo filii Caroli Siciliae, et dilectae in Christo filiae, nobili mulieri Clementiae, natae carissimi in Christo filii Rudolphi, Romanorum Regum illustrium, salutem, et Apostolicam Benedictionem. Feruentissimo desideramus affectu, Christianos, et Catholicos Principes mutuae caritatis in Christo foedere conuenire, vt tranquilla temporum pace, fluctuantis vitae gubernacula continente, redundet in subiectis praesidibus Iustitia saecularis regiminis, ex qua proueniat subditorum requies salutaris. Inde est, quod cum carissimorum in Christo filiorum, R. Romanorum, et C. Siciliae, aut tui, fili Carole, Regum illustrium connexione salubri, populorum vtriusque Regnorum tranquilla securitas procuretur, gratum auribus nostris peruenisse, dignoscitur, quod inter vos matrimonium contrahatur. Verum licet inter te, filia Clementia, et quondam Andream, germanum carissimi in Christo filii Illustris Regis Vngariae, auunculum tuum, praedicte Carole, tum viuentem, sponsalia dudum contracta dicantur, quamuis etiam in moderno Lugdunensi Concilio, te, praedictam Clementiam, cum in veritate agi de Gotta, sorore tua, crederetur, per errorem nominis dati, tibi, praedicte Carole, primo et demum eadem Gotta, promissa fuerit in vxorem, de parentum tamen vtriusque vestrum assensu, processu temporis, tractatus est finaliter habitus, vt vos in Christi nomine coniungamini foedere nuptiali; nos itaque praedictorum Regum supplicationibus inclinari volentes, habito respectu ad praemissa, et alia plura bona, quae inde, Deo annuente, prouenient, paternis studiis

prouidere, vt vos, impedimentis praedictis nequaquam obstantibus, etiamsi inter te, praefata Clementia, et praedictum Andream, ac inter te, fili Carole, et praedictam Gottam, sponsalia vera fuissent, matrimonium ad inuicem legitime contrahere, et in eo licite, ac libere permanere possitis, dummodo inter vos infra festum natalis Domini, proxime futurum, per vos, et per parentes vestros, aut ipsorum Procuratores, sponsalia contracta exstiterint, et firmata, vobiscum auctoritate praemissa, de Apostolicae plenitudine potestatis, dispensamus. Volumus autem, quod pro eo, quod in aliis similibus nostris, super hoc confectis, tempus breuius designetur, ne ad huiusmodi sponsalia contrahenda dubium aliquod, vel impedimentum praesentibus, vel earum effectui quodlibet ingeratur. Datum Suriani II. nonas Iulii.

Gerberti Cod. Epist. Rudolphi I. pag. 212. N. IX.

CCCLIX.

A. Ch. 1280. *Ladislaus Chunus R. II. litteras suas infidelitate Magistro Ioachimo adfecta emanatas cassat.*

Ladislaus, Dei gratia Rex Hungariae, memoriae commendantes, significamus vniuersis quibus expedit praesentium per tenorem. Nos intellexisse quod Ladislaus et Stephanus frater eiusdem tacita veritate non et - - - - nec et - - - Litteras nostras priuilegiales recepissent super eo: Quod Magister Ioachimus infidelitate perpetrata fuisset interemtus. Vnde cum idem magister Ioachimus nullam infidelitatem contra nostram Maiestatem commisisset, imo semper nostrae Maiestati studuit multipliciter suis meritorys seruitiis complacere.

Volumus vt omnia priuilegia nostra et litterae nostrae, si quae super huismodi facto contra dictum Ioachimum magistrum processerunt, cassentur, et vbicunque fuerint praesentatae vires non habeant, sed penitus pro iniquis et cassis habeantur; quia dictus magister Ioachimus pro fidelitate Coronae Regiae debita per suos emulos extitit interemptus. Datum Budae V. die quindenarum pentecostes. Anno Domini MCCLXXX.

Ex analectis Fejérvárianis Tom. II. Nro. 177.

CCCLX.

A. Ch. 1280. *Elisabetha regina Maior donationales regis Belae IV. super terra Nádasd confirmat.*

Donationales litterae Belae regis Hungariae Dalmatiae etc. super terra Nádasd vocata, in Comitatu de Scepus, cum vtilitatibus suis Comiti Zembulino de Leuche, et per eum suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus, more Saxonum aliorum in Scepus commorantium, de libertate regia collata, Anno Domini MCCLXIII. emanatae, per Elisabetham vero Dei gratia reginam maiorem Hungariae, ducissam de Macko et de Bozna confirmatae, et in pergamena expeditae. Anno Domini MCCLXXX.

Originales in Chartario Ciuitatis Leutsouiensis.

CCCLXI.

A. Ch. 1280. *Cessionales Alexandri, filii Gregorii, de genere Ják.*

Sandur, filius Gregorii, de genere Ják Budae coram comite Petro, totam portionem possessionariam Chepani, filii Pouse, de eodem genere Ják,

quae ante fuerat Mike filii Ják, Ioanni, fratri de eodem genere relinquit et statuit possidendam, ast ad festum Beati Michaëlis Archangeli condigna aestimatione mediante reluendam. Anno Domini. MCCLXXX.

Originales in Archiuo familiae Niczki.

CCCLXII.

A. Ch. 1280. *Charta fratrum de Engelschalchvelde coram testibus Hungaris edita.*

Ego Vlricus et ego Perchtoldus fratres dicti de de Engelschalchesvelde. Omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum, amen. Nouerint etc. Testes sunt D. Erchengerus de Landersere, D Wichardus de Slaet, Werenherus Visilinus, Chunradus de Prodendorf, Hainricus Vischel filius militis, Otto de Abramsdorfs et filius, suus Stephanus, Rudling Molendinator, et fratres praedictae domus Teutonicae, Fr. Hainricus Sacerdos, Fr. Waltherus Vngarus, Fr. Vto, Fr. Hadmarus, et alii quam plures. Actum anno Domini MCCLXXX. Sexto Kal. Iunii.

Duellii Hist. Ord. Teutonici P. III. Cap. p. 81. Nro. vndecimo.

CCCLXIII.

A. Ch. 1281. *Albertus Dux Austriae, ac Comes Habsburgi, mercatorum in Hungariam per Austriam tendentium obligationes explicat, ac definit.*

Wir Albrecht von Gots gnaden Graff von Havelspurge und von Kyburg, Landtgraff von Elsazzen, gewaltiger und gemeiner verweser über Österreich und über Steyr Tun Kundt, allen den diesen brief ansehent unnsren Grus ewigelich. Wann

unnser Herr und unser Vatter, der Hoch und der werd Roemisch Künig Rudolf von gots gnaden der zu allen Zeiten ist ein Merer des Reichs, und der uns über Österreich und über Steyr vollen gewalt und allen sein selbs gewalt geben hat, und hat uns in dieselben landt gesezt zw einem gemainen verweser, und zuu einem gewaltigen pfleger, und hat das gethan vor allen den Lanntherren, vor burgeren, vor Steten vor armen und vor reichen, und nach ihr aller wille und pet, bestett uns allen sein gewalt an der vorgenenten pfleg mit seinen hantvesten, dy wir auch darum von ihm habenn: darnach da unserr Herr und unser Vater von uns gefver, da sassen wir mit unserm Rat, den Landtherren, dy unserrn Rat gesworen haben, und unseren Herrn den Römischen Künig, und sind auch das die, die wir hie benenten Bernhard von Schawnberg Graf Perchtold von Hardegh, Ott von Haselanu der Landtherrn ze Österreich, Ott von Perchtolzdorff Kamrer, Steffan von Mayssaw de Marschalich, Leutold von Künnring der Schenk, un Hainrich sein Bruder, Erkberg von Lantzperg, Fridrich der Trugsetz von Lengpach, Cunrad von Pilichdorff, Ulrich von Cappellen der Landt Richter ob der Enns, Cunrad von Sumeraw, Hadmaer von Sunnberg, Cunrad von Potendorf, Remprecht von Kaloch, dy bruder von Eberstorff, und wurden des miteinander überain; wie wir alles Landt satzten und in guten frid und gewonhayt dy landt und lewten gut weren und wurden überein umb ein nyderleg. Das de zew Wyenn in des Reichs haubstat in Österreich wurd. Do besannt wir der stat Rat ze Wyenn, das die sessen zw denselben Landtherrn die unser Rat sind in österreich, und

mit den überain wurden, umb dieselben nyderleg, Uie die wurd nach Got und nach des Lanndes frumm; Do beweyst uns der Rat von der Stat ze Wyenn, das sy alt handvest habent gehabt von Keyseren, und von den Fürsten ze Österreich, die in unnser Herr und unser werder Vater Künig Rudolf vernewt und bestett hat, mit seinen hantvesten. An denselben handvesten do stund an under andren setzen, und under andren artikelen: das weylent ein nyderleg da ze Wyen gewesen ist dew also gemacht was, unnd geschrieben von wort ze wort: Es sol kainem menschen urlaublich sein von Schwaben noch von Regenspurg, noch von Passav noch von andren Landen ze varen mit seinem kaawfschatz hinz Hungeren, sew sullen mit irem Kaufschatz varen dy entrichten landstrass gen Wyenn, und sulten da ir kawfschatz allew nyderlegen. Wer da entgegen tet, der sol der stat ze Wyenn puss geben zwey pfund gold. Es sol auch kain frömder Kavfman ze Wyenn lenger bleiben mit seinem Kauvschaz dan zway monadt, und soll seinen Kawschaz nymant verkauffen, dan ainem burger ze Wyenn, also ob der Burger mit in zeitlichen kauffen welle. Er ensol auch nicht kauffen gold noch silber, das sol er verkawffen zw unnser Cammer; wan aber uns und den unsern den vorgenenten Rat die Landtherren ze Österreich und unser Rat aus den Burgeren ze Wyenn der vorgenenten setz und der artickel den kawfleuten den gessten ze swer dewcht. Nw haben wir in mit den vorgenenten Rat die nyderleg ze Wyen also gelaytt und gesatzt: Das die vorgenenten kawflewtt und alle dy kawflewtt, dy in das Landt ze

österreich arbeitend, mit kawschaz, dy gemeinen strass auf wasser und auf landt für sich gen Wyenn varen, und sullen ihr kawfschaz da nyderlegen, und nyndert anderswo. Wer der weiderfuer gen Hungern oder anderswo mit seinem kaufschaz fuer, das er in das Landt kumbt, alles das er fürt, das sol man ziehen in des Landherren gewalt auf goad. Welich Kawfman seinen kawfschaz nyderlegt, da ze Wienn, der sol haben die gnad, nach unsern Landthern und der burger Rat und aufsatz, das ez sol sein mit seinem kaufschatz als lang und er wil, und sol seinen kaufschatz, den er her gen Wyen pringet, ze kauffen geben, an trüg und all poslyst, allen lewten, burgeren und gesten, sy sein inner landes oder ausser landes gesessen, von Hungeren, oder von wann sew sein, und nem awch wir diselben Kawflewt, dy zw Wyen koment, und da nyderlegent, in unnsers Hern und unnsers Vater Künig Rudolfs schermm, in unsern schermm, in der landt Herrn scherm, in den burger scherm von Wyenn: und loben in, das mit sambt der Landtherrn, mit den burgeren, das kain newe mawt zol, noch newen aufsatz auf sew noch auf in kaufschatz nymermer gesatzt sol werden. Wer der auch ist, der der nyderleg ze Wyenn will über werden, der kom mit seinem kaufschatz in das Land ze Österreich, nicht der var durch andrew landt wo er wil mit unserm guten willen. Wir tuen auch allen den kundt, dy dysen brief ansehent, das wir dieselben wandlung der nyderleg dysen satz, und disew gnad, die wir getan haben an der nyderleg, empieten unnserm Herrn und unnserm Vater dem römischen Künig Rudolfen, dem geviel der Aufsatz an allen

sachen wol, als er uns kundt tet mit seinem brief, also ob mynnes Bruder und Prediger gehullen an disem satz mit den Landtherrn und mit den burgeren da besaut wir Mynnen Brüder und Prediger dy weisisten und die pessten von den zwain hewseren ze Wyenn, den geviel der aufsatz wol, und gehullen sein mit uns mit den Landtherrn und mit den burgeren. Es habent auch die Landtherrn mit sambt uns gelobt, welich Kaufmau mit seinem kawfschatz dy Rechten strassen meyt gen Wyenn, und wil anderswo aus dem land varen mit seinem kawfschatz, das sy den sullen halden, mit leib und mit gut, und sullen vns in antworten, das der aufsatz ymmer unverwandelt und stet beleibe, als er hie an diesen brief von wart ze wart geschrieben ist, so ewig wir in und bestetten in mit unnserm Insiegel und mit uunsers Rats, der Landtherr, der besten von Österreich, und mit der stat Insigel von Wyen: zw einem Urkundt und zu einer ewigen Vestigung. Der brief ist geschehen ze Wyenn da von Christi gepurt ist gewesen Tawsend Iar, zwayhundert Iar, und eins und achtzig Iar, an Sand Iacobs abent.

Hergott monnment. Aug. Dom. Austriacae Tom. II. A. I. p. 254. Nro VIII.

CCCLXIV.

A. Ch. 1281. *Fragmentum fassionis per Petrum de genere Iula Magistro Beke coram Conuentu Pechvaradien. celebratae.*

Petrus filius alterius Petri filii Buchk, de Bereniza seu Beremen de generatione Iula Bani, vna cum Urbano et Kajan filiis Nicolai, ac Blasio filio Michaëlis de eadem generatione coram Conuentu Varadien. ita conueniunt. Quod licet dictus Petrus

totam possessionem Beremen in Comitatu Baraniensi iure mediante emisset, attamen per depositionem LX. marcarum Nobili Iuueni Magistro Beke filio Comitis Marcelli de Kostian cognato suo, eam possessionem rehabuit; ideo idem Petrus quamdam terram suam Begallya ad vsum III. aratrorum sub metis ab infra descriptis in Comitatu de Barania ex permissione etiam dictorum Generationalium suorum, nec non Laurentii filii Vid, et Benedicti filii Miskoucz de Lippow, ac Magistri Ioannis filii Ladizlai vicinorum dictae terrae Begallia praenotato Magistro Beke Cognato suo in aevum possidendam tradit. An. Dom. MCCLXXXI.

E Collect. Czeckiana.

CCCLXV.

A. Ch. 1261. *Capitulum Iaurin. de fassione super terris Hidegség et Konky celebrata testatür.*

Capitulum Iaurinensis Ecclesiae omnibus Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum notitiam in harum serie volumus peruenire: Quod cum Nicolaus Buzad et Feldricus filii quondam Chak Bani in nostra praesentia personaliter constituti, quasdem Possessiones suas Hydegséd et Honky vocatas in Comitatu Soproniensi existentes secundum formam memorialium litterarum nostrarum Gregorio et Andreae, filiis Petri de genere Osl, ac Dyonisio filio Bartholomaei de Vezeken Comitibus pro ducentis marcis, quae in Denariis Viennensibus non rasis fuerunt persolutae coram nobis, usque certum terminum pignori obligassent, nec easdem Possessiones suas in primo, secundo et tertio terminis per Gregorium, Andream et Dyonisium Comites tam amicabiliter, quam misericor-

diter vltra duos Annos porogatis redimere potuissent, tandem per partes probi homines ad aestimandum ducti praesente nostro homine secundum ordinationem partium per nos misso dictae Possessiones prout partes, aestimatorès, et noster homo ad nos reversi retulerunt pro CCC. marcis fuerunt aestimatae, pro quibus trecentis marcis prius tamen sufficienter satisfactio per Andream Gregorium et Dyonisium Comites, de illis centum marcis quae in aestimatione excreuerunt supra ducentas marcas tempore impignorationis habitas dicti Nicolaus, Buzad, et Feldricus filii condam Chak Bani ad nostram redeuntes praesentiam iam dictas Possessiones suas Hydegséd, et Honky vocatas cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis suis clausas antiquis metis et terminis praefatis Andreae, Gregorio, et Dyonisio Comitibus ac eorum haeredibus haeredumque successoribus concorditer tradiderunt, vendiderunt, et dederunt iure perpetuo, et irrevocabiliter possidendas. Hoc adiecto, quod si quispiam temporum processu nacta aliqua occasione, eosdem emptores ratione ipsarum Possessionum impeteret, iidem filii Chak Bani, et filii Chakyz, pro quibus se obtulerunt, eosdem tenebuntur expedire propriis laboribus et expensis. Quarum Possessionum metae et termini, sicut ab homine nostro ad Instantiam Partium ad hoc misso intelleximus, taliter distinguuntur. Quod prima meta terrae Honky incipit iuxta Ferteu ab aquilone, vbi sunt duaę metae, quarum vna ab oriente est meta villa Egku alia ob occidente terra Honky inde venit ad vnius baculi iactum vel paulo plus in eadem plaga ad duas metas, quarum vna est villae Igku, alia Honky et ibi

transit unam magnam viam ducentem in Suprunium quasi versus meridiem, et in eadem plaga satis longe eundo venit ad duas metas, quarum una est villae Honky et alia villae Igku et ibidem prope intrat in quandam viam, et parum transeundo facit angulum, et vadit versus occidentem veniendo ad duas metas, quarum una a parte villae Igku est meta eiusdem et iuxta eandem est meta Terrae Honky, abinde eundo satis remote distenditur ab eadem via versus aquilonem ad competens spatium, et venit ad duas metas, quarum una ab oriente villae Igku, et alia ab occidente terrae Honky remanentibus, abinde pergendo versus occidentem satis longe in quodam virgulto venit ad tres metas quasi facientes angulum, quarum una ab oriente est villae Igku, a meridie villae Kuchmer ab aquilone terrae Honky, inde venit in eodem virgulto et in eadem plaga ad quatuor metas, quarum una tenet a parte terrae Honky et duae a parte villae Kochmer ibi pervenit ad unam metam prope iuxta quandam viam ducentem in Hidegsed ubi transit ad capitalem metam eiusdem Terrae Hidegsed et ibi incipiendo, et quasi angulum faciendo peruenit ad duas metas, quarum una ab Oriente est Terrae Hidegsed, alia villae, ab inde venit ad tres metas existentes iuxta viam ducentem in Neck quarum vna est villae Honky, alia Hidegsed, et tertia villae Zechun, inde venit ad duas metas, terra Zechun ab occidente, terra Hidegsed ab oriente remanentibus, ab hinc venit ad tres metas, quarum vna est Tothchynk, alia Zechun, et tertia Hidegsed, inde venit ad duas metas sitas iuxta vnam

viam, quarum vna est villae Hidegsed, alia terrae Tothchynk inde transeundo directe ad Ferteu in magna sylua, venit ad quamdam conuallem ad duas metas, quarum vna ab occidente est terrae Bozyas, ab oriente terrae Hidegsed, abinde directe venit et intrat transeundo magnam viam ducentem in Suprunium in Ferteu, vbi habent iura dictae Possessiones in piscinis foenetis, aquis et aliis vtilitatibus, quae eisdem Possessionibus competunt ab antiquo et istis metis ditae Possessiones includuntur. In cuius rei memoriam, et perpetuam firmitatem praesentes literas concessimus munimine nostri sigilli roboratas Anno Domini MCCLXXXI. Magistro Charachino Ecclesiae nostrae Praeposito, Abraam Cantore; Dominico Lectore, Mykov custode existentibus. (L. S.)

E Collectione Iosephi Hajnoczy.

CCCLXVI.

A. Ch. 1281. *Capitulum Scepus de tertia parte terrae, per Stephanum, filium Olasz, Ladislao, filio Meck, ratione filiae donata, testatur.*

Nos Capitulum Ecclesiae Sancti Martini de Scepus memoriae commendantes significamus vniuersis, quibus expedit praesentium per tenorem: quod Stephanus, filius Vloz, et Tiburcius filius eiusdem, coram nobis personaliter constituti, retulerunt manifeste: quod Ladislao, filio Mechk, ratione matrimonii filiarum suarum idem idem Stephanus legitime tradidisset tertiam partem terre sue, cum prato scilicet et aliis vtilitatibus, excepta portione Hermani generi sui, donationis titulo eidem Ladislao in filios filiorum iure perpetuo

possidendam. Vt huius donationis series robur obtineat perpetuae firmitatis, et ne processu temporum per quem possit in irritum reuocari, praesentes concessimus litteras nostri sigilli munimine roboratas. Datum apud Sanctum Martinum proxima feria tertia praecedenti Epiphaniam Domini MCC. Octingesimo primo.

Ex Originali Cornides Tom. XII. p. 170.

CCCLXVII.

A. Ch. 1282. *Idem Ladislaus litteras suas super cambio terrae Kechul concessas priuilegialiter edit.*

Ladislaus Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Omnibus Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum tam praesentium quam futurorum notitiam harum serie voluinus pervenire: quod Belud filius Belud ad nostram accedens praesentiam exhibuit nobis patentes litteras nostras sub sigillo annuli nostri super collatione terrarum Castri Suprunien. videlicet Loos, Loblo, et Tord vocatarum in Concambium terrae Kechul vocatae datas et concessas, petens cum instantia, vt repetitas litteras ratas habere, et collationem per nos factam ratificare nostro priuilegio dignaremur; quarum quidem Litterarum tenor talis est: (sequuntur Litterae Cambiales d. a. MCCLXXVII. sub N. CCCXL. iam recensitae.) — Nos itaque pretitionbus ipsius Comitis Belud assensum fauorabilem adhibentes dictas patentes Litteras nostras sub sigillo annuli nostri nobis exhibitas ratas habentes et acceptas de verbo ad verbum praesentibus insertas authoritate praesen-

tium confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Bartholomaei Aulae nostrae Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri Anno Domini MCCLXXXII., Regni autem nostri anno XI.

E transumto authentico.

CCCLXVIII.

A. Ch. 1282. *Capituli Generalis Ord. Cister. statutum.*

„Quoniam sicut innocentium opera recta solet simplicitas commendare, sic e regione etc. -- Capitulum generale ordinat et diffinit, quod Abbati Belli-Fontis in Hungaria, qui innocens manibus et mundo corde a suis quibusdam monachis peruersis tam multipliciter est offensus, et in prisione per eos aliquamdiu detentus, quem denique sigillum suum per violentiam et mortis metum reddere compulerunt, sigillum praedictum debeat iterato reddere pater Abbas, et de cetero pro Abbate vero dicti loci, et legitimo habeatur; principales vero auctores tanti excessus ad arbitrium visitatorum auctoritate Capituli generalis per censuram ordinis puniantur.

Martene Tom. IV. Anecdotor. Col. 1481.

CCCLXIX.

A. Ch. 1283. *Capituli Vesprimien. de terra per Lampertum, filium Petri, defixo tempore haud redemta testimoniales.*

Capitulum Weszprimiensis Ecclesiae omnibus Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum

notitiam harum serie volumus peruenire, quod vir nobilis Blasius filius Deym de Villa Deym ad nostram personaliter accedens praesentiam, exhibuit nobis Literas nostras memoriales super impignoratione cuiusdam Terrae, sibi impignoratae, pro quinq̃ue marcis per Stephanum et Mathaeum filios Gregorii de Geych, confectas quae quidem Terra per Petrum et Iohannem filios Siluestri ac Emrech filium Lucach de genere Karun cognatum eorundem dicto Gregorio, patri praedictorum Stephani et Mathaei similiter pro quinque marcis fuerat impignorata, et ad tempus obligationis per eundem habita et pacifice possessa, quam quidem Terram Lampertus filius Petri praenominati et sui cognati in termino redemptionis ab ipso Blasio redimere non curarunt, sicut assumpserant, prout in literis nostris memorialibus infrascriptis euidentius continentur, petens cum instantia: vt nos praedictarum Literarum nostrarum memorialium tenorem praesentibus inseri faciendo, super taliter impignoratae Terrae perpetuatione ex conuentione habita, nostras Literas priuilegiales sibi dari faceremus. Quarum quidem Literarum nostrarum memoralium tenor talis est: Nos Capitulum Weszprimiensis Ecclesiae damus pro memoria: quod Stephanus et Mathaeus filii Gregorii de Geych, in nostri praesentia personaliter constituti, quandam Terram Gregorii patris eorundem per Petrum, et Iohannem filios Siluestri, et Emerech filium Lucach de Genere Karun, cognatum ipsorum pro quinque marcis pignori obligatam, et ab ipso tempore impignorationis per praedictum Gregorium patrem - - - - postmodum per se in eadem impignoratione, vsque ad haec tempora habitam

et possessam, Lamperto filio Petri antedicto pro se et pro cognatis suis - - - - sis personaliter coram nobis astante et consentiente, Blasio filio Deym pro eisdem quinque marcis pignori obligarunt cum foenetis atque siluis statu sub priori. Sub tamen conditione; quod si Lampertus praefatus, vel aliquis cognatorum suorum de Generatione sua vsque ad anni reuolutionem praedictam Terram persolutis praemissis quinque marcis redimere poterit, bene quidem; alioquin in ius et proprietatem dicti Blasy ipsa Terra devoluetur, perpetuo et irreuocabiliter possidenda. Terra villae Gestey a parte meridionali; Terra Chompop vocata a parte occidentali, ab aliis vero partibus septemtrionalibus videlicet et orientalibus terris praedicti Lamperti et suorum Cognatorum eidem terrae circumiacentibus, et immediate vicinantibus, prout partes sunt confessae. Datum Anno Domini MCC. LXXX. In octauis sancti Georgii Martiris. — Nos Capitulum Weszprimiensis Ecclesiae damus pro memoria, quod cum nos secundum priorum nostrarum continentiam Literarum Lampertus filius Petri, et eognati eiusdem quandam Terram, quam Stephanus et Mathaeus filii Gregorii de Geych, Blasio filio Deym de Deym pro quinque marcis vsque ad reuolutionem vnius anni pignori obligauerant in octauis Beati Georgii Anno Domini MCC. LXXXI. redimere debuissent restituta praedicta pecuniae quantitate; Adueniente ipso termino praedictus Lampertus non comparuit, nec quispiam cognatorum suorum, qui praedictam Terram redimerent, praenotatis quinque marcis restitutis. Petro seruiente dicti Blasy ipsam solutionem quatuor diebus continuis in nostri praesentia pro domino

suo cum Literis praedictae obligationis exspectante. Datum quarto die post octauas Beati Georgii praenotata, Anno Dei supradicto LXXX. primo. — Nos igitur eiusdem Blasy petitionem iustam fore cognoscentes, aequitate suadente duximus admittendam, et continentiam tam primarum Literarum nostrarum, impignorationem praedictae Terrae continentium, quam secundarum, per quas praedictos Lampertum et cognatos eiusdem ipsam Terram non redemisse, vt tenebantur liquet manifeste, ob robur perpetuae firmitatis, et rei memoriam firmiorem, praesentibus de verbo ad verbum introseri fecimus, et prout superius est expressum. In cuius rei testimonium praesentes concessimus Literas, sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Hermanni Lectoris Ecclesiae nostrae Anno Domini MCC. Octuagesimo secundo. Venerabili in Christo patre ac Domino Domino Petro Episcopo nostro, Magistro Paulo praeposito, Paulo Cantore, Laurentio Custode existentibus.

Ex Originali Membranaceo.

CCCLXX.

A. Ch. 1283. *Elisabetha R. H. Dominico Castellano de Vissegrad terram Ladány in Comitatu Alben. propter immanes excessus ablatam Ecclesiae Vesprim. in compensationem damnorum perpessorum confert.*

E. Dei gratia, regina Hungariae, fidelibus suis vniuersis, quibus presentes ostenduntur, salutem et gratiam. Cum nos terram nostram reginalem Ladan vocatam, in Comitatu Albensi constitutam, prouti populos super eadem terra existentes, de quorumdam importunizantium et non sana suadentium, consilio, Dominico condam Castellano de

Wissegrad mediantibus nostris litteris dedissemus; quum tamen postmodum idem Dominicus de populis, qui super eadem terra resederant, tres honorationes ad nos missos causa licentiandi de ipsa terra, Baronibus et Nobilibus nostris iudicantibus, fecit ante nostram curiam altercari, ac postmodum aliis populis ipsius ville, per nos ad recedendum licentiatis, habere volentibus, pluribus captis, et in vinculis detentis, per crurciatus intolerabiles duos honoratiores interfecit, et insuper, quod nequius et infidelius est, duos Thauarnicos nostros ad exigenda victualia in comitatum Albensem per nos missos, in ipsa villa Ladan dicatores et exactores victualium nostrorum captiuasset, diutius in captiuitate detentos, semiuiuos vsque ad vmbilicum terra defossos, fecisset sepeliri; quod non solum visu, sed etiam auditu est abominabile, et orrendum; eosdem inhumaniter et miserabiliter interfecit, et licet excessus suos priores, quos manendo in Wissegrad, in procedendo videlicet cum infidelibus regni nostri, contra Dominum regem Charissimum consortem nostrum ac nos commiserat, propter quos excessus in personam suam, et omnium bonorum suorum mobilium et immobilium non immerito recipere pot - - ad Baronum et Nobilium regni nostri vmillimam supplicationem et instantiam, Dominus noster Rex, et nos cum eodem misericordiam fecissemus — infidelitatis notam potius — voluit, quam fidelitatis munere gratulari. Nos ipsam terram Ladan ab eodem Dominico auferendo, et omnes litteras super ipsa collatione sibi datas, ex tunc reuocantes et cassantes, Ecclesiae Beati Michaëlis Archangeli e Vesprimio, in qua consueuerunt regine regni Hun-

garie coronari, de voluntate et conniuentia Domini nostri regis ob salutem et remedium anime nostre; et precipue propter destructionem et desolationem possessionum ipsius ecclesie nostre Vesprimien. de S. Andrea et insula Kecskeszigeth vocatarum; quam praedictus Dominicus manendo in castro Wissegrad fecerat, ipsam terram Ladan cum omnibus suis vtilitatibus et pertinentiis dedimus, donauimus et contulimus perpetuo et irreuocabiliter possidendam; promittentes etiam super presenti donatione, seu collatione nostras dare litteras priuilegiales, cum ad nos presentes fuerint reportate. Datum Strigonii in octauis medii quadragesimae. Anno Domini MCCLXXXIII." L. S. a tergo impressi.

Ex originali tabularii Capitularis Vesprim.

CCCLXXI.

A. Ch. 1283. Idem Ladislaus diuisionales inter successores familiae Ratold rati habet.

Ladizlaus Dei gratia Hungariae etc. Rex. Omnibus Christi fidelibus, tam praesentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum igitur notitiam harum serie volumus peruenire: quod cum nobiles viri Magistri Rorandus et Deseu filii Leustachy, Dominicus et Lad filii St - - - Reynoldus et Nicolaus fily Olyuery de genere Ratoldy, magistrum Mathiam filium Rorandi bani de eadem generacione Ratold super facto dissipationis et alienationis possessionum suarum ad nostram, Regiam specialem presenciam in causam attraxissent, et ipsa causa diucius coram nobis extitisset ventilata. Tandem vt omnis liuor discordie et rancor

inuidie de medio ipsorum exstirpetur et pulchritudo pacis glorietur, et se fraterne dileccionis affectu amplecti possint et valeant, obtenta a nostra regia Maiestate licencia, partes in nostra presencia personaliter comparentes taliter se dixerunt concordasse; quod vniuersas possessiones ipsorum hereditarias, empticias, aquisitas, et quouis titulo ad ipsos deuolutas perpetuo inter ipsos diuisissent eo modo: quod possessio Kaza vocata in Comitatu de Borsod cum omnibus possessionibus ad eam pertinentibus; item possessiones Puthnuk et Feled, vocate in Comitatu Gumuriensi existentes, similiter cum omnibus possessionibus ad easdem pertinentibus; Item possessiones Pata, Szengurg vocate in Comitatu Simigiensi latentes, similiter cum omnibus possessionibus ad easdem pertinentibus, et earum vtilitatibus; Item possiones Ujlak Kuesd et Olahteluk vocate in Comitatu Byhorien. existentes, cum omnibus ad easdem pertinentibus possessionibus; item possessio Selpe in Comitatu Posonien. existens similiter cum omnibus ad eandem pertinentibus possessionibus; item possessio Ratold vocata in Comitatu Pestiensi adiacens, in qua Ecclesia est fundata, cum vniuersis vtilitatibus eorundem, cessissent predictis magistris Rorando et Deseu, filiis Leustachy, Dominico et Lad. filiis St – – Reynoldo et Nicolao filiis Olyvery et per ipsos eorum heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter optinende tenende conseruande et habende, ymo perempniter possidende; deinde e conuerso possessio Aapa in Comitatu Simigiensi situata, cum omnibus ad eandem pertinentibus possessionibus earumque vtilitatibus vniuersis, item vniuerse possessiones in Comitatu

de Posoga existentes cum omnibus suis vtilitatibus et pertinentis vniuersis. Item Castrum Hungarie Nog Kemluk vocatum inter fluuios Draua et Szava vocatos in Sclauonia existens, similiter cum omnibus prediis et possessionibus ad ipsum Castrum pertinentibus ac earum vtilitatibus vniuersis, item possessio Nog Ratold vocata in Comitatu Vesprimien. situata, excepta portione magistri Baldun, similiter cum omnibus possessionibus ad eam pertinentibus earumque vtilitatibus vniuersis; item possessio Halaz vocata in Comitatu de Szabolch existens modo simili cum omnibus ad eam pertinentibus possessionibus, suarumque vtilitatibus vniuersis; item possessio Kuesd vocata in Comitatu de Szemlen adiacens cum omnibus possessionibus ad eam pertinentibus, earumque vtilitatibus vniuersis cessissent in ius et proprietatem eiusdem Magistri Mathie et per eum suorum heredum, heredumque suorum successorum, tenende possidende perempniter et habende; — obligantes se partes premisse sua spontanea voluntate, quod si quispiam ipsorum temporis in processu possessiones ab ipsis alienatas vel aliquam earum reacquirere reinuenire vel rehabere poterit quoquomodo, ex tunc eas inter se diuidere aequaliter tenebuntur - - - Hoc non pretermittentes, quod siquis ipsorum vel eorum heredum aliquid imposterum de diuisione vel ordinacione premissa vellet seu intenderet irritum retractare, eo facto columpnie pene meretur et deberet publice irretiri. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes ad peticionem partium concessimus Litteras nostras priuilegiales duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri

magistri Bartholomei aule nostre Vice-Cancellary dilecti et fidelis nostri anno Domini MCCLXXX. tercio. Regni autem nostri anno XI. (L. S. P. duplicis).

Originale asseruatur in Conuentu de Lelesz.

CCCLXXII.

A. Ch. 1283. *Ladislaus, Comes Sopronienses, terram Keer Comiti Dionysio relinquit.*

Ladislaus Comes Sopronienses omnibus Christi fidelibus, praesentes litteras inspecturis, salutem in eo, qui est salus omnium, et Largitor! Quoniam quae geruntur, et decisive peraguntur, lapsu temp oris ne per fraudulosam calliditatem aliquorum reuocabilia existant, humana adinuenit ratio: vt ea tenore Priuilegiorum in perpetuum perdurent. Proinde ad vniuersorum notitiam modernorum scilicet et futurorum harum serie declaramus: Quod cum nos de mandato Domini Regis, et praecepto in Comitatu Supruniensi terras Castrensium, et vniuersorum Conditionariorum Domini Regis, a quibuslibet indebite occupatas, mediantibus scilicet homine Regio, et Testimonio Capituli Iaurinensis ad hoc Deputatis reambulari faceremus, et reimpediri dictis Castrensibus, et Conditionariis possidere restituendas. Inter caetera quidam Castrenses de Keer, Bura videlicet et filius eiusdem Martinus, filius Demee, Box et Kissend praesentibus Domini Regis et Capituli Iauriensis hominibus quamdam terram Keer vocatam iuxta terram eorumdem similiter Keer dictam adiacentem, vt dicebant ratione temporum eorum a Comite Dyonisio filio Bartholomei reambulari fecissent et reimpediri, et super ca-

dem cum eodem Comite Dyonisio coram nobis deueniendo in causam, eadem in, vt praemissimus supra, ipsa terra dicti Castrenses allegarent, ipso Comite Dyonysio ex aduerso saepius nominatam terram suam confitendo emptitiam prius etiam per praedictos Castrenses aliquos iam ex eisdem defunctos, et aliquos sicuti tunc et modo viua persona allegantes coram Matheo Palatino, dixit se in causam tractum exstitisse, vt secundumquod decisum fuerat. Item praesentes habere Instrumentum seu Priuilegium dicti Mathei Palatini; et hoc sententialiter statuimus, vt ipsum Priuilegium coram nobis deferret, die autem per nos adhoc deputato, praesentibus saepius nominatis Castrensibus, Comes Dyonisius exhibuit nobis Priuilegium nobilis viri Mathei Palatini Comitis Simeghiensis, Supruniensis, Iudicis Ciuium. Cuius tenor Talis. Vide Diplom. Mathei Palatini de Anno M. CCLXXIX. q. i. Matheus Palatinus etc. Vide postea Diploma Capituli S. Michaëlis de Castro ferreo de An. MCCLXX. VII. quod incipit: Nos capitulum etc. Quod quidam Opud filios etc. Vnde cum praemissae executiones et statuta saepius notati Mathei Palatini nostri aliquomodo videantur fieri irrebrachensibilia. Sed recta, et in omnibus de iure processa, ne etiam aliquo vnquam temporis Curriculo per quempiam omnia praemissa valeant retractari in praeiudicium ipsius Comitis Dyonisii, et grauamen, nos ad robur, et firmitatem, vt memoratam terram Keer sub eisdem metis et terminis, quibus hactenus dignoscitur possedisse, irrenocabiliter possideat et habeat, ad petitionem et instantiam eiusdem Comitis Dyonisii prout et ad

hoc nos Ordo Iuris poscebat, litteras nostras concessimus Priuilegiales munimine Sigilli nostri roboratas. Datum III. Kalend. Martii Anno Domini MCCLXXXIII.

Ex Orig. Autographo Coll. Dipl. Ios. Hajnoczy.

CCCLXXIII.

A. Ch. 1284. *Ciues Scardonenses Paulo Bano terras quasdam vendunt.*

Nos Capitulum vniuersum Cathedralis Ecclesiae Beatae Mariae Virginis de Scardona, significantes memoriae commendamus, vniuersis, quibus expedit, praesentem paginam inspecturis; quod accedentes ad nostram praesentiam viri Nobiles, Ciues Scardonae, videlicet Lubauac, filius quondam Bartodruzzi, Cosmar et Michael, filii quondam Dobrosii, cognomento Tuardouh, Pribinus, et Bosanus; Berislauus, Dominicus, Laurentius, et Zune pro parte sua, suorumque Ciuium omnium Scardonae, pro parte vero altera, vir Nobilis nomine Purthio, quondam Streimeri, in persona Domini Bani Pauli, tanquam per pactum, pro eo, quod dictae Ciuitatis Ciues tenebantur ad Castrum Scardonae in quibusdam servitiis, videlicet vigilias seu custodias servare, vineas et terras colere, et aquam portare, itinera et alia servitia consveta facere. His et aliis cupientes absolui, et esse liberi, et frui libertatibus ciuilibus, convenerunt cum praefato Domino Bano, et se obligaverunt, eidem annuatim et in perpetuum soluere duo millia librarum, et pro pedagio portarum Ciuitatis eiusdem, pro piscaria, pro macello, et pro arboragio porti, et pro transitu barchanei libras sexcentas Venetas parvas. Item iidem viri No-

biles obligaverunt se in perpettum, facere, conducere monasterio S. Elisabeth, vbi degit Domina Stanislaua, sanctimonialium, soror dicti Domini Pauli Bani, et hoc necessitate ipsarum Dominarum, et Capellanorum eorundem, de lignis quatvor vicibus in anno, in festiuitatibus videlicet omnium Sanctorum, in Natiuitate Domini, in carnispriuio, et Pentecoste, omni vice quatvor barchas vulgariter dictas Bastassizas; hoc tamen facta satisfactione prius dictae Ciuitatis Ciuibus, videlicet Vladislao filio Petri, Stoyslauo, et Lucae, filiorum quondam Berizci, et Comiti per dictum Dominum Paulum Banum pro quibusdam territoriis, siluis et campis, pratis, aquis, et aquarum conductibus, quas iidem Ciues et communitas Scardonae vendiderunt dicto Domino Paulo Bano, et consorti suae Dominae Vrsae, Banistae, pro tribus millibus librarum et centum quadraginta quatvor, quorum quidem territoriorum venditorum per dictos Ciues et Comitem sunt termini, siue confines - - - - - (omissis terminis) - - - - et descendunt ad fluuium Karca vulgariter vocata, prout continetur in literis, seu instrumentis confectis super factum praefatae venditionis, et annuatim deuiciant debitum suum, siue obligationem, duo mille et sexcentas libras quitando, donec fiat satis pro vtraque parte; quodsi aliud dicti Ciues secus fecerint, vel essent ausi contraire dictae compositioni, se obligauerunt duplum solvere, et ad pristina servitia redire, praesentibus videlicet Reverendissimo in Christo Patre et Domino Damiano, Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopo Scardonensi, nec non et viris Nobilibus scilicet Comite Neliptio, filio quondam Georgii, et

Comite Budislao Corbauiensi, filio quondam Curiaci, et aliis quam pluribus ad hoc vocatis ad nostrum secretarium. In cuius rei testimonium praesentes iussimus per nostrum Notarium in carta publica redigi, redactum sigillo Capituli nostri praetacti, vna cum sigillo communitatis Scardonae, munimine sub appensione consignari. Datum Scardonae Cathedralis Ecclesiae Anno Natiuitatis MCCLXXXIV. Indictione II. Pontif. Bene. PP. die XI. Mens. Febr.

Lucius, in Schwandtneri SS. RR. Hungaricar. Tom. III. pag. 326.

CCCLXXIV.

B. Ch. 1284. *Idem Ladislaus Ioanni, filio Jeroslai in praemium meritorum, bello Bohemico partorum, villam Zamobor in Sclauonia confert.*

Ladislaus, Dei, gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galiciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Omnibus praesens scriptum inspecturis salutem in Domino. Regum libertas pensare debet merita singulorum, et illos praesertim amplexari fauore gratiae potioris, quos deuotae fidelitatis constantia culmini fecit regio complacere: proinde ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod nos attendentes et considerantes, qualiter Comes Iwan, filius Juzlay, fidelis noster, nedum tempore cum gentes Tartaricae Regnum Hungariae invasissent, prout per Barones, Nobiles et proceres Regni nostri nobis clarius constitit luce clara, verum et ab omnibus infantiae suae temporibus, implerisque casibus, diuersis actionibus et multiplibus Expeditionibus, et maxime contra

Regis Boemorum nostri inimici capitalis versutias indesinenter dimicando, nobis servivit fideliter laudabiliter et devote; ipsum voluimus insignire regalibus donativis, quamquam modicum sit, quod ad praesens agimus, suorum respectu meritorum praesentes concedentes donavimus; — certa scientia statuentes eidem Comiti Ioann, et per eum suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus, quandam villam nostram in Slauonia existentem, Zomobor nuncupatam, cum suis iuribus vniuersis, et cum tributo Portae, prope ipsam villam in Regni nostri confinio existentis sitae in terra Ivan Comitis antedicti, iure perpetuo possidendam; maxime cum Castrum, quod in praedicta terra Zomobor praedicti Boëmiae Regis homines construxerant, idem Comes Ivan multo sudore, multis laboribus et expensis, et non sine suorum sanguine et cruore, ab ipsis inimicis nostris rehabuit et recepit. In cuius rei certitudinem praesentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Sanctae Strigoniensis Ecclesiae Electi et Comitis perpetui, loci eiusdem, Budensis Praepositi, et aulae nostrae Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri anno ab Incarnatione Domini MCCXXXIV., Regni autem nostri Anno XIII. Venerabilibus Patribus Stephano Colocensi, et Ioanne Spalatensi Archi-Episcopis, Lamperto Agriensi, Briccio Chanadensi, Joob Quinque-Ecclesiensi, Paulo Vesprimiensi, aulae nostrae Cancellario, Philippo Vaciensi, aulae Dominae Reginae Consortis nostrae Charissimae Cancellario, Timotheo Zagrabiensi, Dionysio Iauriensi et Petro Transyluano Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus,

Rolando Palatino et Iudice Cumanorum, Dionysio Bano totius Sclauoniae, Egidio Magistro Tauernicorum nostrorum, Matthaeo Vajvoda Transyluano Comite de Zettin et Zounok, Petro Comite Sopronien. et Sümeghien., Moys Magistro Tauernicorum Dominae Reginae Consortis nostrae charissimae, Comite de Scepus, Petro Magistro Agazonum nostrorum Comite Zalugageuriensi, Salomone Comite Albensi, Ernyei Iudice Curiae nostrae Comite de Zattmár, Nicolao Magistro Dapiferorum nostrorum, Comite Mosonien. Philippo Comite Castriferrei, Dedalo Comite Zaladien. Michaele Comite Nitrien. et aliis quam plurimis Comitatus Regni tenentibus et honores. (Locus praeexistentis sigilli pendentis.)

E collectione Diplomatica Czeckiana.

CCCLXXV.

A. Ch. 1284. *Statutum Capituli Generalis Ord. Cisterc.*

Indulgentia, quae fuit anno praeterito concessa his, qui non tenentur singulis annis ad capitulum venire, vt per litteras liceat excusare, si infirmitate detenti venire non potuerint, in proximis Regionibus positis non conceditur, nisi transmarinis, et his, qui vltra montem Bardonis sunt, et his qui sunt de Hungaria, de Polonia, de Hispania.

Martene Thesaurus Anecdotorum T. IV. col. 1258.

CCCLXXVI.

A. Ch. 1285. *Maria, Siciliae regina, Ladislai R. H. Soror, de auro ex dono ab Heduardo Angliae rege percepto testatur.*

Vniuersis praesentes litteras inspecturis Maria filia Regis Hungariae, principissa Sa-

lernitana et honoris Montis Sancti Angeli Domina; salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noueritis, quod nos praesentialiter recepimus et habuimus per manus religiosorum virorum fratrum Hugonis de Sancto Edmundo, Prioris fratrum Chelmerfordiae, et Walteri de Seggefeld, eiusdem ordinis, ab excellentissimo Principe Domino Houdoardo, Dei gratia illustri Regi Angliae, carissimo consanguineo nostro, octingentas vncias auri, ponderis generalis, pro valore duorum millium librarum Turanensium ex dono facto carissimo Domino et consorti nostro Principi per inclytum Regem Angliae supradictum. In cuius rei testimonium et ad praedictorum fratrum cautelam praesentes litteras exinde fieri fecimus, nostri pendentis sigilli munimine roboratas. Dat. in Castro nouo prope Neapolim anno Domini Millesimo, Ducentesimo octuagesimo quinto, vicesimo septimo die mensis Iulii, tertiae decimae indictionis.

Foedera et acta publica inter Reges Angliae et alios quosuis ab ineunte seculo duodecimo habita. Accurantibus Thoma Rymer et Roberto Sanderson studio Georgii Holmes Editio III. Tomi I. P. III. p. 5.

CCCLXXVII.

A. Ch. 1285. Elisabetha iunior regina, filiis Comitis Alexandri terram reginalem Zekul in Comitatu Tolnensi confert.

Elisabeth Dei gratia Regina Hungariae vniuersis Christi fidelibus salutem in salutis largitore. Quia per cursus temporum nonnunquam rerum gestarum veritas obscuratur, et per hoc lites et iurgia frequenter suscitantur, ideo solers adinuenit prudentia, vt ea, quae aguntur, traduntur, conferun-

tur seu donantur, litterarum patrocinio roborentur. Proinde vniuersorum praesentium futurorumque notitiae tenore praesentium volumus fieri manifestum: quod Comes Iako, et Magister Gregorius filii Comitis Alexandri de Goulog, fideles nostri, ad nostram accedentes praesentiam, quandam terram conditionariorum nostrorum Zekul vocatam, vacuamque et incolis carentem in Comitatu Tolnensi existentem petierunt a nobis sibi dari. Verum quia de terra nobis veritas non constabat, fidelibus nostris Capitulo Albensi dedimus in mandatis, vt super ipsam terram nobis veritatem rescriberent pleniorem. Qui demum nobis per suas litteras sufficienter intimarunt, quod eadem terra Zekul vocata ad nostram collationem pertineret, et esset a multo tempore vacua et habitatoribus destituta, sufficiens vsui duorum aratrorum, et quod in assignatione eiusdem terrae filiis eiusdem Comitis Alexandri per neminem fuisset contradictum. Nos siquidem consideratis meritorys obsequys et obsequiosis seruitys praedictorum filiorum Comitis Alexandri, quae Domino Ladislao carissimo Consorti nostro, Illustri Regi Vngariae in diuersis expeditionibus Regni sui et nobis in varys et multiplicibus legationibus defferendis, maxime autem et specialiter cum in Castro Budensi inclusae propter metum Tartarorum fuissemus, simul cum fidelibus Baronibus ac Iuuenibus domus nostrae, ac ciuibus Budensibus, intuentibus nostrae maiestatis oculis, irruentes contra Tartaros Regni nostri capitales inimicos, mortis periculum nullatenus formidantes studio indefessae fidelitatis lauda-

biliter impenderunt, praedictam terram Zekul vocatam, cum omnibus vtilitatibus suis, prout conditionarii nostri dudum in eadem terra residentes possidebant pariter et tenebant, de Baronum nostrorum consilio dedimus, contulimus et donauimus Comiti Iako et Gregorio memoratis, irreuocabiliter iure perpetuo possidendam. Vt igitur haec nostra donatio salua semper et irreuocabilis praeexistat, nec etiam per aliquorum suggestionem malignam valeat in posterum retractari, praesentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Domini Petri Episcopi Veszprimiensis, Aulae nostrae Cancellarii Anno Domini MCCLXXXV.

Ex originali membranacea.

CCCLXXVIII.

A. Ch. 1186. *Instrumentum super sponsalibus inter Andream Ducem, cognomine Venetum, et Claram, Alberti II. Goritiae Comitis filiam, initis.*

In nomine Christi Amen. Anno natiuitatis Millesimo ducentesimo octagesimo sexto, Indictione quarta decima, in Ecclesia sancti Iohannis de Duyno, die sexto intrante Iunio, praesentibus Dominis Wolrico de Riffenbergh, Andrea de Peunia, Gebhardo de Eberstayn, Iohanne Geno, Andrea Grusom, et Bertholamio Gritti, Petro Mangono de Forlivio, et aliis vocatis, atque rogatis. Cum humanae fragilitatis condicio sit mobilis ad instabilitatem, necesse est, gesta hominum vtilia scripturae testimonio confirmari. Nouerint igitur vniuersi, quod cum inter virum illustrem, Dominum Albertum Comitem Goritiae, ex vna parte, et virum egregium Dominum Albertinum Mauroce-

no de Venecilis, nuncium, actorem, et procuratorem pro illustri Domino Andrea, Dei gratia Duce Sclauoniae, nepote olim serenissimi Domini Andree, Regis Hungarie, sicut patet publico procurationis instrumento, scripto manu Placiti quondam Bertholomei, Imperiali auctoritate notarii, anno Domini nostri Iesu Christi Natiuitatis eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, Indictione quarta decima, die vltimo mensis Maii, ex altera; Matrimonium contrahi sit promissum, videlicet, quod idem Dominus Comes Albertus sua spontanea voluntate promisit fide manuali, in manibus dicti Domini Albertini, dare filiam suam, Dominam Claram in vxorem praenotato illustri Domino Andreae, Dei gratia Duci totius Sclauoniae, secundum quod decebit vtrumque, et idem Dominus Albertinus, auunculus eiusdem Domini Ducis, nomine ipsius, dictam Dominam Claram, filiam praefati Domini Comitis, nominato Domino Andreae, Nepoti suo, acceptauit, accipere in vxorem, et cum praedicti Domini Dux, et Comes, simul conuenerint, praedictum matrimonium per corporale Sacramentum, tactis sacrosanctis Euangeliis, debent, et tenentur, perducere ad effectum. Ad haec quidem stabilienda, et effectui demandanda, de voluntate partium praedictarum, nobiles viri, Domini Hugo de Duyno, et Iacobus de Ragonia, pro parte Domini Comitis praedicti in animam ipsius Comitis, et egregii viri Domini, Albertinus Mauroceno supradictus, et Marinus Pasqualigno, pro parte praedicti Dom. Ducis, in animam ipsius Dom. Ducis super altare praedicti sancti Iohannis, tactis cruce, et libro, ad Sancta Dei Euangalia iurauerunt,

omnia, quae dicta sunt, effectui mancipare, et etiam in animabus eorum iurauerunt, dare opem, et operam, pro posse, quod praedictum matrimonium legitime consumetur, et ad quorum euidentiam, maioremque stabilitatem, praedictus D. Albertus Comes, et dictus Dominus Albertinus Mauroceno, vice, nomine, et loco praedicti Domini Ducis, fecerunt praesens Instrumentum sigillorum suorum pendentium munimine roborari; et huius tenoris Instrumenta duo sunt, quorum partium praedictarum quaelibet habet vnum, confecta per me, subscriptum per Ottolinum de Iustinopoli, notarium et confecta per me, Marcum Siboto, infrascriptum Notarium.

Ego Marcus Siboto, Imperiali auctoritate notarius, et Ducalis aulae Venet. scriba praedictis omnibus interfui, et rogatus scripsi, ac meo signo solito roboraui.

Ego Ottolinus Iustinopolit. imperiali auctoritate not. hiis interfui, ei rogatus scribere, me subscripsi.

Gerberti Cod. Epist. Rudolphi I. pag. 218. Numero XIII. Sponsalia haec in effectum haud abiuisse constat ex eo, quod ex aliis monumentis certum sit primam Andreae Coniugem fuisse Fenennam

CCCLXXIX.

A. Ch. 1287. *Ladislaus R. H. castrenses de Poson, qui de castro eodem reuindicato generose meruerant, cum terris suis in coetum Nobilium sub vexillo regio militantium transfert.*

Ladislaus, Dei gratia, Hungarie, Dalmatie, Choroatie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex. Omnibus Christi fidelibus, presens scriptum inspecturis salutem in sa-

lutis largitore. Licet regia Maiestas cunctos debet e suis hominibus releuare; illos tamen fauore tenetur amplecti potiore, qui suorum seruitiorum et fidelitatum meritis corone regie specialius seruierunt; vt ex hoc honor regius augmentetur, et numerus bellatorum augeatur. Proinde ad vniuersorum notitiam tenore presentium volumus peruenire: Quod quia Paulus, filius Bolcha, de villa castri Posonien. *Zaaz* vocata oriundus, Laurentius, filius Buhte de Leeg, Probus filius Bytk de Hudus, similiter Castrenses eiusdem castri, seruientes Comitis Ioannis filii Buge, multa nobis obsequia gratiosa et meritoria seruitia, in recuperatione castri Poson — per Nicolaum Palatinum, filium Henrici Bani, occupatum violenter contra nostram detinebatur Maiestatem, non sine parua cede suorum cognatorum, et amissione bonorum suorum sunt perpessi, nobis et corone regie summa fidelitate impenderunt; nos volentes eis aliquali remunerationis antidoto occurrere regio cum fauore, eumdem Paulum, Iacobum, Petrum, et Pousam fratres suos, Ioannem filium Martini, et Dominicum filium Symonis de eadem villa *Zaaz*, item Laurentium praedictum, Cosmam, Cazimirum, et Buhte, fratres suos, Stephanum filium Rodani, et Vioch filium Vrbani de predicta villa Leeg, item Uroch filium Voyth praedictum, Andream, filium Mathe, et Paulum fratres suos; item Benkew, filium Beke, Chyguez filium Salomonis et Cosmam filium Batha de Eadem villa Hudus, de pristina eorum conditione eximentes simul cum ipsorum terris haereditarys a potestate ac iurisdictione Comitum Posoniensium exemptos penitus et exceptos in numerum, coetum et consor-

tium Nobilium regni nostri duximus aggregandos. Volentes, vt tam iidem, quam eorumdem haeredes illa eadem gaudeant libertate, qua veri, puri, et naturaliter Nobiles regnii nostri gratulantur, sub vexillo regio militantes. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem, ne aliqui successorum nostrorum libertatem per nos concessam valeant in irritum retractare, praesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri mynimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Theodori, Praepositi Zibiniensis, aulae Vice-Cancellary, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M. CC. Octogesimo septimo Indictione quarta decima, sexto nonas Marty, regni autem nostri anno Sexto decimo." L. S. pendentis.

Ex autographo Cornides Tom. XII. 259. Ex isto documento patet Castrenses non sub regio, sed alio (vti hi sub Comitis Ioannis) vexillo militasse.

CCCLXXX.

A. Ch. 1787. *Capitulum Nitriense Geroldum de Kurus Magistro Tauernicorum Martino de Bugar possessiones suas Also-Berencs* 100. *marcis in perpetuum vendidisse, testatur.*

Vniuersis Christi fidelibus, praesentem paginam inspecturis, Capitulum Ecclesiae Nitriensis, salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire: quod Geroldus, filius Geroldi, frater Renoldi, Nobilis de Kurus ab vna parte, Martinus filius Bwgar, Magister Tauernicorum Mathaei condam Palatini, ab altera, coram nobis personaliter constituti, idem Gerold quasdam possessiones suas, vnam scilicet inferiorem Berencs vocatam, ab vtraque parte fluuii Nitra sitam et adiacentem,

et septem vineas ac terras suas arabiles in Pogran existentes a Nicolao, filio Ioannis, nepote Becs, cognato suo, coniugeque eiusdem Nicolai de hoc seculo migrante, ratione proximae successionis sibi legitime deuolutis, cum omnibns vtilitatibns et pertinentiis earumdem possessionum, sub eisdem metis et terminis, quibus idem Nicolaus habuit et possedit eidem Magistro Martino, filio Bugar, et posteritatibns eius successuris, pro centum marcis et triginta marcis ab eodem plenarie receptis, praesentibus Nicolao filio Chete, Mauritio, filio Andreae Eerdeös cum filiis suis, Nicolao scilicet, et Thoma de Berencs, Leustachio filio Kochmwny similiter de Berencs, suis generationibus, Leustachio de Sceleus, ipsisque consentientibus ac pertinentibus, et non contradicentibus, imo benevolum fauorem praebentibus, astantibus etiam et praesentibus multis pritis (?) ac idoneis et specialiter etiam Benedicto ac Stephano filio eiusdem, ac Nicolao filio dicto Fodor de frmer (sic) confirmaret coram nobis vendidisse, et irreuocabiliter in perpetuum possidendum; obligans se insuper idem Geroldus, vt si ratione praedictarum possessionum praenominatarum Magister Martinus vel sui haeredes per quempiam in futurum impeterentur, defendere et expedire teneatur eosdem propriis laboribus et expensis, ipsis possessionibus in ius perpetuum praedicti Magistri Martini remanentibus, et eorum haeredum; cuius quidem terrae inferioris Berencs ab vtraque parte fluuii Nitra exemptis, sicut ab eodem Geroldo didicimus et recollegimus, metae hoc ordine distinguuntur: etc. In cuius rei memoriam, et perpetuae stabilitatis incrementum concessimus litteras sigilli nostri mu-

nimine roboratas. Datum per manus discreti Viri Magistri Farkasy Lectoris Ecclesiae nostrae anno Domini MCCLXXXVII. "

Originales in archiuo Nitriensi.

CCCLXXXI.

A. Ch. 1287. Frater Gregorius Abbas de Zircz populos de minori Tewel in numerum Iobbagionum eiusdem monasterii transfert.

Frater Gregorius Abbas Monasterii Virginis gloriosae Conuentus Fratrum Ordinis Cisterciensium de Zyrcz vniuersis Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesens scriptum cernentibus salutem in omnium saluatore. Cum humanae naturae conditio ad instar fluentis aquae vago reflexu temporum dilabatur, expedit ea, quae geruntur in tempore, scripturae ac testium fulciri praesidiis, vt gestorum recens memoria in posteros derivetur; proinde ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod cum Simeon et Iwancha, filii Thomae de minore Twel, possessione Monasterii nostri, Thomam et Briccium filios Karachun, Eliam filium Farcassy, Georgium filium Chudor, Dewecher filium Medwe, et Marcham fratrem supradicti Karachun de eadem Twel, ratione mortis Laurentii fratris ipsorum, qui eorundem inuidia et meditatione odii ac accusatione indebita captus in arcta custodia vitam finivit miserabilem, ad praesentiam bonae memoriae Demetrii Bani, tunc specialis Protectoris ac Conseruatoris nostri, in causam traxissent, idem Demetrius Banus de nostra voluntate, et consensu partis vtriusque ipsam causam arbitrio proborum virorum, videlicet viri Religiosi Fratris Georgii Ab-

batis Monasterii de Beel, Nicolai Comitis de Bewd, Comitis Bartholomaei de Iaar, Comitis Andreae de Sauly, et Comitis Thomae ab vna parte, Lucae Galli, et Ioannis ac Georgii de Bedegey ab altera commisit arbitrandum; quorum arbitrium nos vna cum praefato Demetrio Bano, et de consensu partium ratum et gratum habentes ratione triplici, primo quia constitit nobis, quod idem Laurentius meditatione odii, vt supra scriptum est, propter fidelitatem et multimoda seruitia, quae praedecessoribus nostris, et nobis multipliciter et fideliter exhibuerat, mortem incurrit inopinabilem: secundo, quie fratres sui ac filii fratrum suorum et specialiter Paulus, filius supradicti Simeonis, cum fratribus suis sedula exhibuerunt monasterio nostro seruitia: tertio, quia idem Paulus tempore Congregationis nobilitatis, cum nos ad Capitulum generale praesidere debuissemus, nobis vnum equum polifredum, valentem decem marcas dono contulisset assignando; inserimus etiam, quia tunc temporis praecipua causa, monasterium nostrum concernens, non poterat sustinere expensas similiter et aerumpnas. Pro tantis et talibus rationibus praenotatis iuxta arbitrium praetaxatum, et pacis indissolubilem firmitatem, Simeoni et Iwanka, nec non filiis Laurentii iam defuncti, vna cum Iacobo et Paulo nominato, et ceteris fratribus ipsorum filiis Simeonis, hanc gratiam duximus faciendam: quod sequestrantes eos a consortio populorum et debito seruitio de Twel, ad collegium et communitatem, nec non libertatem aliorum Iobbagionum monasterii nostri transtulimus collocando, vt cum eisdem nobis consueta seruitia iuxta consuetudinem Regni in filios filiorum suorum teneantur impen-

dere; quamdam vero particulam terrae de eadem Twel segregauimus cum terris arabilibus trecenta iugera continentem, consentientibus ipsis populis de Twel et aliis commetaneis, simul et terram, quae protenditur versus magnam Twel, quam prius possederunt, cum omnibus vtilitatibus pariter et foeneto contulimus eisdem, et per eos suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus perpetua stabilitate possidendam; hoc tamen addito, quod si quicunque processu temporum, ratione praefatae terrae Simeonem et Iwankam praedictos, aut haeredes eorum, siue haeredum suorum successores impetere niterentur, nos et nostri successores, propriis personis et propriis expensis ipsos tenebimur expedire; caeterum si moti fuerint eandem terram vendendi, habebunt facultatem, cui voluerint, si tamen Ecclesia nostra emere eam non valeret ab eisdem. Cuius prima meta incipit ab oriente, per vnam vallem, quae vocatur Fuzberuch, deinde vadit ad tres metas terreas versus meridiem, et separatur a terra Monasterii nostri, quae vocatur minor Tw - - -, deinde tendit ad plagam occidentalem, vbi est commetaneus Selke filius Ioannis, inde vero tendit ad partem septemtrionalem et distinquitur a terra de Bedegey, et sic terminatur. Vt autem totalis nostra donatio et ordinatio e consensu omnium Iobbagionum Ecelesiae nostrae et commetaneorum et vicinorum voluntate - - - - suceessu temporis per quempiam non possit violari, aut reuocari, sed robur perpetuum optinere, praesantes litteras sigilli nostri communis munimine concessimus roboratas Datum anno Domini MCCLXXXVII. Venerabilipus Sarcio (forte Farcasio), Theodoro, Nicolao,

Willermo, Nicolao altero de Adon, et Hugone fratribus domus nostrae existentibus et pari voluntate ad ipsum consentientibus.

E Collectione Diplomatica Czekiana.

CCCLXXXII.

A. Ch. 1288. *Charta Comitis Arnoldi de Strigau Hungar.*

Nos Comes Arnoldus filius Arnoldi de Strygau. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium Saluatore. Nouerint singuli tam presentes quam posteri, quod nos pia intentione de consensu et bona voluntate matris et vxoris nostrae et Haeredum nostrorum Venerabilibus fratribus S. Mariae Domus Thetonicorum Ierosolymitani in S. Dominico ad manus fratris W a l t h e r i dicti V n g a r i, tunc Commendatoris ibidem in remedium animae nostrae ac progenitorum nostrorum contulimus praedium nostrum, vbi Dobron residet in metis Theutoniae situm etc. (Fit mentio Fr. Ottonis dicti de Peugen, Fr. Nicolai de Scharphenberch, Fr. Nicolai Clauigeri, Comitis Ozekonis, Bratychnae Iudicis de Strygau etc.) Actum et Datum in Strygau Anno Domini MCCLXXXVIII. II. Kal. Iulii.

Duelli Hist. Ord. Teutonici P. III. Cap V. p. 99. Nro. IX. Comitem hunc Arnoldum fuisse Hungarum patet ex Ottocaro Hornek, qui refert eum intercepisse Andream postmodum qua Regem III. et tradidisse Alberto Duci Austriae.

CCCLXXXIII.

A. Ch. 1289. *Idem Ladislaus filiis Petri, et Libordi terram Merethe in congregatione regni relinquit, ac confirmat.*

Nos Ladislaus, Dei gratia, rex Hungariae, memoriae commendantes significamus, quibus expedit vniuersis, praesentium per tenorem: Quod nos consideratis fidelitatibus et seruitiorum meritis Magistri Petri et Pauli, filiorum Petri, et Ioannis, filii Libordi, nobis fideliter impensis, terram Meuthe, ad Castrum Karakou pertinentem, cum vtilitatibus et pertinentiis suis vniuersis eo iure, et ea plenitudine, quemadmodum mediante nostro priuilegio iam dudum praefatis Petro et Paulo, et Libordo, Patri dicti Ioannis contulimus, in congregatione Nostra generali cum Archiepiscopis, et Episcopis Ecclesiarum, Baronibus et Nobilibus regni nostri, super ordinatione et reformatione totius status regni nostri solenniter celebrata, ex certa scientia reliquimus eisdem iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam et habendam. Datum in Hawen (?) tertio die post Festum Natiuitatis Beati Ioannis Baptistae. Anno Domini MCCLXXXIX."

Ex autographo eruit Sigism. Keler.

CCCLXXXIV.

A. Ch. 1289. *Capituli B. Michaëlis Ar. Transiluaniae litterae super metis oppidi Ighen datae.*

Requisitoriarum litterarum Capituli Ecclesiae Beati Michaëlis Archangeli Transiluaniae, in anno Domini Millesimo, ducentesimo octuagesimo no-

no emanatarum tenor est talis: quoniam certa quaedam terrae particula metas et territorium oppidi Ighen tangeret, ac concerneret; ideo eaedem particulae tali, quo sequitur tenore, in litteris originalibus in pargameno Conscriptis, sunt depictae, et ex his exceptae, praesentibusque verbaliter inscriptae: Incipit super collem acutum, et tenet metam cum populis de villa Sárd, deinde transiens per fluuium Sárd, vadit ad magnam viam, et ibi tenet metam ex vna parte cum villa Sancti Martini; ab alia vero parte cum populis de villa Bucsád; ex inde transiens fluuium Bucsád, vadita ad montem, qui dicitur Akasztó, vbi tenet metam cum dictis populi de Bucsád, abinde vadit super vineam Crafu, exinde progrediens tendit ad Caput - - fluminis, quid dicitur Chylna, vbi habet metam cum populis de Bucsád saepius memoratis, deinde procedendo tenet metam cum Csanad Comite, filio Bossa super lapidem, qui dicitur Bela, et ab hinc incipiens secus fluuium Tyri vadit vsque ad villam Vajasd, et ibi habet metam cum eadem villa. Ex hinc vadit ad montem, qui respicit ad Morusium, et ibi habet metam cum Bilocho, deinde procedens vadit ad villam Sancti Martini, et tenet metam cum populis eiusdem villae. Ab hinc tendes superius versus villam, super Bércz, qui dicitur Zuhodol, vadit super geminum montem, et ibi habet metam cum supra notatis populis de Bucsád; ex hinc procedens versus quemdam collem, qui dicitur Pásztorreu vadit superius, in cuius cacumine habet metam; deinde egrediens suber Bércz, vadit ad syluam eorumdem inter abietes, tendens ad terram praedi-

cti Csanad Comitis, ybi prius cum eodem metam tenebat, et ibi terminatur."

Ex authentico Capituli S. Michaëlis transumto de anno 1655. Cornides MSS. Tom. II. p. 111.

CCCLXXXV.

A. Ch. 1289. *Hadmarus de Schönberch cum Alberto Austrio contra Iwanum Comitem in Hungariam mouet.*

In nomine Domini Amen. Ego Hadmarus Ministerialis dictus de Schoenberch tenore presentis pagine mando notitie omnium tam presentium quam etiam posterorum, quod ego anno Domini millesimo ducentesimo LXXXIX. in die sancti Georgii Martyris, octauo videlicet Kalendas May in conuentu expeditionis, que ab illustri principe Alberto duce Austrie aduersus Iwanum comitem Vngarie primitus est edicta, Wienne constitutus in ipsa expeditione cum serenissimo principe profecturus, humane vite dubietate attenta, bono et deliberato consilio, in remedium anime mee redditus meos omnimodis, quos in villa, quae Weizzen albem dicitur, quatuor scilicet talenta annalium reddituum minus quinquaginta et vno denario, hactenus libere et iure hereditario possedi, et nunc possideo, domino Ebroni Abbati et suo conuentui dominorum in Zwetle, qui ibidem Deo et beate virgini in successione sunt perpetua fruituri, libere ab omni heredum meorum, aut quorumcumque impetitorum inquietatione, absolute delego post mortem meam hereditarie possidenda sub huius tamen additamento conditionis etc. Actum et Datum. Wienne die superius prenotata.

Ludewig Reliquiae MSS. Tom. IV p. 65. — Extractum huius Documenti exhibet etiam Codex Dipl. To-

mo V. Vol. III. p. 483. sed ieiunum nimis, et vitiosa Rubrica prouisum.

CCCLXXXVI.

A. Ch. 1289. *Cir. Simon de Keza Chronicon suum de Gestis Hungarorum Regi Ladislao dicat.*

Inuictissimo et potentissimo Domino Ladislao III. Gloriossimo Regi Hungariae M. Simon de Keza, fidelis Clericus eius ad illum adspirare, cuius pulchritudinem miratur sol et luna! Cum vestro cordi affectuose adiaceret Hungarorum gesta cognoscere, et id mihi veraciter constitisset, nationis eiusdem historias, quae diuersis scartabellis per Italiam, Franciam et Germaniam sparsae sunt et diffusae, in volumen vnum redigi procuraui; non imitatus Orosium, qui fauore Ottonis Caesaris, cui Hungari in diuersis suis praeliis confusiones plures intulerant, multa in libellis suis apocrypha confingens, ex Daemonibus incubis Hungaros asseruit generatos. Scripsit enim, quod Filimer magni Aldarici Regis Gotthorum filius, dum fines Scithiae armis impeteret, mulieres, quae etiam nomine Baltramae nominantur, plures secum in exercitu suo dicitur deduxisse, quae, dum essent militibus infestissimae, retrahentes plurimos per blanditias a negotio militari, consilium Regis ipsas fertur de consortio exercitus eapropter expulisse: quae quidem peruagantes per deserta littora paludis Moeotidis tandem descenderunt, ibique diutius, dum mansissent priuatae solatio maritali, incubi daemones ad ipsas venientes, concubuisse cum ipsis iuxta dictum Orosium referuntur; ex qua quidem coniunctione dixit Hungaros oriundos. Sed vt eius assertio palam fiat falsissima, primo per textum comprobatur Euangelicum: quod spiritus carnem

et ossa non habent, et quod est de carne caro est, quod autem de spiritu, spiritus est. Contra ium quoque naturis rerum dixisse iudicatur, et penitus aduersatur veritati, vt Spiritus generare possint, quibus non sunt concessa naturalia instrumenta, quae virtutem ac officium dare possint generandi, valentes perficere veram formam Embrionis. Quocirca patet, sicut mundi nationes, alias de Viro et Faemina Hungaros originem assumsisse. In eo etiam idem satis est transgressus veritatem, vbi solos sinistros praeliorum euentus videtur meminisse, ipsorum Hungarorum felices praeterisse silentio perhibetur; quod odii manifesti materiam portendit euidenter. Volens itaque veritatem imitari, sic inprosperos, vt felices interseram: scripturus quoque ortum praefatae nationis, vbi et habitauerint, quot etiam Regna occupauerint, et quoties immutauerint sua loca. Illius tamen adiutorio et gratia ministrante, qui rerum omnium, quae sub lunari circulo esse habent, et vltra vita quoque fruuntur. Creatione habita est Deus Opifex; Creator idem ac Redemtor, cui sit honor et gloria in saecula sempiterna.

Alexii Horányi Editio Chronici Simonis de Keza pag. 19.

CCCLXXXVII.

A. Ch. 1289. *Elisabeth R. H. Comiti Mauritio, officiali A. Episcopi Strigon. ob fidelia seruitia sibi, dum captiua ibi detenta fuerat, exhibita, terram tauernicorum suorum Ohus, in comitatu Zalad. confert.*

Elisabeth, Dei gratia, regina Hungariae, vniuersis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Rata sunt

habenda et iusta posteritatibus aestimanda, quae veneranda prior auctoritas deliberatione prouida fecisse dinoscitur, actis interuenientibus et scripturis, non debet in dubium reuocari, quod constat factum prouide publicis documentis. Proinde ad vniuersorum notitiam tam presentium, quem futurorum, harum serie volumus fieri manifestum: Quod cum de claustro Ecclesiae Beatae Virginis de insula, vbi sub arcta custodia, meritis nostris non exigentibus, per aemulorum suggestionem impudicam, nos indebite persequentium, detinebamur, Strigonium venissemus. Nobilis vir, Comes Mauritius, filius Comitis Buza de villa Menchel, de Comitatu Weszprimien. officialis venerabilis Patris Domini Lodomery, Archiepiscopi Strigonien. nos recipiens, iuxta decentiam nostri culminis et honoris, non parcendo rebus nec persone, cum summe deuocionis ardore, gratum semper et laudabilem impenderit famulatum, quibus se pro fidelitate regiae coronae nostro conspectui operum efficacys exhibuit commendandum. Nos cuius - - est ex officio et benignitate gratiae reginalis metiri merita singulorum, et vnicuique iuxta exigentiam suorum meritorum reginali occurrere cum fauore; nolentesque ipsius meritoria obsequia sine beneficio remunerationis pertransire; virtutes et fidelitates eiusdem insigniendas duximus aliquibus donatiuis; dantes, tradentes, conferentes ipsi Comiti Mauritio, et suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus terram Tauernicorum nostrorum O h u s vocatam, in Comitatu Zaladiensi existentem, cum vineis, syluis, pratis, foenilibus, piscatura aque Balotini, ipsam terram portionaliter contingenti, et portione terrae, vbi lapides ad

molandum éxscindi consueuerunt, ac aliis vtilitatibus suis et pertinentys vniuersis. Sub eisdem metis et terminis, quibus ipsa terra per eosdem Tauarnicos nostros extitit limitata, vsque modo et possessa, perpetuo et irreuocabiliter possiden – – – dam. In cuius terrae corporalem possessionem eundem per Stephanum, filium Gyurk, Centurionis, fecimus introduci. Praeterea concessimus etiam eidem, vt ipsam – – – dandi elocandi, vendendi, legandi, inter viuos videlicet et in morte, seu quidlibet de ea faciendi, cuicunque voluerit, liberam habeat facultatem. Vt igitur huius nostre donocionis, seu collacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec processu temporis valeat per quempiam in irritum reuocari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis Patris, Domini Benedicti Episcopi Weszprimien. aulae nostrae Cancellarii, fidelis nostri. Anno Domini M. CCXC. L. S. dupplicis pendentis.

Ex autographa membrana Tabularii Capitularis Vesprimiensis.

CCCLXXXVIII.

A. Ch. 1290. *Eadem Elisabeth singularem M. Pauli Cantoris Ecclesiae Budensis sub custodia expertam fidelitatem portione terrae Iutas prope Vesprimium renumeratur.*

Elisabeth, Dei gratia, regina Hungarie, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in omnium Saluatore. Vniuersorum presentium, futurorumque notitiae harum serie volumus fieri manifestum: quod quia vir discretus Magister Pau-

lus, Cantor Ecclesie Budensis, fidelis Clericus noster, a primaeuis iuuentutis sue temporibus studio indefessé fidelitatis gratum semper et placidum persone nostre exhibuit famulatum; presertim cum in insula B. Virginis apud Claustrum Dominarum, procurante iniquorum consilio, incluse fuissemus, et non modico temporis spacio sub arcta custodia, quasi in carceris ergastulo, non exigentibus culpis, nec inuentis contra nos causis áliquibus, per Dominum Ladislaum Regem, Thori nostri consortem, et Dominam Elisabeth sororem eiusdem, satis grauiter detente in eodem; idem Magister Paulus, personam suam et omnia bona sua, non verendo metum mortis, in diuersos et varios fortune casus se submittendo, per suae industriae ministerium, consilium et auxilium nos deuote per totum regnum discurrendo, sustentauit. Districtissimum Domini nostri Regis mandatum, ne aliquid fidelitatis et seruitii nobis impendere deberet, pauci pendens, et non ponens breuiter in pretio aliquali; propter quae possessiones ipsius interdum huic, nunc alteri per eundem Dominum nostrum regem tradite, et collate; personam etiam suam, que metu mortis continuo ab eodem Domino nostro rege pulsabatur; eo quod ab ipso seruitio nostro ipsum reuocare non poterat, apud Claustrum religiosorum vix fuge presidio, cum Dei adiutorio, liberauit. Quae omnia certo certius venerabilibus Patribus Archiepiscopis et aliis regni Hungariae Ecclesiarum Praelatis, Baronibus, Nobilibusque fere omnibus constare suo modo et esse notorie nota nullatenus dubitamus; et cum propter huiusmodi immensas fidelitates eiusdem, et alia multa, quae poropter sui prolixitatem nu-

merari vix possunt, multiplici laudum preconio esset attollendus, nec ei iuxta fidelitatis exigentiam, propter continua incommoda, quae portauimus, potuerimus respondere; in aliqualem tamen recompensationem seruitiorum suorum, quamdam terram nostram reginalem Iutas vocatam, inter terras Nobilium de Iutas, in Comitatu Vesprimiensi prope ipsum Vesprim existentem, super qua conditionarii nostri, qui vulgariter Rendbuchar dicuntur, residebant, et quidam nunc resident, cum omnibus vtilitatibus suis, terris videlicet arabilibus, foeneto, virgulto et aliis, quibuscunque eidem Magistro Paulo iure perpetuo et irreuocabiliter duximus conferendum, auctoritate presentium statuentes, quod idem Magister Paulus tenendi pro se, donandi, vendendi, legandi, cuicunque voluerit, liberam semper in vita pariter et in morte possit habere facultatem. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Patris Domini Benedicti, Dei gratia Episcopi Vesprimiensis, aule nostre Cancellarii, fidelis nostri Anno Domini MCCXC. L. S.

Ex eodem archiuo Vesprimiensi.

CCCLXXXIX.

A. Ch. S. a. Ladislaus R. H. terram Kagh a Ders, filio Laurentii, falsa suggestione impetratam, veris possessoribus, filiis Keled, per Capitulum Agriense restituit.

Nos Ladislaus, Dei gracia, Rex Hungarie, memorie commendantes significamus vniuersis, quod Petrus et Stephanus, filii Keled, ad nostram

accedentes presenciam, nobis significare curauerunt: quod Ders, filius Laurencii, quandam terram ipsorum hereditariam, Kagh vocatam, in Comitatu de Zobolch existentem, a nobis falsa suggestione petiuisset sibi dari, petentes a nostra maiestate regia, vt dictam terram ipsorum reddere, et restitituere dignaremur. Sed quia veritas nobis de premissis non constabat; fidelibus nostris Capitulo Agriensi dederamus in mandatis, vt eorum transmitterent hominem, fide dignum, coram quo Comes Nicolaus, filius Samud, homo noster dictam terram Kaagh, presentibus commetaneis et vicinis reambularet et restitueret eidem Petro et Stephano, si non fieret contradictum, contradictores autem, si qui fierent, ad nostram presenciam euocaret. Qui quidem Capitulum nobis rescripserunt in hec verba: Excellentissimo Domino suo Ladislao, Dei gracia, illustri regi Hungarie, Capitulum Ecclesie Agriensis, oraciones in Domino cum perpetua fidelitate. Litteras vestre Serenitatis recepimus continentes, quod mitteremus hominem nostrum pro testimonio fide dignum, coram quo Comes Nicolaus, filius Samud, homo vester, quandam terram Petri et Stephani, filiorum Keled hereditariam Kagh vocatam, in Comitatu de Zobolch existentem, quam Ders, filius Laurencii a nobis falsa suggestione sibi dari postulauerat, presentibus omnibus commetaneis et vicinis, reambularet et restitueret eydem Petro et Stephano, si non fieret contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, ad nostram citaret presenciam ad terminum competentem. Nos igitur vestris mandatis obtemperantes, vt tenemur, misimus hominem nostrum pro testimonio fide dignum; qui ad

nos reuersus dixit: quod prefatus homo vester, ipso presente predictam terram, conuocatis omnibus commetaneis et vicinis, per veteres metas reambulando restituisset eisdem Petro et Stephano, et nullus extitisset contradictor. Dixit et idem homo noster, quod predictus Ders, qui eamdem terram a vobis sibi dari postulauerat, vocatus illuc accedere noluisset, et homo predicti hominis vestri, coram nobis comparendo omnia premissa affirmauit consequenter." Nos itaque, quia predictam terram ipsis Petro et Stephano restitutam fuisse comperimus, nullo contradictore existente, petitionibus eorumdem fauorabiliter inclinati, sepedictam terram Kagh eisdem Petro et Stephano, prout primitus habuisse dinoscuntur, possidendam perpetuo reliquimus pacifice et quiete, et cum presentes reportate fuerint, nouum super hoc eisdem priuilegium concedemus. Datum apud villam Fyred, in festo sancti regis Stephani.

Ex originali Cymelii Episcopatus Quinque-Ecclesien.

CCCXC.

A. Ch. S. a. Conuentus Iaszouiensis testimoniales ad regem Ladislaum de Pud, filio Artolfi, citato.

Excellentissimo Domino suo Ladislao, D. gracia, regi Vngarie, A. praepositus et Conuentus de Iaso inclinacionem et oraciones in Domino. Magnitudinis vestre litteras accepimus, quod cum homine vestro Gula de Mera, hominem nostrum idoneum mitteremus, coram quo citaret Pud, filium Artolphi, contra Demetrium, filium Symonis. Obedientes magnitudinis vestre (mandatis) misimus vnum ex nobis, coram quo homo vester citauit,

et terminum assignauit Octauam beate Agnetis coram vobis comparere.

Ex originali Cymelii Episcopatus Quinque-Eccles.

CCCXCI.

A. Ch. S. a. Eiusdem relatoriae de Outh, Comite de Sz. Kereszt citato.

Excellentissimo domino suo, Ladislao, Dei gracia, Regi Hungarie, Prepositus et Conuentus de Iasco inclinacionem et oraciones in Domino. Vidimus in litteris magnitudinis vestre, quod homini vestro Gule de Mera, daremus hunum ex nobis fide dignum, quoram quo citaret Outh Comitem de villa Sancte Crucis contra Demetrium, filium Simeonis de Sarus, ad presenciam vestram ad terminum competentem. Vnde dedimus hunum ex nobis homini vestro, coram quo citauit Outh, filium horalth, ad exaltationem Sancte Crucis coram vobis comparere.

Ex eodem.

CCCXCII.

A. Ch. S. a. Vestigium donationis ab eodem Ladislao Magistro Dionysio de genere Heder factae.

„Magister Dionysius et filius eius Deseu a Domino Ladislao Illustri Rege Hungariae obtinent Possessionem Vodok in Comitatu de Poson Fluuio Chelz partitiue adiacentem.

In litt. Anni 1330.

CCCXCIII.

A. Ch. S. a. Idem Ladislaus terras Madachianis ademtas restitui praecipit.

Ladislaus Dei Gratia Rex Hungariae Fideli suo Nicolao Comiti de Zolum salutem et gratiam.

Tobias Valban et Orske, filii Radun de Ozlar, sicut Benedictus, Andreas et Paulus filii Madách, ac Gallus, Philippus et Tobias filii Thomae de Eadem exhibuerunt nobis priuilegium Charissimi Abaui nostri Andreae Regis, clarae recordationis, in qua contineri videmus, quod terras duarum villarum nomine Pribouch ad vsum decem aratrorum sufficientes, sitas in Turuch, eisdem contulerat, quas iidem nunc dicunt per Officialem tuum Hennich nomine occupatas indebite, et iniuste; quare fidelitati tuae mandamus praecipiendo, quatenus praedictas terras visis praesentibus ab officiali tuo auferendo reddas, et restituas Tobiae et cognatis suis, si non fuerit per aliquos alios contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, assignes eis terminum contra praedictum Tobiam et cognatos suos coram nobis comparendi, et praedicti facti totam seriem, nomina contradictorum et Ius vicinarum ipsarum terrarum nobis in tuis litteris fideliter rescribas. Datum prope Iazou. „Concedit Ladislaus Reg.“

Ex Capitulo Neosoliensi Fasc. sub VVV. N. 57. AA.

CCCXCIV.

A. Ch. S. a. Ladislaus R. II. populos monasterii de Lelesz iubet titulo collectae dimidium fertonem filiis Michaëlis dependere; alioquin per executionem ab iis desumendum.

Ladislaus, dei gracia, Rex Hungarie, fidelibus suis, populis de Lelez, ac vniuersis ad monasterium de Lelez pertinentibus, salutem et graciam. Cum nos collectam vnius fertonis de singulis mansionibus populorum ad monasterium de Lelez pertinencium, Stephano et Paulo Magistris,

filiis Comitis Michaëlis, fidelibus nostris, contulerimus; volumus et fidelitati Vestre precipiendo mandamus: quatenus receptis presentibus dictam collectam vnius fertonis de singulis mansionibus vestris eidem Stephano et Paulo Magistris sine dilacione aliqua dare et persoluere debeatis, aliud nullatenus facere presumentes. Alioquin ydem super vos ipsam collectam exigent nostra auctoritate mediante. Datum in Zekes, Sabbatho ante Octauas Pentecosten.

Originales in cymelio Episcopat. Quinque-Eccl.

CCCXCV.

A. Ch. S. a. Idem Ladislaus sub castro Pernstain possiosesnem Chak filiis Ebed confert.

Ladislaus, Rex Hungariae, sub castro Pernistain quinto die octauarum — terram seu possessionem, Chaik, et Stephani, filiorum Ebed, Csaik vocatam etc. eisdem filiis Ebed, tanquam ius ipsorum haereditarium, et priuilegio regio possessum confert. s. l. d. et a.

E tabulario familiae Niczkianae.

CCCXCVI.

A. Ch. S. a. Fragmentum priuilegii ab Elisabeth, iuniore regina, super terra Olurs, Mauritio, filio Buzad de Mencel, de genere Wasun, concessi.

Maria etc. – – – Pethew filius Comitis Mauritii, filii Buzad de Mencel de Genere Wasun de Comitatu Veszprimiensi exhibuit nobis „Priuilegium quondam Domine Elyzabeth Reginae Hungariae Consortis quondam Regis Ladizlai super collacione Terre Tawarnicorum Reginalium Olwrs vocate in Comitatu Zaladiensi existentis,

cum siluis, pratis fenilibus priscatura aque Balatini, ipsam terram porcionaliter contingenti, et portione terre, ubi lapides ad molandum excidi consueuerunt, et aliis vtilitatibus suis et pertinenciis vninersis super eisdem metis et terminis, quibus terra per eosdem Tauarnicos exstitit limitata usque modo et possessa, eidem Comiti Mauricio pro fidelibus et meritoriis suis seruicys, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus possidendam perpetuo et irreuocabiliter - - - - - emanatum - - - - - vt idem et sui heredes ipsam terram dandi donandi vendendi inter viuos vel in morte, seu quod libet de ea faciendi, cuicunque voluerint liberam haberent facultatem."

In litteris Anno. 1313. per Reginam Mariam Caroli Roberti Consortem elargitis.

CCCXCVII.

A. Ch. S. a. Menda emendanda in huius tomi Vol. III.

Codicis Diplomatici Tomi V. Vol. III. p. 408, post Verba: tacita veritate: suppl. nec ex consensu, nec ex conniuentia. Loco: Ioachimi lege vbique Ioachinus; loco est interemptus l. extitit interemptus.

1) Ibid. p. 487. Lege: Nos Ladislaus — patronatum Monasterii de Lelesz, quem Boxa.

2) Ibidem pag. 489. loco possessionis Kuuej lege Kuued.

Ibid. p. 504. lege: assocauuerint, impenderint — retraxerint — iudicabimus.

Ibid. p. 506. Loco Inkur dictum, lege in Kerew constructum.

Ibid. p. 507. Loco vos, lege nos in instanti iungatis.

Ex originalibus in cymelio Episcopatus Quinque-Eccles. conseruatis.

CCCXCVIII.

A. Ch. 1290. *Versio Germanica Diplomatis inauguralis per Andream III. Coronationis suae occasione editi.*

Memoriam diplomatis inauguralis Andreae III. posteritati conseruauit Ottocarus Hornek poeta austriacus, exspirante Seculo XIII. et initio Seculi XIV. viuens, in Petzii scriptoribus Rerum austriacarum, Tomo III. editus; Cap. 287. sequentia de eo canens:

Einen Brief man do laz
Daran geschrieben waz
Das der Kunig schwern wolt,
Und auf behalten solt:
Dez Ersten, daz er wer
Frids und Suen ein Huetter:
Das ander, daz er wer berait
Dem Pabst und der Pfaffhait
Christenleicher Gehorsam:
Daz dritte, daz er wer gram
Allen den, die, in dem Lannde
Stifften Raub oder Prande.
Daz vird, daz er vor Fraissen
Schermet Witiben und Waisen:
Daz funfft, daz er durch nichts
Verpfleg rechtes Gerichts,
Er pfleg sein an Widerstreit:
Daz Sechste, daz er zu aller Zeit
Ungrischez Recht mert:
Daz Sibent, daz er chert
Daran alle sein Macht
Wann wurd furbracht

Und wo man jm möcht gezaigen,
Daz Unser Frawen Aigen,
Daz ist Vngerlannd
Wer ze frömder Hannd
An dewczsche Fursten chomen,
Daz den daz wurd benomen,
Vnd prachts an sein recht stat.
Waz man ym vor hat geczalt,
Daz swur er behalten schon
Auf Sand Stephans Chron
Vnd ander Heyltumb.

etc. etc.

CCCXCIX.

A. Ch. 1290. *Venetorum cum Spalatinis ac Traguriensibus conuentio.*

MCCXC. . . . . . VIII. Nouembris. . . . .
. . . .
Iadrenses . . . .
Declaramus bonam, et firmam . . . . communitati Spalati et Tragurii, et erimus vna cum eis amici hinc ad annos quinque, si Spalatenses habebunt Potestatem, vel Comitem, qui non fuerit de Sclauonia . . . . . omnibus hominibus, qui vellent eos offendere et non recipiemus inimicos eorum in nostra Ciuitate, neque cum illis mercatum faciemus, saluo honore Domini Ducis Venetiarum. Communitas autem Spalati et Tragurii eodem modo facient nobis, et iuuabunt nos ab omnibus hominibus, qui vellent nos offendere, et nec recipiant inimicos nostros in sua Ciuitate, neque cum illis mercatum facient, s a l u o h o n o r e D o m i n i R e g i s V n g a r i a e; item

si nos fecerimus exercitum per mare, nos dabimus tres homines, Spalatenses duos, et Traguri-enses vnum . . . . . . quod in dicto exercitu nos commune Iadrae, vel ille, qui pro nobis fuerit, semper debeat antecedere totum exercitum, quae omnia et singula faciet: triginta boni homines Iadrae, ad voluntatem dictorum Nuntiorum electi, suo sacramento corporaliter affirmarunt. (Sequuntur nomina iurantium).

Lucius in Schwandtneri SS. RR. Hung. Tom. III. pag. 298.

CCCC.

A. Ch. 1290. *Nicolaus, filius Sác, de genere Ják, coram capitulo Castriferrei se obligat, posssssiones suas non nisi Comiti Ják venditurum.*

Anno MCCXC. Nicolaus, filius Sebe, de genere Ják, coram Capitulo Castriferrei semet obligat et obstringit, quod possessiones suas Ják et Köröseleu aliis vendere non possit, et non valeat, nisi Comiti Ják et Renoldo, filiis Ebed, ac Stephano, filio Ják, Ioanni filio Christiani, Kemeni filio Kemeni, Ioanni filio Martini, Michaëli filio Thomae, Gregorio filio Sándur, — filio Buded generationibus.

Ex archiuo familiae Niczkianae.

CCCCI.

A. Ch. 1291. *Fenenna regina terram Kumchud Monialibus B. M. V. de insula confert.*

Fenena Dei gratia Regina Hungariae, omnibus Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, salutem in omnium Saluatore. Decet Excellentiam reginalem bonae rei dare consultum, et

aeternorum intuitu, munificentiae suae dextera cultum extollere diuinorum. Proinde ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire, quod nos ob deuotionem et amorem Diuini Numinis et Virginis gloriosae Beatae Mariae Genitricis Dei, Nobilibus, seu Religiosis Dominabus sororibus S. Monialibus de Insula Beatae Virginis, Deo iugiter famulantibus, quamdam terram nostram reginalem, Cumchud vocatam, in Comitatu Albensi existentem, cum omnibus vtilitatibus suis, et attinentiis suis vniuersis, pratis videlicet, piscinis, et tribus insulis, Fuen videlicet, Dumus, Sumlos vocatis, dedimus, donauimus, et contulimus dictis sororibus, — — Metae autem, sicut in literis Capituli Budensis, Domino nostro charissimo Andreae, Dei gratia illustri Regi Hungariae, directis, vidimus contineri, hoc ordine distinguuntur, — — In cuius rei testimonium, et vt praesens donatio nostra robur obtineat perpetuae firmitatis, praesentes concessimus literas, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Patris Domini Andreae, Dei gratia Episcopi Agriensis, fidelis Cancellarii nostri, anno Domini Millesimo, Ducentesimo, nonagesimo primo.“ Hoc diploma Andreas, maritus eius anno sequenti sub 1. Septembris, sua auctoritate roborauit.

.Gerberti Cod. Epist. Rudolphi I. pag. 219. in nota.

CCCCII.

A. Ch. 1291. *Andreas R. H. libertates Nobilium Regni, ac Saxonum antiquas conscribit, et nonnullas nouas priuilegialiter addit.*

Andreas Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Crouvatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodo-

meriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex. Omnibus Christi fidelibus, praesentes litteras inspecturis, salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum notitiam, harum serie volumus peruenire: Quod cum Anno Domini Millesimo - - - e, et consensu venerabilium Patrum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Baronum, Procerum, et omnium Nobilium Regni nostri, apud Albam, in loco nostro cathedrali, annuente Domino, fuissemus coronati, et in Regni gubernaculum successissemus iure et ordine geniturae, habita congregatione generali, in vo - - Nobilium Regni nostri, a Sanctis Progenitoribus nostris data, et concessa, quae in articulis exprimuntur infra scriptis, inuiolabiliter firma fide promisimus obseruare.

Articulus 1) Primum videlicet: quod omnia iura Ecclesiarum, in Possessionibus, Foris, Tributis, et aliis, quae Ecclesiis, a Sanctis, vel aliis regibus, Progenitoribus nostris, siue aliis Incolis regni nostri data sunt, et concessa, conseruamus. Et omnia integraliter restituemus ab Ecclesiis occupata.

A. 2) Item: quod nullum Comitatum Regni Nostri Ecclesiis, vel earum Praelatis, Baronibus, vel Nobilibus alicui, vel aliquibus, in perpetuum conferemus. Imitantes in hoc Sanctorum Progenitorum, Regum illustrium Hungariae, vestigia, pro modulo, et pro posse.

3) Promittimus etiam, quod dignitates, ceu Comitatus regni nostri, seu castra, aduenis, vel hospitibus, aut paganis, vel ignobilibus, et his, qui in regno nostro nocumenta frequenter intulerunt, nullatenus conferemus, nec consiliis nostris interesse permittemus.

4) Nec etiam Barones suas dignitates in certa quantitate pecuniae locare permittemus. Nec vices suas, siue iudicatus, in Parochia conferri ignobilibus patiemur.

5) Item: nullus sine testimonio capitulorum vel Conuentuum, ad praesentiam Curialium Comitum vel Vice-Comitum, citari possit. Nec Comes iudicium recipere, aut iudicare praesumat absque quatuor nobilibus nominatis.

6) Item: Donationes, quae per Dominos Belam, et Stephanum, Inclytos Reges Hungariae, felicium recordationum, - - - - - nullatenus reuocamus; cum iidem, mediante iustitia, felici successu, et prospero, Regnum Hungariae gubernauerint, et salubri semper consilio fuerint vsi.

7) Nec huc praetermittimus, quod, quia Dominus Rex Ladislaus, Frater noster, in aetate tenera fuerat constitutus, et regnum Hungariae Tartari - - - - - frequenter inuaserunt, et quorumdam Nobilium regni nostri patres et fratress in defensione regni sunt interempti; donationes pro eorum seruitiis meritoriis, per eumdem regem Ladislaum iuste et legitime factas, iuxta consilium Archiepiscoporum Episcoporum et Consiliariornm nostrorum, per Regnum deputatorum, conservari faciemus.

8) Collationes vero indebitas et iniustas tempore ipsius Ladislai Regis factas, reuocabimus consilio eorumdem. Hoc tamen expresso: quod collationes, ab ipso rege Ladislao factas, vsque festum Sancti Regis Stephani, nunc venturum, apud eosdem, quibus sunt collatae, faciemus conseruari. Exceptis iuribus Regalibus, videlicet Castris, Praediis, Ciuitatibus, Hospitibus, et Vduornicis, quae

nobis, quae nobis omnes et singuli, si qui habent, vel tenuerunt, reddere et restituere promiserunt, et etiam assumserunt.

9) Item Palatinum, Magistrum Tauernicorum nostrorum, Vice-Cancellarium, Iudicem Curiae, ex consilio nobilium Regni nostri, ex antiqua consuetudine regni nostri, faciemus. Saluo tamen iure Albensis Ecclesiae, et priuilegio, quod Albensis Ecclesia nostra in ipsa Vice-Cancellaria habet, et habere dignoscitur ab antiquo.

10) Item: si aliqna potentia extrinseca ad inuadendum regnum nostrum venerit, aut aliqua pars, vel provincia Regni ab obedientia regia, vel potentia et Regni se abstraxerit, aut alienare aliquo modo voluerit, Nobiles regni nostri, et Saxones Transiluani, praedia tenentes, et more Nobilium se gerentes, nobis adstare, et adiuuare nos tenebuntur.

11) Sed si ad occupandum regnum extrinsecum procedere vellemus, nonnisi pecunia, a Maiestate nostra erogata, procedere teneantur.

12) Hoc etiam expresso: quod Nobiles regni nostri, et praedicti Saxones Regni Transiluaniae, cum nullo Baronum nostrorum, coacti vel inuiti, super factis et negotiis Regni nostri intrinsecis vel extrinsecis, absque nobis, sine pecunia, ire teneantur.

13) Item nullam collectam, vel acones, aut descensus super ipsos Nobiles et Saxones praenotatos, ac populos eorumdem, recipi faciemus. Nec etiam occasione lucri Camerae nostrae, vel aliqua alia ratione, exigi volumus ab iisdem.

14) Et si monetam nostram in regno nostro currere facere voluerimus; de qualibet prouincia

quatuor boni homines, cum Comite Parochiali, ipsam monetam nostram currere faciant, et quambiri.

15) Nul - - - - ipsi monetae nostrae in regno nostro fieri permittemus.

16) Item: Si Palatinus in regno nostro ad faciendum iudicium processerit, in qualibet prouincia quatuor iudices deputati, cum Comite Parochiali ire et iudicare debeant. Et ius, quod Comitem Parochialem in iudiciis contingit, ipsi Comiti debeat plene - - - et persolui.

17) Si vero Palatinus sinistre procedere intenderet, iidem quatuor homines, cum Comite ipsorum, prohibere, et nobis intimare teneantur.

18) Item: Statuimus, quod populos Archi-Episcoporum, Episcoporum et Ecclesiarum priuilegiatarum, in causis temporalibus nullus iudicum, praeter personam nostram, possit iudicare.

19) Et quod nullus Iudicum Archiepiscoporum in foris, seu villis praedictorum Archiepiscoporum, Nobiles regni nostri et populos eorumdem possit iudicare.

20) Hospites etiam liberarum villarum, Regis scilicet et Reginae, Nobiles regni nostri non possint iudicare.

21) Item: Impignorationes super transeuntes Incolarum Regni nostri, penitus nolumus et fecimus aboleri.

22) Item: omnia tributa, tempore Ladislai Regis facta, omnino exstirpentur.

23) Volumus etiam, quod in locis antiquorum tributorum, populi Nobilium et Ecclesiarum, tributa non persoluant. Sed tantum Mercatores, de aliis regnis ad alia regna transeuntes.

24) Praeterea: Turres, siue Castra, super Ecclesiis aedificata, aut locis aliis, pro nocumento constructa, penitus euellantur.

25) Item: Possessiones, fora, et castra quorumcunque, per violentos detentores indebite occupata, restituantur et reddantur.

26) Item: decimas frugum, secundum decreta Sanctorum Regum soluere teneantur. Ita videsicet: quod quilibet Nobilis siue Saxo, de numero Nobilium, de quolibet aratro vnum fertonem pro decimis soluat. Populi autem ipsorum Nobilium et Saxonum, de singulis capetiis soluant vnum pondus. Et decimator non per se, sed cum homine Parochialis Comitis dicare debeat. Vsque festum S. Martini super iuramento populorum Nobilium, ipsae decimae persoluantur. Post ipsum autem festum: credatur decimatorum iuramento.

27) Item decimae vini, in autumpno, in specie recipiantur cum musto. Si vero tempus noui vini siue musti in exigendo distulerint, extimatio, siue pretium soluatur pro musto.

28) Item: Priuilegium, quod cum bulla aurea consignatum fuerit, a Cancellario decem marcis argenti redimi debeat, aut marca auri. Si vero sub pendenti sigillo cereo fuerit, a Vice-Cancellaria marca argenti, et a Notario fertone redimatur.

29) Item - - es, aut - - - - duo pond, et dedi - - vnum pondus - - - - - videlicet.

30) - - - - iudicabimus, ordine iudiciario, causas litigantium cognoscentes.

31) Item: in quolibet anno, semel omnes Barones et Nobiles regni nostri, Albam, ad congre-

vide pag. 145/6

gationem debeant conuenire. - - - - De Statu regni. Et inquirentes de factis Baronum, qualiter quilibet ipsorum in suis Comitatibus processerint et conseruauerint iura regni. Et secundum sua merita praemia, et demerita vel commissa, supplicia, ipso die, secundum iudicium nostrum et consilioriarum nostrorum, recepturi.

32) Item: concessimus, quod, si quis Nobilium, siue Saxonum praedictorum, sine haerede decesserit, possessiones sic decedentis hereditariae, emtitiae, et etiam aquisitae nultatenus debeant confiscari. Sed idem decedens propinguis suis, aut alicui propinguorum, seu vxori, vel etiam Ecclesiis, pro remedio animae suae, legare in morte, et conferre in vita, cuicunque voluerit, liberam habeat facultatem.

33) Item: si qui Nobiles, aut alii, nocumenta intulerint, si ex Clementia Regia parcere personis eorum oporteat, vel debeamus, querulantibus tamen iustitiam omnimodam faciemus.

34) Item: siquis malefactorum coram aliquo iudice conuictus aufugerit, nullatenus ipsum recipiemus, nec etiam defensabimus. Et similiter per Barones nolumus, nec patiemur defensari.

35) Praeterea, si aliqui ex ipsis regnicolis nostris vi vel metu, possessiones suas vendiderunt, aut non vendentes instrumenta venditionis contra se praepotentibus confici cohacti fuerunt: si huiusmodi violentia siue metus, legitime et rationabiliter constiterit, instrumenta taliter confecta, sint viribus vacuata, et penitus red - - -

36) Item: in possessiones Nobilium, seu Saxonum praedictorum non possit introire extraneus ratione dotis, aut ratione quartae filiabus de-

bitae. Sed heredes decedentium, vel proximiores de generatione sua, redimant eas, secundum extimationem iustam, Regni nostri consuetam.

37) Item: Comes Parochialis - - regni nostri ad preadictos Saxones Transyluanos, nonnisi in tribus articulis, videlicet: furto vel latrocimio, facto decimarum, ac monetarum, debeat iudicare.

38) Item, si aliquis ipsorum per Comitem Parochialem se senserit aggrauatum, ipsam causam reuocet, et reducat nostri iudicii ad - - -

39) - - - Cum centum hominibus, infra vel supra iuraverint, nonnisi quadraginta denarios purgationis soluere teneantur.

40) Item: si quis Nobilium vel Saxonum praefatorum possessiones suas, pro suis excessibus et maleficiis amittere debeat, vel contingat; cognati sui, ac propingui possessionem ipsam redimendi habeant facultatem. Ne in possessionibus propriis, et auitis extraneum doleant possessorem.

41) Item: volumus, quod Vajuoda Transyluanus super Nobiles seu Saxones memoratos partis Transiluaniae, et Banus totius Sclauoniae Nobiles partis Drauanae, nullatenus descendere possint, nec ipsos in aliquo indebite aggrauare. Vt igitur haec nostra ordinatio, imo potius, a Praedecessoribus nostris, regibus illustribus Hungariae, primitus obseruata, robur optineant perpetuae firmitatis, praesentes concessimus litteras, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Theodori Albensis Ecclesiae nostrae Praepositi, aulae nostrae Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCC. nonagesimo primo, octauo Kalendas Martii, Regni autem nostri primo anno. "

E transumto authentico coaeuo Archiui Ecclesiae Albae Transiluanae; quod sic sonat: „Capitulum Ecclesiae B. Michaëlis Archangeli Transiluaniae. Vniuersis Christi fidelibus, praesens scriptum impecturis, salutem in omnium Saluatore. Ad Vniuersorum notitiam, harum serie, volumus pervenire: quod cum Dominus Andreas, Dei gratia illustris Rex Hungariae, conscriptis libertatibus nobilium regni Hungariae antiquis, insertis etiam quibusdam articulis de nouo concessis, ejsdem Nobilibus priuilegium concesserit, et per ipsos Nobiles idem Priuilegium apud nos, tanquam in loco communi, pro eo, vt recursus facilior ad ipsum habeatur, sit depositum, Nobiles praefati, per quosdam ex ipsis, nobis supplicarunt, vt tenorem huiusmodi priuilegii rescribi facientes, sigillo nostro firmari faceremus ad hoc, vt, tempore necessitatis suae, eo vti possent, cuius quidem Priuilegii tenor talis est: Andreas etc. Eruit ex eodem archiuo M. G. Kovächich, vulgatum in Monumentis veteris Legislationis Hung. Segmenti I. p. 13. Tum Sylloges Decretorum Comitialium p. 15.

CCCCIII.

A. Ch. 1291. *Idem Andreas priuilegium Ladislai Chuni pro filiis Comitis Martaleus super terra Viesk in Comitatu Ugocha confirmat.*

Andreas Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Omnibus Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire, quod Magister Mykou et Chepanus filii Comitis Martaleus, ad nostram accedentes praesentiam exhibuerunt nobis priuilegium Ladislai Regis Hungariae fratris nostri patruelis super collatione Terrae Visk vocatae in Comitatu de Vgocha existentis, simul cum instantia, vt ipsum priuilegium fratris nostri praedicti ratum habere, et nostro dignaremur priuile-

gio de benignitate regia confirmare, cuius quidem tenor priuilegii talis est: sequitur Diploma Ladislai IV. d. a. 1281. in Codice Diplomat. Hungar. Tom. V. Vol. III. p. 87. occurrens). — Nos igitur iustis et legitimis petitionibus dictorum Magistri Mykou et Chepani assensum fauorabilem adhibentes, intuentes etiam ipsum priuilegium non cancellatum, non abrasum, nec in aliqua sui parte vitiatum, maxime considerantes seruitia eorundem Magistri Mykou et Chepani, quae nobis in expeditione nostra, quam habuimus contra Ducem Austriae, cum effusione sanguinis eorum coram oculis nostrae Maiestatis fideliter impenderunt, ipsum priuilegium de verbo ad verbum insertum duplicis sigilli nostri munime auctoritate praesentium duximus roborandum. Datum per manus discreti viri Magistri Theodori Albensis Praepositi, Aulae nostrae Vice Cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCXCI. Regni autem nostri Anno IIdo.

Horváth István. Verbõtzi István emlékezete Tom. II. p. 47.

CCCCIV.

A. Ch. 1291. *Idem Andreas Mercatorum Ratisbonensium iura et libertates, sub Bela IV. aquisitas, confirmat.*

Andreas Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, viris providis, et discretis sibi amabilibus, et deuotis vniuersis mercatoribus Radis-ponensibus et pertinentibus ad eosdem salutem in attore salutis. Quia de confluentia mercatorum inhabitantium commoditas, et utilitas alterutrim procuratur, cupientes ut vobis et

aliis mercatoribus in partes Regni Hungarie cum suis mercibus descendere volentibus omnis immunitas et securitas prebeatur, de voluntate et conniventia venerabilium patrum Archi Episcoporum nec non et omnium regni nostri procerum, et Baronum connivencia et assensu, sub iure iurando firmamus hac pragmatica Sanctione: ut quicunque mercatorum in regnum nostrum cum sua descendere voluerit mercatura, ea gaudeant libertate eoque beneficio perfrauantur, quod tempore Serenissimi (Bele) regis avi nostri clare memorie habuisse noscuntur. Ad vberiorem statum ipsorum maiorem etiam gratiam impensuri prout rerum vtilitas, et commoditas suadebit. Datum pro manus discr. viri Magist. Theod. Alb. Ecclesiae Praepositi aule nostrae Vice-Cancellarii dilecti, et fidelis nostri. Anno Domini MCC. nonagesimo primo. Ad maiorem etiam cautelam sigilla Vener. Patrum Lodomerii d. gratia Strigoniens. et Iohannis Colocensis Archi-Episcop. sigilla autentica praesentibus inseri fecimus, et apponi.

Gemeiner Reichstadt Regensburgische Chronik. I. Theil. 432. Seite.

CCCCV.

A. Ch. 1291. *Capitulum Strigoniense Stephani V. R. H. priuilegium, quo possessiones Ecclesiae Nitriensis reambulari iussit, ac recensuit, transscribit et confirmat.*

Thomas, Praepositus, et Capitulum S. Strigoniensis Ecclesiae Omnibus Christi fidelibus, praesentibus ac futuris, notitiam praesentium habituris, salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire,

quod Venerandus in Christo Pater Paschasius, diuina miseratione Episcopus Nitriensis, ad nostram accedens praesentiam, exhibuit nobis quasdam literas priuilegiales Inclytissimi Principis et D. Domini Stephani, felicis recordationis, quondam regis Hungariae illustris, petens nos cum instantia, vt quia ipsas litteras iu propria specie, propter viarum discrimina, secum ferre non posset, easdem litteris nostris priuilegialibus transcribi faceremus uberiorem ad cautelam, quarum tenor talis est: Stephanus, Dei gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris, praesentium notitiam habituris, salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod Venerandus in Xto Dominus Pater Vincentius, Dei gratia episcopus Nitriensis, fidelis noster, ad nostrae Maiestatis accedens praesentiam, exhibuit nobis quaedam priuilegia et iura dictae Nitrientis Ecclesiae tam regum, quam reginarum, ac Capitulorum super vniuersis possessionibus ipsius Ecclesiae confecta, exceptis quibusdam priuilegiis, quae in combustione Castri Nitriensis et Ecclesiae Cathedralis per Bohemos, regni nostri aemulos pro nobis facta, consumpta exstitissent; quae nos antea videntes et examinantes, nostris litteris priuilegialibus feceramus confirmari, ex certa scientia; supplicans nostrae Maiestati, vt nostra priuilegia de plenitudine nostrae potestatis, inquiri etiam de amissis priuilegiis veritatem faciendo, nostro priuilegio dignaremur confirmare. Nos habendo exinde deliberationem cum Dominis Philippo Strigoniensi,

Stephano Colocen. Archiepiscopis, Moyus Palatino, et Aegidio Magistro Tauernicorum nostrorum et aliis quam pluribus Praelatis et Baronibus regni nostri, misimus Magistrum Benedictum, praepositum Orodien. aulae nostrae Vice-Cancellarium, Michaëlem Comitem Nitriensem cum Magistro Sixto Lectore Strigoniensi, fideles nostros iuxta continentiam litterarum Capitulo Strigonien. directarum; vt iidem nostri fideles praesente testimonio praedicti capituli vniuersas possessiones, quas ad eamdem Sanctam Ecclesiam Nitriensem, et Episcopatum pertinere inuenirent, reambulando legitime, nomina ipsarum possessionum in litteris dicti Capituli reportarent, vt exinde certificati, iura ipsius Ecclesiae ex scientia confirmare valeremus. Tandem idem Dominus Episcopus Nitriensis cum praedictis nostris fidelibus ad nostram accedens praesentiam, exhibuit nobis vnam litteram clausam memorati Capituli Strigonien, in qua nobis scribebatur: - - - de nominibus, et veritate omnium possessionum dictae Ecclesiae Nitriensis per eos inuentarum, videlicet per homines nostros et testimonium Capituli supra dicti hoc modo exstitissent: quod primo accessissent ad faciem possessionum Bitte et Jezencze in prouincia Trenchinensi existentium, et ex vigore priuilegiorum eiusdem Capituli Strigon. et aliorum ipsas possessiones ad Nitriensem Episcopatum pertinere et in pacifica possessione ipsarum eumdem Episcopum inuenissent; deinde venientes ad Threncsinium, decimam et tertiam partem fori Threncsinen. et portus ex fundatione ipsius Ecclesiae Nitriensis ad eandem petinere sciuissent, et saepe dictum Episcopum in plena esse perceptione earumdem, prae-

terea quasdam possessiones Scachán, item vtrasque Beluk, et vtrasque Keresnya vocatas, circa eandem Scachan ex donatione Serenissimi Ladislai regis, in fundationem ipsius Nitrien. Ecclesiae absque omni contrarietate ad ipsam pertinere inuenissent, et nunc pacifice possideret. Post haec accessissent in prouinciam Posonien. et circa Cittem, siue Tyrnauiam Zombath dictam, videlicet in pede montis longi super villam S. Georgii iacentis, inuenissent possessionem Modor totalem cum terminis antiquis, cum montibus et siluis ac aliis vtilitatibus. Item totalem possessionem Scele totalem in ptu (portu) paludum (cum) piscaturis, aquis et omnibus vtilitatibus, circumstantiis, et Ecclesia iuxta fluuium Dodwagh, adiacentem ex collacione Serenissimi Regis Ladislai et Geysae, in dotationem fundationis esse et fuisse, cuius memoria non extaret, cum decimis earumdem, Ecclesiae et Episcopatus Nitriensis, et etiam cum tributis. Post haec accessissent ad possessionem Apka vocatam, cum fluuio Wagh, virgultis et monticulis ac Iobbagionibus XL mansionibus et capella cum terris XX aratorum, ac parte media tributi Sallay, ex collatione Domini Andreae et Belae Regum in Prouincia Nitriensi habita inuenissent pertinere ad memoratam Nitriensem Ecclesiam, et esse in pacifica possessione earumdem. Sciuissent etiam in prouincia praedicta possessionem Korus vocatam cum tributis, molendinis, in fundationem Ecclesiae Beatae Virginis eiusdem Ecclesiae fuisse asssignatam. Pro Praepositura Nitriensi constructae (constructa) per D. Geysam regem in ordinationem Ecclesiae praefatae Nitriensi collationi et arbitrio Episcopi Nitrien.

inuenissent pertinere eandem. Praeterea inuenissent quamdam possessionem Nagyfalow vocatam, prope Ciuitatem Nitriensem habitam; ex fundatione dictae Ecclesiae ad Episcopatum Nitriensem ab antiquo pertinere, atque etiam vnum pratum in alia parte Nitrien. - - Monasterii Sancti Ipoliti iuxta villam eiusdem monasterii ad Ecclesiam Nitriensem pertinere inuenissent. Deinde inuenissent villam Tremes iuxta terram Capituli eiusdem Ecclesiae prope Ciuitatem Nitrien. ex alia parte fluuii existentem, cum siluis et vtilitatibus ejusdem sub terminis antiquis - - - in fundationem ipsius Nitriensis Ecclesiae ab antiquo pertinere ad Ecclesiam supra dictam. Post haec inuenissent possessionem Koreskén maiorem iuxta eumdem fluuium Nitriensem ex donatione Dominae Elisabeth, reginae Hungariae, consortis nostrae charissimae, ad eamdem ecclesiam in Prouincia supra dicta inter terras ciuitatis Nitriensis situatam. Post haec venissent ad quamdum possessionem Symatw, in Comitatu de Komárom, iuxta Danubium iacentem, vocatam, cum portu danubii et tributo, cum piscaturis tam in Danubio, quam Syma habitis, ex integro legitime ad eamdem pertinere, et ab antiquo possedisse, et nunc possidere pleno iure inuenissent Ecclesiam memoratam, et prout haec omnia in litteris dicti capituli plene vidimus contineri. Iidem nostri fideles haec omnia eodem modo se vidisse et sciuisse veridice retulerunt. Et quia nos S. Matrem Ecclesiam, per quam viuimus et regnamus, in his, quibus ipsam videmus immobiliter gaudere, pacifice tenemur conseruare, praecipue quia priuilegia earumdem possessionum ante incendium eiusdem Ecclesiae cum nostris Baronibus videra-

mus vna cum Praelatis et Baronibus nostris praedictis praenotatas possessiones generaliter et sigillatim, siue fundationis siue legationis, siue emptionis titulo ad ipsam ecclesiam pertinentes, iuris ordine obseruato, deuotione Beatorum Martyrum Zorardi et Benedicti, quorum corpora in dicta Ecclesia requiescunt, inducti, ipsi Nitriensi Ecclesiae, et Episcopatui confirmamus, et noua donatione per nos facta perpetuo valere ex certa scientia ratificamus, in plena possessione earumdem ipsam ecclesiam et Episcopatum relinquendo; et quia in reambulatione dictarum possessionum ipsius nullus contradictor apparuit Ecclesiae Nitriensis, singulis querulantibus super eisdem possessionibus perpetuum silentium a modo imponentes. Et quia Venerabiles reliquiae Sanctorum Martyrum praedictorum propter praemissum incendium satis miserabiliter conseruantur; ideo tributum in Ciuitate Nitrien. pro nostra Maiestate reseruatum, praeter decimam et tertiam partem eiusdem tributi, quam idem Dominus Episcopus Nitrien. ab antiquo dignoscitur possedisse, donauimus ad decorem Sanctorum praedictorum pro lampadibus continue ante praedictas reliquias lucendis et illuminandis, perpetuo munere possidendum. Datum per manus praedicti Magistri Benedicti, Orodiensis Praepositi, Vice-Cancellarii dilecti et fidelis aulae nostrae. Anno Domini MCCLXXI. pridie kal. Septembris. indictione quinta decima, regni autem nostri anno primo. Venerandis in Christo Patribus, Dominis Philippo Strigon. et Stephano Colocen. Archiepiscopis praedictis, Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Iacobo Quinque-Ecclesiensi, Philippo Vaciensi, Aulae Dominae reginae Cancellario, Lo-

domerio Varadiensi, Petro Transiluano, Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Mojus Palatino, Iudice Cumanorum, et Comite Supronien. Nicolao Iudice Curiae nostrae, Aegidio Magistro Tauernicorum nostrorum, et aliis Baronibus nostris, Comitatus et honores habentibus."

Ex authentico transumpto Capituli Strigon. anno 1378. emanato. MSS. Kaprinai sub B. T. LVII. p. 136. sqq.

CCCCVI.

A. Ch. 1291. *Capitulum Ecclesiae Transiluanae decretum regis Andreae de libertatibus transumit.*

Capitulum Ecclesiae B. Michaëlis Archangeli Transiluaniae vniuersis Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire literarum: quod cum Dominus Andreas Dei gratia illustris rex Hungariae conscriptis libertatibus nobilium Regni Hungariae antiquis, insertis etiam quibusdam articulis de nouo concessis, eisdem Nobilibus priuilegium concesserit, et per ipsos Nobiles idem Priuilegium apud nos tanquam in loco communi, pro eo vt recursus facilior ad ipsum habeatur, sit depositum. Nobiles praefati, per quosdam ex ipsis nobis, supplicarunt vt tenorem huiusmodi priuilegii scribere facientes, sigillo nostro firmari faceremus, ad hoc, vt tempore necessitatis suae eo vti possent; cuius quidem priuilegii tenor talis: — Andreas etc. (videatur Decretum anni 1291. sub Nro. CCCII.

Monumenta veteris Legislationis Hung. Segm. I. pagina 13.

CCCCVII.

A. Ch. 1291. *Capitulum Quinque-Eccl. litteras Andreae Regis super terra Bika in sua Camera reseruandas se recepisse, testatur.*

Nicolaus Praepositus, et Capitulum Quinque-Ecclesiae, omnibus praesens scriptum cernentibus salutem in Domino. Ad vniuersorum notitiam volumus peruenire: quod litteras Domini regis de manu Comitis Ladislai, omni, qua decuit reuerentia et, honore recepimus in haec verba: Andreas, Dei gratia, Rex Hungariae, fidelibus suis Capitulo Quinque-Ecclesiensi salutem et gratiam. Fidelitati vestrae praecipiendo mandamus, quatenus Comiti Ladislao, filio Abraham, super terra Bika, iuxta Sàar, existente, secundum continentias litterarum vestrarum, super facto eiusdem terrae confectarum, prout scilicet in litteris suis videritis contineri, vestrum priuilegium concordari, tenorem earumdem de verbo ad verbum ipsi vestro priuilegio inseri facientes, cuius aliud par in Camera Ecclesiae vestrae reponi et diligenter reseruari faciatis. Datum Budae feria quarta proxima post quindenas Pentecostes. An. Domini MCCXCI.

Ex authentico Uladislai R. H. transumto anni 1500. Dan. Cornidesii MSS. Tom. IV. p. 43. Litterae priuilegialiter edendae sunt sequentes:

CCCCVIII.

A. Ch. 1291. *Eiusdem Capituli memoriales de dimidia parte possessionis Bika redemta.*

Nos Capitulum Quinque-Ecclesiensis Ecclesiae memoriae commendamus, quod cum super facto terrae Bika vocabulo, in Comitatu Tolnensi existente, inter Comitem Ladislaum, filium Abra-

ham, et Nicolaum filium Ivan, Patrueles de Zakadath, nobiles ex eodem Comitatu, ab vna parte; et inter Kilianum et Iacobum, filios Kiliani, Petrum Súr, et Andream, filios Iacobi, Patrueles de Mydér, item Demetrium et Stephanum, filios Mathaei de genere Szentemagneth, cognatos eorumdem de Chely ex altero ordine, iudiciaria verteretur materia quaestionis, sicut hoc vtraque pars, nostram praesentiam comparendo, nobis referebant, et se sub poena quinquaginta marcarum compromisissent in arbitros, quorum nomina haec sunt: scilicet Comes Michaëlis, filius Alberti de genere Szentemagneth, item Philippus de Joky, item Lucas, filius Lucae de Birolth, Simon filius Nicolai de Kudmi, per partes in nostris literis nominati; item Nicolaus, filius Farkas, de genere Sajkás, et Comes Balogh, castellanus Quinque-Ecclesiensis, per partes adiuncti eisdem; quibus quidem arbitratoribus in octauis S. Martini inter nos considentibus, et vtriusque partibus ibidem praesentibus, praenominati Comes Ladislaus et Nicolaus exhibuerunt priuilegium Capituli Albensis antiquum, in quo fuit liquido repertum, quod Ioannes et Ladislaus, filii Abraham, quamdam terram, suam B i k a nomine, cum Ecclesia Sancti Michaëlis constructa in eadem, statuissent Súr Comiti in perpetuum possidendam; e contra idem Comes Súr, terram suam Zakadath cum Ecclesia Sancti Nicolai, mutua vice statuisset eisdem Iwan et Ladislao similiter in perpetuum possidendam, tali tenore obligationis interposito: quod si tractu temporis Comes Súr praedictus, vel eius haeredes praedictam terram Bika venditioni vellet exponere, non posset aliis, nisi Ioanni et Ladislao supradictis, vel

haeredibus eorumdem; similiter praenominati Ioannes et Ladislaus, vel haeredes ipsorum praedictam terram Zakadath, si venditioni voluerint exponere, non aliis, nisi praedicto Comiti Súr et eius haeredibus vendere tenerentur. Hoc tali tenore verborum in eodem priuilegio contento, per nos perlecto et relecto, vtrisque partibus exposito diligenter, nihil aduersitatis, vel contrarietatis per vtrasque partes' dictum fuit priuilegio antedicto; itaque Comes Ladislaus et Nicolaus dixerunt: quod Kilianus et Iacobus, filii Súr, medietatem huius Bika, ipsis ignorantibus, in eorum praeiudicium venditioni exposuissent; iam dudum adhuc Kilianus, filius Iacobi, filii Súr et fratres eorumdem praedictis filiis Matthaei tacentibus vendiderunt. Quod ipsi ignorarent hanc venditionem fore factam. Igitur Comes Ladislaus, et Nicolaus exhibuerunt tenorem priuilegii nostri, recognosci et recepti ad mandatum Domini regis in camera Ecclesiae nostrae, in quo repertum fuit, quod Kilianus et Iacobus, filii Comitis Sur, medietatem portionis, quam in terra Bika nomine, ab Iwan et Ladislao, filiis Abrahae in concambium habuerant, a parte orientali, vltra aquam Saar existentem cum medietate aquae Saar, et aliis vtilitatibus seu pertinentiis suis, Matthaeo, filio Sauli de ganere Szentemagneth, pro decem marcis vendidissent, et pretium totaliter recepissent. Hoc tali tenore relecto, et perlecto, et partibus dato intelligi diligenter, adhuc praenotati Kilianus et Petrus, fratresque ipsorum responderunt hoc idem, quod Petrus, dicens hanc venditionem se nescire; praedictis filiis Matthaei, filii Sauli similiter retinentibus sicut sui. Si quidem ad iustam petitionem

vtriusque partis et praenominatorum arbitrorum praedictum priuilegium nostrum in Camera Ecclesiae nostrae, ad vberioris testimonii cautelam fecimus requiri, et inuentum partibus vtriusque arbitratoribus publice praesentari, et perlegi distincte et aperte; in quo quidem priuilegio liquido est repertum: quod Kilianus, et Iacobus, filii Comitis Sur, medietatem possessionis in terra Bika, quam a filiis Abraham habuerant in concambium, a parte orientali vltra aquam Saar, existentem, cum medietate aquae Saar, ac aliis vtilitatibus et pertinentiis, Matthaeo, filio Sauli pro decem marcis vendidissent, et pretium totaliter recepissent; supra dicti vero Kilianus et frater suus, item Petrus et fratres sui, filii Iacobi interrogati per arbitratores supra dictos, si quid vellent vel haberent dicere aduersus hoc priuilegium, super venditione medietatis terrae Bika confectum; habita deliberatione, hoc priuilegium manibus tenent. contractum, voce concordi reddiderunt, quod nihil vellent, nihil haberent dicere aduersus hoc priuilegium, imo crederent indubitanter, quod est verum, atque rite et legitime sit confectum, adiicendo; quod ipsi ipsorum arbitratorum arbitrio, quidquid arbitrarentur, consentirent, tolerando eorum arbitrium liberaliter et libenter. Itaque arbitratores supra nominati tenorem vel tenores, continentiamue tam efficacem priuilegiorum praedictorum considerando, et perspicacius attendendo, vtriusque partis causam aequa posuerunt in lance, manu iustitiae ponderando. Visum est eisdem interueniente etiam consensu partium vtrarumque, vt cum homine nostro super faciem terrae praedictae Bika vocabulo accederent, in per-

sona, ad distinquendum vel diuidendum ipsam terram inter partes, cum quibus hominem nostrum Stephanum Canonicum, Ecclesiae S. Ioannis Baptistae de Quinque-Ecclesiis transmisimus ad exequenda praemissa coram ipso. Ipsique arbitratores cum homine nostro, et cum partibus vtrisque ad nos redeuntes, nobis retulerunt viua voce: quod ipsi praesente homine nostro praedicto, et vtrisque partibus ibidem praesentibus accesserunt supra faciem terrae Bika praedictae, ipsamque terram Bika, sicut adiacet, vltra flumium Saar a parte orientali cum suis omnibus vtilitatibus et pertinentiis in duas partes seu in duas portiones aequales diuidendo, cum funiculo mensurando, metis terrarum interpositis et signorum, medietas terrae Bika, vltra aquam Saar, orientem versus cum medietate fluuii Saar, et cum Ecclesia S. Michaëlis, et cum ceteris vtilitatibus suis, et circumstantiis vniuersis distincta, sicut praemittitur, per metas, cessit et remansit Comiti Ladislao et Nicolao supradictis, in perpetuum possidenda; quam quidem Bika medietatem Killanus et Iacobus, filii Comitis Súr, ab olim venditioni exposuerant Matthaeo, filio Sauli, de genere Szentemagneth pro decem marcis, secundum formam priuilegii nostri supradicti; e contra altera medietas terrae Bika vltra aquam Saar adiacens, similiter cum medietate aquae Saar, et cum ceteris suis vtilitatibus et pertinentiis omnibus distincta, vt praedictum est, per metas ad partem occidentalem, quia hanc medietatem adhuc non exposuerant venditioni, cessit et remansit Kiliano et Iacobo, filiis Kiliani, Petro, Súr, et Andreae, filiis Iacobi patruelibus, in perpetuum pacifice possi-

denda; hoc tamen expresso: quod ab omnibus impetitoribus, quacunque partium impetente, super facto terrae Bika, vtraque pars se inuicem, communiter videlicet, communi cum labore, et expensis tenetur expedire, defendere et tueri, semper et vbique, sicut adhoc partes se obligarunt spontanea voluntate; hoc non praetermisso, quod supra dictas decem marcas praenominati Comites Ladislaus et Nicolaus debent reddere et refundere praedictis Demetrio, Stephano, filiis Matthaei, in vigesimo secundo die Epiphaniae Domini, coram nobis in condigna aestimatione partem, et partem in denariis banalibus, sex pensas pro marca computando. Ad quarum quidem sex pensarum numerum fiet aestimatio supradicta. Dicimus quod partes sub eadem poena quinquaginta marcarum tolerant et tolerabunt hoc arbitrium in toto vel in parte, sicut superius declaratur, et etiam in memorialibus nostris litteris nostris prioribus continetur; nihilominus vtrisque partibus a modo simul vel per se ad nos redeuntibus litera cum praesenti, dabimus priuilegium nostrum secundum tenorem praesentium litterarum. Saepe dicti autem filii Matthaei huic totali arbitrio in nullo penitus contradicentes per omnia et singula tam consensum beneuolum adhibuerunt approbantes. Datum in festo Beatae Virginis Catharinae. Anno Dom. Millesimo, ducentesimo nonagesimo primo."

Indidem pag. 43.

*

A. Ch. 1291. *Capituli Quinque-Ecclesiensis testimoniales de decem Marcis in redemtionem dimidiae partis possessionis Bika rite solitis.*

Nos Capitulum QuinquenEcclesiensis Ecclesiae memoriae commendamus: quod cum iuxta for-

mam nostrarum memoralium a data paria praescriptorum vigesimo secundo die Epiphaniae Domini, Comes Ladislaus et Nicolaus de Zakadath, dictas marcas in redemptionem medietatis terrae Bika, Demetrio et Stephano, filiis Matthaei, soluere debuissent, coram nobis itaque partes praeuenientes hunc diem solutionis, in nostram praesentiam accesserint, praenominatus Demetrius pro se et pro eodem Stephano fratre suo in praesentiarum astando confessus fuit, se recepisse saepedictas marcas decem, ab eisdem Comite Ladislao et Nicolao. Datum in vigilia Epiphaniae Domini.

Nos autem mandatis et praeceptis regiis satisfacere cupientes, vt ex debito et ex toto litteras Domini regis et duarum partium, litteras nostras memoriales non abrasas, non cancellatas, non abolitas, non interlineatas, non transpositas, nec in aliqua sui parte viciatas eius in sigillo, de verbo ad verbum, et de littera ad litteram rescribi, et praesentibus sigillum nostrum apponi fecimus, etiam iustitia suadente. Actum Anno Domini Millesimo ducentesimo, nonagesimo tertio mensis Iulii. Stephano Cantore, Dionysio Custode, ceterisque quam plurimis ibidem existentibus. Datum per manus Magistri Stephani Lectoris Quinque-Ecclesiensis."

Ex eodem transumpto Uladislai Anno 1400. MSS. Cornides. Tom. IV. p. 46—7.

CCCCIX.

A. Ch. 1291. *Litterae impignoratitiae Comitis Ioannis de Ják.*

Litterae impignoratitiae Comitis Ioannis super portionibus in Ják et Kereselö habitis per lineam

proximiorem Comitis Ebed et eius descendentes reuisae. Anno MCCXCI.

Originales in archiuo familiae Niczkiarae.

CCCCX.

A. Ch. 1291. *Albertus, Dux Austriae, cum conthorali sua donationales Ladislai III. R. H. monasterio S. Crucis concessas vidimat et transcribit.*

Nos Albertus, Dei gratia, Dux Austrie et Styrie, Dominus Carniolie, Marchie ac portus Naonis, et Elizabeth Ducissa, contectalis eiusdem, Chonradus Chyemensis ecclesie Episcopus, Wilhelmus, Abbas Sancte Marie Scotorum in Wienna, Pabo Prepositus ecclesie Neunburgensis, frater Leopoldus, Prior fratrum Predicatorum in Wienna, et Magister Gotfridus, Prothonotarius Ducis Austrie supradicti. Vniuersorum noticie presencium serie declaramus, nos vidisse et audiuisse priuilegium illustris quondam Ladislai regis Vngarie, signatum sigillo dupplici et pendenti, habenti in sua circumferentia titulos regum Vngarie consuetos, cum typario regie Maiestatis impresso, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte viciatum, de verbo ad verbum tenorem huiusmodi continere. Ladislaus (v. ad an. 1272.) In quorum omnium testimonium et cautelam ad instantiam Venerabilis Abbatis, Sanctae Crucis sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum Vienne in die Sanctorum Innocentum. Anno Domini MCC nonagesimo primo.

Ex autographo Excelsae Camerae R. H.

CCCCXI.

A. Ch. 1291. *Charta Gregorii Comitis de Alrams.*

In nomine patris et filii et Spiritus Sancti amen. Quia ea, quae geruntur in tempore etc. Nos igitur Gregorius Comes de Alrams, filius Petri Comitis de Progenie Oschlie Notum facimus omnibus tam praesentibus quam futuris, quod frater S. Mariae Domus Teutunicorum in Noua Ciuitate – – – dicto Comite Petro Patre nostro p. m. annuente etc. Actum et Datum apud Nouam Ciuitatem. Anno ab Incarn. Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo primo, pridie Kalendas Augusti.

Duellii Hist. Ord. Teutonici P. III. Cap. III. p. 82. Nro. XIII.

CCCCXII.

A. Ch. 1291. *Eiusdem Gregorii alia Charta.*

Nos Gregorius Comes de Alrams filius Petri Comitis de Progenie Oschli praesentis scripti testimonio publice profitemur, quod de nostro consensu voluntario viri religiosi et discreti FF. S. Mariae Domus Theotonicae in Noua Ciuitate comparauerunt nullo contradicente pratum quoddam in nostra proprietate situm prope Alrams apud Stephanum eiusdem villae tunc temporis Iudicem, filium Ottonis, fauente uxore sua dicta Pertha ac eius heredibus vniuersis: de quo prato Dominae Hedwigi relictae quondam Domini Sifridi de Haslovve etc. Vt autem praemissa emptio rata et irreuocabilis successu temporum perseueret, praenotatis Dominis et Fratribus praesentem litteram de super contulimus nostri sigilli appendicio roboratam. Testibus subnotatis, qui sunt

hi: D. Chunradus Plebanus in Grillenperge, D. Helvvicus Plebanus in Waimaetsvelde, D. Rudvvinus Miles de Eckendorf, D. Fridericus Miles de Sprinzensteyn. Heinricus de Westerburg Magister monetae in Noua Ciuitate, Engelbertus Radix. Datum Anno Domini MCCLXXXX. secundo.

Duellii Hist. Ord. Teutonici. P. III. Cap. p. 83. Nro. XIV.

CCCCXIII.

A. Ch. 1292. Idem Andreas possessionem Lápos pro Comite Dionysio, filio Dionysii Palatini, confirmat.

Andreas Dei Gratia Hungariae etc. Rex. Omnibus Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum tam praesentium quam futurorum notitiam harum serie volumus peruenire. Quod Comes Dionyius filius Dionysii Palatini, ad nostram accedens praesentiam exhibuit nobis patentes literas nostras super collatione cuiusdam possessionis castri nostri Szonuk, Lapos vocatae confectas, petens a nobis cum instantia, vt easdem ratas habere, et nostro priuilegio confirmare dignaremur. Quarum tenor talis est: Nos Andreas Dei Gratia Rex Hungariae memoriae commendantes significamus quibus expedit vniuersis. Quod Comes Dionysius filius Dionysii ad nostram accedens praesentiam quandam Possessionem Castri nostri Szonuk, Lapos vocatum, petiuit a nobis sibi dari, verum quia de qualitate et quantitate ipsius possessionis nobis veritas non constabat, fidelibus nostris Capitulo Ecclesiae Albensis Transyluan. dedimus in mandatis, vt hominem ipsorum mitterent fidelem pro testimonio, coram quo homo noster praefatum

possessionem praesentibus cometaneis et vicinis reambularent et statuerent eidem Comiti Dionysio, si nostrae collationi pertineret, et si non foret contradictum, aut si qui forent, eosdem in nostri praesentiam euocando. Quod quidem Capitulum nobis rescripsit in hunc modum. Excellmo Domino suo Andreae Dei gratia Regi Hungariae Capitulum Ecclesiae B. Michaelis Archangeli Transyluaniae inclinationem et orationem in Domino debitas et deuotas. Literas vestrae Serenitatis recepimus in haec verba: Andreas Dei Gratia Rex Hungariae. Fidelibus suis Capitulo Albensis Ecclesiae Transyluaniae salutem et gratiam. Comes Dionysius filius Palatini, quandam Possessionem Lapus vocatam a nobis petivit sibi dari. Verum quia de praefata Possessione veritas nobis non constat, vtrum ad nostram pertineret collationem aut non, fidelitati Vestrae mandamus, praecipiendo: quatenus mittatis hominem Vestrum pro testimonio fide dignum, coram quo Damianus magnus homo noster convocatis commetaneis et vicinis reambulet ipsam possessionem, et si immediate ad nostram inueniret pertinere Donationem seu Collationem, et si non fuerit contradictum, statuat comiti Dionysio memorato, Contradictores autem, si qui fuerint, citet ad praesentiam, ad terminum competentem et post haec diem citationis et terminum assignatum, et nomina citatorum qualitatem et quantitatem dictae possessionis cum serie totius, nobis fideliter rescribatis. Datum in Philpos feria II. prox. ante purificationem Virginis gloriosae — Nos etiam praeceptis vestris obedientes, ut tenemur, cum dicto homine vestro ex nobis misimus pro testimonio, qui reversus

nobis dixit requisitus, quod ipso praesente homo vester praenotatam possessionem cum omnibus vtilitatibus suis et pertinentiis statuisset praetacto Comiti Dionysio, contradictore minime existente, — Nos igitur consideratis fidelitatibus et seruitiorum meritis ipsius Comitis Dionysii praefatam possessionem Lapus vocatam cum vtilitatibus et pertinentiis suis vniuersis dedimus donauimus et contulimus eidem Comiti Dionysio perpetuo possidendam. Datum Albae Transyluaniae in Dominica inuocauit Anno Domini MCCXCI. — Nos igitur considerantes fidelitates et gratuita ac obsequiosa seruitia dicti Comitis Dionysii fidelis, quae idem nobis diuino munere in regni solium et gubernaculum succedentibus iure et et odine geniturae, in omnibus expeditionibus Regni nostri, tam generalibus quam particularibus, cum supremo opere virtutum exhibuit indefesse, et maxime assumentes specialia seruitia eiusdem Comitis Dionysii, quae in exercitu nostro, quem contra Dominum Albertum Ducem Austriae et Styriae, tunc temporis nostrum et Regni nostri capitalem inimicum et hostem, pro pulsandis iniuriis, per ipsum Ducem Regno nostro illatis moueramus, cum effususione sui sanguinis et suorum, non formidans se et sue casibus submittere fortunae, exhibuit fideliter et deuote. Licet idem Comes Dionysius pro tot et tantis seruitiis suis maiori remuneratione de regia Maiestate fuisset confouendus, in recompensationem seruitiorum ipsius aliqualem, petitionibus inclinati Regio fauore praedictas patentes literas nostras attendentes esse non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas ratas habentes et acceptas de verbo ad verbum praesentibus insertas pa-

trocinio nostri priuilegii duximus confirmandas. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem praesentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Theodori Albensis Ecclesiae praepositi, Aulae nostrae Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCXCII. sexto Kal. Aprilis Indictione V. Regni autem nostri anno II.

E tardioribus litteris de an. 1381.

CCCCXIV.

A. Ch. 1292. *Eduardi I. Regis Angliae litterae, quibus Andreae Regi pro auxilio sibi in subsidium terrae S. oblato gratias agit.*

Serenissimo principi Domino Andreae D. gratia Vngariae Dalmatiae Croatiae Ramae Sinae (?) Galliciae Lodomiae (?) Cumaniae Burgariaeque (?) Regi Edwardus eadem gratia, Rex Angliae, Dominus Hiberniae, et Dux Aquitaniae, salutem cum honoris et gloriae felicibus incrementis. Celsitudinis vestrae litteras (quae fuerunt nobis ex parte vestra per nobilem virum Paganellum de Vicopisano familiarem vestrum et nuncium, latorem praesentium praesentatae) inter cetera credentiam continentes, quo decuit honore recepimus: et tam per significata per illas, quam ea, quae idem nuncius vester, vir vtique industrius et discretus, qui sibi commissa nobis exposuit circumspecte, pleno collegimus intellectu. Sane de his, quae nobis, ad Dei seruitium et honorem, ac exaltationem fidei Christianae, Serenitas vestra duxit liberaliter offerenda, Magnificentiae vestrae referimus gratiarum vberes actiones; ex hoc quandam affectionem et teneram, (quam ad negotium status miserabilis

terrae sanctae ac ad obsequium ipsius, qui terram eandem sanguine proprio dedicauit, geritis) perspicaciter attendentes. Verum antequam nuncium vestrum receperamus, fuerat ordinatum, et in certo eramus proposito, facere passagium nostrum per mare, a cuiusmodi ordinatione recedere non valemus. De mille vero militibus et sagittariis Equitibus, quos ad sumptus vestros, per vnum annum nobis in dictae terrae sanctae succursum faciendo per terram, offertis, quantas possumus vobis agimus gratias iteratas. Et licet ob rationem praedictam, ac aliis certis de causis, per partes vestras iter nostrum huiusmodi conuertere non possimus: Sublimitatem Regiam deprecamur instantius quod idcirco, diuinitus vobis inspirata voluntas (quam vos habere tenemus ad praedictae Terrae subsidium) non tepescat. Et si magnitudini vestrae placeat, de hominibus vestris, in auxilium eiusdem terrae transmittere, et vbi fuerimus, venerint, iocundus et laetus admodum erit nobis eorum aduentus, eos etiam gratulanter ac honorifice admittemus. Datum apud Berwyk super Twedam in Scotia in vigilia beati Ioannis Baptistae. Anno Domini Millesimo Ducentesimo nonagesimo secundo.

Foedera et acta publica Regum Angliae cura Th. Rymer, et Anderson Edit. III. Tomo I. P. III. pag. 95.

CCCCXV.

A. Ch. 1292. *Capitulum Varadiense donationales Andreae Regis super terra Visk transumit.*

Nos Capitulum Ecclesiae Varadiensis significamus vniuersis, quibus expedit, praesentium per tenorem, quod Magister Mykou filius Comitis Martalcus pro se et Comite Chepano fratre suo ad

nostram personaliter accedens praesentiam exhibuit nobis priuilegium Domini Andreae Illustris Regis Hungariae super collatione terrae Visk vocatae, in Comitatu de Vgocha existentis, simul cum tributo ipsius terrae confectum, petens a nobis, vt tenorem ipsius priuilegii nostris patentibus literis inseri faceremus, dicens, quod cum idem priuilegium propter varia viarum discrimina, et inimicorum suorum insidias secum ferre non auderet, si necesse fieret, ipsius priuilegii transscriptum valeret exhibere, cuius quidem tenor talis est: (sequitur priuilegium Andreae II. de an. 1291. superius sub Numero CCCCIII. recensitum) — Nos igitur iustis eiusdem petitionibus condescendentes, intuentes etiam ipsum priuilegium non cancellatum, non abrasum, nec in aliqua sui parte vitiatum, tenorem eiusdem de verbo ad verbum praesentibus inseri facimus modo superius annotato. Datum in die - - - - - anno Domini MCCXCII.

Horváth István. Verbötzi István Emlékezete II. Kötet. p. 47.

CCCCXVI.

A. Ch. 1292. *Capituli Strigonien. testimoniales super protestatione per Michaëlem, filium Vbul, contra interemtores Ladislai R. H. interposita.*

Nos Capitulum Ecclesiae Strigoniensis damus pro memoria: quod nobilis Vir, Comes Mykhaël filius Vbul, de genere Semyen, ad presenciam nostram accedens, sua nobis protestatione et querimonia publice demonstrauit, vt eo tempore, quo ipsum Michaëlem Comitem, et filios suos viri potentes, eorum scilicet inimici, de suis possessionibus non secundum iudicium; sed per potenciam

et violenciam expulissent, alios ex filiis suis in Poloniam, et alios in Rutheniam effugantes, ipsum Comitem Mychaëlem et Myckh iuniorem filium suum, vsque in Strigonium elongando, pro eo, quod idem Comes Michael, et filii sui maiores Domino Ladislao tercio, bone memorie, quondam illustri regi Huugarie, tunc regnanti, familiariter adherebant, et eidem ad adhuc viuenti fideliter seruiebant, qui idem dominus rex Ladislaus, inter viuos existens, predictis aduersariis suis infestus fuerat manifeste, et eos eciam tunc temporis persequebatur, cum proh dolor, a suis infidelibus extitit interfectus; eiusdem domini regis Ladislai post obitum, terram, villam, seu possessionem Keer nuncupatam, cum alia villa Panyala appellata, in Comitatu de Zathmar, iuxta Zomus fluuium existentes, cum loco diruti castri eorum, et cum duobus molendinis in eodem fluuio Zomus constitutis, quae omnia in porcionem Ladislai, et eiusdem Mykch, puerorum innocentium, iuniorum filiorum suorum pro habita diuisione cum fratribus suis cesserant possidenda. Stephanum, filium suum primo matrimonio procreatum, Magister Iacobus, filius Thome, qui Copoz alio nomine nuncupatur, vnus ex sociis ipsius Stephani, ratione affinitatis, quam contraxit cum eo, ducendo ad presenciam Capituli Waradiensis, cum idem Stephanus esset in manibus eius constitutus, per modum empcionis, que tamen nulla est, sibi in litteris eiusdem Capituli scribi fecisset, inuento eo colore, ne easdem villas eorum alii aduersarii cum suis pertinenciis occuparent: quod etiam Copoz ad cautelam asserit se fecisse, prout hoc idem Comes Mychael nobis exposuit oraculo viue vocis, cum

id ipse Stephanus, vt rem alienam, idest iuniorum fratrum suorum predictorum iura, seu villas nequaquam vendere et distrahere potuisset absque sciencia, noticia, ac presencia maxime ipsius Comitis Mychaëlis, et aliorum filiorum suorum, eo quod ville Semyen et Schentmyhal scilicet nuncupate, facta diuisione cum iunioribus fratribus suis prefatis, tam in seruis, quam eciam in mancipiis et ancillis Paulo et eidem Stephano, maioribus filiis suis deuolute sunt similiter in porcionem scilicet eorumdem; vnde ne in omnibus et singulis premissorum sibi et filiis suis possit aliquod preiudicium generari, et eorum iusticia depereat, et sub silencio obscuretur, sed magis racio et via pateat procedendi, cum tempus fuerit oportunum: idem Comes Mychaël nostras petiit litteras sibi dari; cui nos in testimonium sue protestacionis huiusmodi presentes duximus concedendas. Datum anno Domini MCCLXCII.

Ex originali Cymelii Episcopatus Quinque-Ecclesien. Litterae hae erant quidem Cod. Dipl. Tom. V. Volum. I. p. 218. editae; ast e copia multis mendis referta.

CCCCXVII.

A. Ch. 1292. *Laurentius Praepositus de Possega particulam terrae Zah, filio Farkas, huiusque fratri confert.*

Magister Laurentius Praepositus Ecclesiae S. Petri de Possega, Nobili viro Zah, filio Farkas, et Magistro Petro Canonico de eadem Possega fratri suo quandam particulam terrae Ecclesiae suae in vicinitate terrae eorum a Tristano filio Guthard comparatae situatam pro Curia eorum, quamdiu fideles Ecclesiae suae praedictae fuerint, cum metarum designatione confert.

E collectaneis Czeckianis.

CCCCXVIII.

A. Ch. 1292. *Prouincia Cibiniensis Fratribus Cruciferis S. Spiritus quamdam domum, ad se pertinentem, in hospitale confert.*

Vniuersis praesentia inspecturis Iudices, Iurati, ac tota communitas villae Cibiniensis salutem in Saluatore. Quum ea, quae aguntur in tempore, a memoria ne decidant, scripturarum solent indiciis roborari: ad Vniuersorum igitur praesentium postorumque notitiam harum litterarum volumus serie peruenire: quod nos quamdam domum cum suis attinentiis in Cibinio iacentem, et ad nos pertinentem, iam dudum a nobis pro hospitali habitam, et per nos manu seculari correctam, viris religiosis, vt pote Deo dilectis, fratribus cruciferis de ordine S. Spiritus concessimus, contulimus et donauimus eo iure, quo donum seu collatio dictae domus ad nos dinoscebatur hactenus pertinere; ita videlicet, quod dicti fratres vel ipsis subditi in dicta domo hospitalis diuinum exerceant officium, et missarum celebrent solemnia, et ipsi pauperibus, debilibus, aduenis, et claudis de Eleemosynis sibi a Christi fidelibus largitis, seu largiendis, pro posse suo subueniant, ipsos in suis necessitatibus colligendo. Et vt haec nostra donatio, concessio, et collatio robur obtineat firmitatis, praesentes eisdem contulimus litteras sigillo Cibiniensis prouinciae sigillatas, Datum et actum Cybinio. Anno Domini millesimo Ducentisimo nonagesimo secundo, in die Beati Iohannis Baptistae. "

Est hoc vetustissimum tabularii Cibiniensis documentum, exaratum in membrana longa magis, quam lata, litteris maiusculis, elegantibus, lineis laxis, appenso sigillo. Eruit Ios. Car. Eder. Exerc. Dipl. p 118—9.

CCCCXIX.

A. Ch. 1293. *Fassionales super vendita per quemdam Bank sessione sua in oppido Veszprem possessa.*

Frater Raynoldus diuina miseratione Abbas Monasterii Sancti Aniani de Tychonio et Conuentus loci eiusdem, omnibus Christi fidelibus praesens scriptum intuentibus salutem in Domino sempiternam. Qnemadmodum vt ait sapiens: tempus more fluuii cursu voluitur instabili, ideo caute discretum est, vt ea, quae rationabiliter geruntur, litterarum testimonio memorie commendentur. Proinde ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod Banch frater discreti viri Magistri Augustini Canonici Ecclesiae Weszpremiensis ab vna parte, Magister Martinus praebendarius praedictae Ecclesiae Weszprem. et Ioannes frater suus ab altera, in nostri personaliter praesentia constituti, idem Banch quandam Sessionem suam Weszpremy sub monte Ecclesiae Beati Nicolai Confessoris existentem cui a parte orientis rivulus in fine Sessionis de fonte Komakuta exiens decurrit, a parte vero aquilonis et occidentis Sessionis Nicolay filiy Mathiae et Gregory fily Damunka, ac Buhtus Iobbagionum honorabilis Capituli eiusdem Ecclesiae Weszprem, vicinantur, a meridionali autem parte via publica, quae de Ciuitate Weszprem. vadit in Billigam, pro 15. pensis latorum denariorum Viennen. plene habitis et receptis coram nobis ab eisdem Magistro Martino et Ioanne confessus est vendidisse, perpetuo et irreuocabiliter praedictis Magistro Martino, et Ioanni fratri suo possidendam tenendam et habendam in filios filiorum dicti Ioannis et Haeredum per Haeredes. Assumendo et obligando se

idem Banch, et eiusdem Haeredes Haeredumque suorum successores processu temporum ratione dictae Sessionis praelibatos Magistrum Martinum et Ioannem fratrem suum et eiusdem Haeredes ab omnibus inquietare et molestare volentibus expedire propriis eorum laboribus et expensis. In cuius rei memoriam atque vberiorem cautelam praesentes concessimus Literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octauis Sancti Michaëlis Archangeli. Sexto nonas Octobris. Anno Domini Millesimo Ducentesimo nonagesimo tertio. L. S. P.

Litterae hae membranae inscriptae habentur in Capitulo Ecclesiae Weszprimiensis.

CCCCXX.

A. Ch. 1293. *Congenerationalium de Ják super captiuatione ac laesione Baxa, vnius ipsorum, concordiae.*

Anno MCCXCIII. Renoldus et Ják Comites, filii Ebed et Comes Ják, sicut pro se, ita pro Stephano et Mike, aliisque filiis suis, item pro Kemen; item Gregorius, filius Sandur pro se ac Ioanne, filio Martini, ac alio Iohanne filio Christiani, ac pro Michaële, filio Tonesz; nec non Stephanus, filius Laurentii, et Laurentius, filius Alexandri, filii Sebe, Czobolch de Sitke; item Bebe et Paulus, filius Pauli, Nicolaus, filius Zach, Abrahamus, filius Baxa, super captiuatione et vulneratione manus Baxa talem ineunt concordiam coram Capitulo Iaurinensi: quod Renoldus et Ják pars eorum quaestionem hanc Stephano et Laurentio, ac societati eorum relinquant et remittant; e conuerso vero Ssephanus et Laurentius ac tota societas eorum possessiones Nicolai, filii Sebe, quae ad filios Ebed et societatem eorum venerant, ci-

dem habere relinquerunt sub conditione vtrinque stipulata; si filii Ebed et pars eorum de cetero de iniuriis Baxa quaestionem mouerit, vniuersas possessiones suas sine strepitu iuris amittet, et quicunque ex ipsis, siue senioribus, siue iunioribus iniuriam fecerint proximo suo de generatione sua, neque ad sanguinis effusionem abiicietur, et euelletur de medio, et vlterius generatio non vocabitur.

Originales in archiuo familiae Niczkianae.

CCCCXXI.

A. Ch. 1294. *Conuentus de Zala super terra Bogola vendita testimoniales elargitur.*

Nos Conuentus Monasterii Beati Adriani de Zala significamus omnibus, quibus expedit memoriae commendantes. Quod constituti personaliter coram nobis Nicolaus, Fabianus, Sebastianus, et Stephanus filii Leustachii filii Kurtuyld de Bogola, ab vna parte, Mikou Banus, Magister Ivanka, et Comes Petrus filius Kemyn de Koad ab altera, iidem Nicolaus, Fabianus, Sebastianus, et Stephanus Possessionem eorum haereditariam Bogola vocatam in Comitatu Zaladiensi existentem, in qua Ecclesia in Honorem Sanctorum Cosmae et Damiani Martyrum de lapidibus est constructa, cum omnibus vtilitatibus suis, et pertinentiis vniuersis sub eisdem metis, quibus Pater ipsorum dictus Leustachius et Kurtuyld praefatus avus eorum possederunt ab antiquo, iuxta aestimationem Comitum Band, Illu, Deproldi filii Princh, Petri de Scepetnuk et aliorum nobilium comprouincialium suorum, ex permissione et beneplacito filiorum Egidii, filii Egidii, Ambrosii, filii Kustan, item filiorum Egidii filii Folkus, et aliorum

commetaneorum suorum, qui astantes personaliter liberum consensum, et assensum eisdem praebuerunt, coram nobis vendiderunt Mykou Bano, Magistro Janka et Comiti Petro praescriptis iure perpetuo in filios filiorum pacifice et irreuocabiliter possidendam pro quinquaginta marcis partim in denariis, partim in aestimatione condigna, praesentibus Comite Georgio filio Kerenyk, Comite Jan filio — Plebano de Zobor, Comite Isyph magno, et aliis quam pluribus nobilibus huius Prouinciae, plenarie receptis ab eisdem coram nobis. Cuius quidem prima meta incipit in arbore piri a parte Aquilonis prope O c h haereditariam ipsorum, deinde per longitudinem vnius Iugeri tendit ad partem orientalem ad aliam arborem, deinde per magnam viam ad partem meridionalem tendendo venit ad angulum circa quoddam pratum, deinde vadit ad occidentem ad puteum B a g a l a vocitatum, vbi est arbor Ilicis, deinde circa quemdam rivulum in valle ad partem Meridionalem per longum spatium veniendo exit ad magnam viam, quae Zaland via vulgo vocatur, et sic directe per ipsam viam ad occidentem, vbi peruenit ad arborem Ilicis pro meta posita, quae receparat a filiis Egidii, tendit et ad aquilonem, peruenitque ad puteum vnum fluentem, qui separat similiter a predictis filiis Egidii, deinde exit ad quamdam viam ad aquilonem et sic per ipsam viam tendendo peruenit ad arbores Pomi gemini, et sic directe ad aquilonem per ipsam viam tendendo venit ad quemdam virgultum, vbi sunt duae arbores Ilicis, sub qua sunt duae metae terra circumfusae, et sic directe in ipso virgulto ad aquilonem peruenit ad duas arbores Ilicum, sub qua sunt duae metae

terra circumfusae, dein salit ad quamdam vallem ad orientem peruenit ad duas metas, quarum vna est Dumus tiliae, alia terrea, dein ad montem Ochus ascendendo et descendendo peruenit ad primam metam ad arborem piri, ibique terminatur. Dicimus etiam: quod Nicolaus et fratres sui iam nominati obligauerunt se daturos litteras Priuilegiales Capituli Veszprimiensis, super confirmatione venditionis dictae terrae, seu Possessionis ipsorum Mykou Bano, Magistro Janka et Comiti Petro antedictis praesentibus et promittentibus Comite Ioanne de Beguen, Ladislao filio Zenche et Marko filio Marcolph, commetaneis suis, personaliter adstantibus et consentientibus Myko Bano, et aliis supra scriptis. Et vt ne processu temporum praesens venditio, et Emptio per quempiam aliqualiter in irritum possit reuocari, ad Instantiam et petitionem Partium praesentes concessimus Literas sigillo nostro roboratas. Datum et Actum Anno Dominicae Incarnationis millesimo ducentessimo nonagesimo quinto.

E Collectione Hajnotziana.

CCCCXXII.

A. Ch. 1294. *Litterae Capituli Albensis in Transiluania Ioannem de Ews terram suam Pethelaka Ecclesiae S. Stephani de Alba vendidisse, attestantes.*

Capitulum Ecclesiae (Albensis) - - saluatore - - - declaramus, quod Ioannes filius Ivanka Comitis de Evvös pro se, et pro Gregorio fratre suo praesentialiter coram nobis comparendo, Domina matre eorum personaliter adstante, ac consensum exhibente, quamdam terram ipsorum Haereditariam, ut eodem referente percepimus, Pe-

thelaka vocatam in Comittatu de Kulus existentem, cum omnibus vtilitatibus suis, et pertinentiis sub eiusdem antiquis metis, signis seu terminis, quibus eam habuerunt, et possederunt tam ex parte sua quam ex parte dicti fratris sui, ob remedium animae, bonae memoriae, Dominae Elisabeth sororis eorumdem Monialis Ecclesiae Sancti Stephani de Alba dedit, donavit, et irreuocabiliter contulit memoratae Ecclesiae Sancti Stephani, et per ipsam monialibus in eadem pro tempore existentibus, Iure perpetuo possidendam, et habendam, in cuius rei Testimonium perpetuamque firmitatem ad petitionem, et Instantiam praedicti Ioannis praesentes concessimus litteras munimine nostri sigilli roboratas. Datum Magistro Michaele praeposito, Gregorio Cantore, Paulo Custode, Petro Archi-Diacono de Chy, Decano Ecclesiae nostrae existentibus Anno Domini MCCXCIV.

E Miscellaneis Diplom. Caroli Koppi.

CCCCXXIII.

A. Ch. 1294. Fassionales pro parte Nicolai Stoyan coram Capitulo Scepus. emanatae.

Nos Capitulum Ecclesiae Sancti Martini in Scepus memoriae commendantes significamus uniuersis, quibus expedit, praesentium per tenorem. Quod Comes Stephanus filius Comitis Ruberti una cum filio Tiburtio suo, nec non cum generis suis videlicet Hermanno et Ladislao et cum Comite Hilbrando in nostram praesentiam parte ab una comparentes, Nicolao Edes incolarum Stoyanensium parte ex altera est constitutus, Michael Comes, Stephanus, filius Comitis Ruberti cum filio suo Tiburtio antedicto, et cum generis suis

Hermanno, et Ladislao antedictis, in nostra praesentia sunt confessi, quod totam haereditatem ipsorum Gnaynek vocatam sub lapide Comiti Nicolao Stoyano pro sexaginta marcis argenti vendidissent cum omni libertate ac vtilitate, et metis sicut in P r i u i l e g i o R e g i s B e l a e III. — s i b i, a c s u i s h a e r e d i b u s h a e r e d u m q u e s u o r u m s u c c e s s o r i b u s p e r p e t u e e t q u i e t e p o s s i d e n d a m; contra Comes Hilbrandus coram nobis viva voce affirmavit, quod quarta Parte eiusdem haereditatis quemdam contractum a Ladislao saepe dicto pro quodam nemore Lomnicza nuncupato, quae eidem Ladislao ex parte suae vxoris cedebat, Comiti Ladislao Stoyano pro viginti marcis argenti vendidisset, cum Litteris Capituli, quas Comes Stephanus, Andreas eidem Ladislao ac suae vxori super eadem haereditate erogavit, cum omni libertate, ac vtilitate sicut Priuilegium Regis Belae Tertii exponit, sibi, ac suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus perpetue possidendam. Quod pluris est, vxor ipsius in nostra adstitit praesentia, ac Emtorem Nicolaum Stoyanum, et Comitem Hilbrandum viva voce confessum vna cum Patre ipsius Stephano, ac filiis ipsius, Stephano nominato, generi eiusdem Stephani, ipsos vicinos eiusdem haereditatis videlicet Comes Nicolaus, filius Mathiae, et duo sui filii Hermannus et Mika, et filii Patris sui Matheus Milbanka et Urbanus (filius Bodae Iunioris) et filii Urbani Stephanus, Michael et et Nicolaus, filius Tiban et Edes, et Ladislaus oraculo vocis coram nobis retulerunt, quod emptores supra dicti receperint, et Nicolaum Stoyanum in vicinum elegerint, et amicum, eamdem haere-

ditatem sibi, ac suis haeredibus haeredumque suorum successoribus perpetue possidendam. Item Comes Nicolaus Stoyanus petivit litteras originales Abae super eamdem haereditatem editas et erogatas a Comite Stephano antedicto, et idem Stephanus in nostra praesentia fatebatur easdem litteras se certe per violentiam perdidisse. In cuius rei testimonium praesentes litteras nostri sigilli munimine duximus roborandas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

E Chartulario Milleriano.

CCCCXXIV.

A. Ch. 1294. *Episcopus Scepusiensis in possessione Kis-Lonya Capellam aedificandi facultatem largitur.*

Nos miseratione diuina Episcopus Scepusiensis omnibus nostris fidelibus, quibus praesentes ostenduntur, salutem in omnium salvatore. Ad vniuersorum notitiam tam praesentium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod Ioannes Plebanus de Görgei Canonicus Ecclesiae nostrae, Gula, Arnoldus, filius Comitis Ioannis, et Scultetus de Podolin, gener ipsorum, ad nostram accedentes praesentiam, a nobis deuotissime postulauerint, quod in quadam villa ipsorum parua Lomnitza vocata, iuxta fluuium Popradum existente, libertatem Capellam aedificandi concedere dignaremur: nos itaque iustis petitionibus salutaribus et vtilibus eorum, eisdem libertatem Capellam aedificandi concessimus, decimas ipsius villae supradictae Capellae in perpetuum annnentes, vt v. l. plebanus eiusdem Capellae nobis et successoribus nostris munia debita et sancta exercere teneatur, prout alii plebani in Scepus constituti exercere

consveuerunt. Datum apud Sanctum Nicolaum in Octava b. Michaëlis Anno Domini MCCXCIV. (L. S.)

E Collectione Czekiana.

CCCCXXV.

A. Ch. 1294. *Thasso de Wissinburg, Capitaneus Cracouiae, C. Stephano Vngaro, seruitiorum merito vtramque villam Wirvitzy in Sandomiria confert.*

Nouerint vniuersi tam praesentes, quam posteri: Quod nos Thasso de Vissinburg, Capitaneus Cracouiae et Sandomiriae, intuentes gratitudinem seruitiorum, quam Comes Stephanus Ungarus Domino nostro Serenissimo regi Bohemiae, Duci Cracouiae, et Sandomiriae, Marchionique Morauiae, fideliter in terra Cracouiae exhibet, exhibuit, et in futurum dante Domino exhibebit, nomine eiusdem Domini nostri Regis damus eidem et conferimus vtrasque villas Wirvitzy nuncupatas in terra Sandomiriae vltra aquas Visle sitas cum omnibus vtilitatibus, agris, campis. syluis, rubetis, pratis, pascuis, aquis, piscationibus, venationibus, molendinis, tabernis, et mellificiis, ac aliis vniuersis prouentibus, qui ibidem procurari poterunt, cum suis haeredibus pacifice et libere iure haereditario possidendam et tenendam; ita, quod praedictarum villarum incolae ab omnibus solutionibus Polonici iuris liberi sint et exempti; insuper praefatus Stephanus et sui Kinechiones, ad nullius Palatini, Castellani, seu alterius, Iudicis praesentiam, siue iudicium citari debent; nisi tantum modo ad praesentiam Domini regis, siue Capitanei, qui in praefatis terris per eumdem Dominum Regem fuerit ordinatus, citabuntur per

litteram sigillo sigillatam. In cuius donationis euidentiam pleniorem, praesentes nostri sigilli appensione consignamus. Actum Cracouiae praesentibus his testibus: Ioanne Milite, Sbrzlao Burggravio Cracouiensi, Theodorico Capellano nostro, Cunrado et Budkero Notariis nostris. Anno Domini M. CC. nonagesimo quarto, die Dominico in Octaua Beati Iacobi Apostoli."

Ex originali exscripsit Cornides Tom. II. p. 102—3

CCCCXXVI.

A. Ch. 1295. *Andreas III. R. H. congenerationalibus de Pech terram Budey confert.*

Andreas Rex Hungariae terram Iobbagionum Castri regii Musuniensis Budey vocatam in Comitatu Iauriensi existentem, pro decem aratris sufficientem, simul cum virgulto, sicut visu considerare potuerunt, Petro Ladislao et Ioanni filiis Iuanca de Peeth, nec non filiis Aladarii fratris eorumdem in expugnatione Castri Adrian interemti, confert et donat Terra illa propter infidelitatem Iobbagionum Castri Musuniensis, Iohannis et Nikkel, filiorum Pauli, item filiorum Chompo etc. ad Regem deuoluta fuit; eo namque tempore cum Rex per Magistrum Iohannem, filium Henrici Bani detentus fuisset, illi erant custodes regis, per Magistrum Iohannem deputati, contra Maiestatem regiam procedentes, et Regem omnimode insultantes. Anno Domini MCCXCV.

E collect. Diplomatica Czekiana.

CCCCXXVII.

A. Ch. 1295. *Theodorus Iaurinen. Episcopus monasterio S. Petri de Horpach Praepositum praeficit.*

Nos Theodorus miseratione diuina Episcopus Iauriensis aulae Domini Regis Vice-Cancellarius

significamus, quibus expedit, tenore praesentium vniuersis, quod nos religiosum et Deo amabilem virum fratrem Nicolaum de ordine S. Augustini superpelliciatorum, virum vtique idoneum et expertum, de cuius persona, vita, honestate et conuersatione nobis multa bona fuerunt recitata, praesentatum nobis per patronos Monasterii S. Petri de Hurbach praemissa diligenti et matura examinatione in praedictum monasterium S. Petri de Hurbach in praepositum praefecimus et pastorem etc. Datum Iaurini, feria V. proxima post festum, beati Lucae Euangelistae. Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quinto.

Raymundi Duelli excerpta Genealogico-Historica Lipsiae 1725. libro I. P. I. p. 12. N. XX. Fuit vero Hurbach Canonia quondam Regularis prope Märtz Hungariae oppidum haud longe a Sopronio distans.

CCCCXXVIII.

A. Ch. 1295. *Capitulum Strigonien. de possessionibus Kendi et Kisköröskény, per litteras et instrumenta nequiter procurata occupatis, ast e scrupulo conscientiae Ecclesiae Nitriensi restitutis, testatur*

Vniuersis praesentes litteras inspecturis Capitulum Strigoniense salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire: quod Petrus filius Zoboczlai, de Emejke, Nobilis de Comitatu Nitriensi, ab vna, item Venerabilis in Christo Pater Dominus Pascasius, Episcopus Nitriensis, parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, idem Petrus est confessus tali modo, quod licet quasdam possessiones Eccles. Nitrien., Kendi iuxta fluuium Radosnya, et Kisköreceskény iuxta fluuium Nitra vocatas in eodem Comitatu

existentes, in suae salutis dispendium, vsque in hanc horam detinuisset, per litteras et instrumenta nequitiose procurata; tamen quia pluries confessus absolui non potuit, ductus poenitentia, dictas possessiones Kendy et Kis Kürüsken vocatas eidem Domino Episcopo, et Ecclesiae suae reddidit nt restituit pleno iure, Qui Dominus Pascasius Episcopus absoluit ipsum coram nobis ab excommunicatione, quam incurrerat, promittens idem Dominus Episcopus, quod nunquam damna et iniurias in oc upatione dictarum possessionum sibi illata requireret super ipsum, ipse vero Petrus omnes litteras et instrumenta, quae ad occupationem dictarum possessionum iniuste procurauerat, reddidit coram quouis Iudice viribus carituras, si per per quempiam suorum haeredum contra ipsum dictum Episcopum et suam Ecclesiam forent reseruate; et insuper, quod tam ipse, quam sui haeredes poenam calumniae incurrerent ipso facto. In cuius restitutionis testimonium praesens nostrum priuilegium ad petitionem partium duximus concedendum. Datum in octauis Purificationis B. V. Mariae Anno Domini MCCXCV. "

Originales in archiuo Episcopatus Nitriensis.

CCCCXXIX.

A. Ch. 1595. *Idem Capitulum concordiam ratione terrae Kőkeszi, Comitatus Honth inter Comitem Bugud et filios Czakan confectam perhibet.*

Nos Capitulum Ecclesiae Strigoniensis, damus pro memoria: quod exhibuit nobis Comes Bugud: filius Eustachii de Mórocz, de Comitatu Honthensi ab vna parte, et Gregorius Heberk, ac Stepha-

nus, filii Louth, nec non Adam, filius Czakan, de eodem Comitatu, de villa Kezeo ab altera, ad nostram praesentiam accedendo, dixerunt: vt in causa, quam idem Comes Bugud contra eosdem filios Louth et Chakan coram illustri Principe, Domino Andrea tertio, inclyto rege Hungariae, Domino nostro scilicet, nunc regnante monarcha, tam super facto possessionum, quam etiam destructionum et homicidiorum hactenus ventilata, et inter easdem partes fuerat diutius altercatum, mediante arbitrio Magistri — filii Keliani, Comitis Pazmani, et Nicolai, fratris sui de Chalomia, de amicabili pace et concordia extitisset taliter ordinatum: Vt quidquid terrarum est in territorio villae Kezeo, ipsum Comitem Bugud iure haereditario concernente, pariter cum vna particula terrae in eodem territorio existentis, ad vnius aratri scilicet quantitatem, ratione cuius huiusmodi litis materia inter easdem partes fuerat suscitata, a parte occidentis, prout senium? quidem vocatum Kezeo-pataka separat et distinguit a parte villae Csal veniens et descendens vsque terminos terrae seu villae Terbegecz nuncupatae, cessit eidem Comiti Bugud et suis posteris in perpetuum et plenarie, vna cum suis vtilitalibus possidendum: e conuerso quidquid terrarum extitit a parte orientis in territorio alterius villae Kezeo, deuoluta est eisdem filiis Csakan, ac eorum posteritatibus pariter cum pertinentiis vniuersis tenenda iure perpetuo et habenda. Et sic omnis dissensio inter easdem partes vsque modo exorta, ex hac compositione sedata est penitus et sopita, litibus huiusmodi causarum cassatis, et pro irritis pronunciatis; praesentes autem quandocunque fuerint reportatae, nostro eas fa-

faciemus priuilegio confirmari. Datum Anno Domini MCCXCV. quarta die Beatae Virginis Catharinae. "

Cornides MSS. Tom. VII. p. 398. Terra ad vnius aratri quantitatem aestimata actu nominatur Urföldgye, estque 40 metretarum capax; ex quo mensura vnius aratri regalis definitur.

CCCCXXX.

A. Ch. 1295. *Conradus de genere Ieur Ecclesiam B. Ladislai regis prope Gyula a se constructam dotat.*

Nicolaus Praepositus et Capitulum - - - - - edunt litteras priuilegialiter conditas tenoris sequentis: Quod nobilis vir Magister Conradus filius Stephani de genere Geur in praesentia eorumdem Praepositi et Capituli personaliter constitutus, transitoria aeternis, et terrena coelestibus cupiens permutare, de possessione sua, de terris suis in Comit. de Barania existentibus, quamdam particulam seu quandam portionem terrae T. inter ipsas villas suas T. T. T. vocatas, in ambitu vero seu circuitu Ecclesiae Beatissimi Ladislai Regis, quam ipse fundasset, et construxisset ex lapidibus - - - - - sitam et situatam ac adiacentem, cum sessionibus, terris arabilibus, fenetis, pratis, et syluis vineis, et cum ceteris aliis omnibus vtilitatibus suis, tunc et in futurum aedificatis, et meliorandis, et cum certis pertinentiis suis quibuslibet, ac circumstantys vniuersis, certis metis et terminis vndique circumdatum et vallatum, ob parentum et progenitorum suorum, ac suorum populorum, posteritatumque suorum remissionem peccaminum dedisset, contulisset et tradidisset praedictae Ecclesiae suae in honorem S. Ladislai Regis, per ipsum constructae et fratribus Heremitis in eadem Eccle-

sia Omnipotenti Deo iugiter famulantibus irretractabiliter et irreuocabiliter iure perpetuo possiden. tenen. pariter et haben. - - - Metae autem eiusdem terrae litteris in eisdem seriatim essent conscriptae. Datum anno MCCXCV. "

Litterae hae insertae habentur litteris adiudicatoriis Nicolai de Gara d. a. 1402. in merito controuersiae inter Episcopatum Quinque-Ecclesiensem et Monasterium S. Ladislai de prope Gyula vigentis - editis apud Koller Hist. Episcopat. Quinque-Eccles. Tom. III. p. 232.

CCCCXXXI.

A. Ch. 1295. *Tributum fori Strigoniensis.*

Item sicut in antiquis iustrumentis, priuilegiis, munimentis, et scriptis libris, et notionibus eiusdem Strigoniensis Capituli vidimus seriatim, quibus omnis fides, et certa credentia debet merito adhiberi, mercimoniorum et rerum venalium, seu Bonorum Forensium, de quibus predictis, Preposito et Capitulo Strigoniensis Ecclesiae; et Religiosis Dominabus Abbatisse, et sanctimonialibus beate Virginis de Insula Strigoniensi Tributa solito modo debentur ad soluendum, eadem tributa, he estimationes et taxationes huiusmodi, siue tales, de quibus prima datur decima Preposito S. Thome de Promontorio Strigoniensi. Mercatores autem de Russia venientes vnius Equi siue in Pesth, siue Strigonii siue alibi descendant, et similiter hi, qui pelles deferunt caras, soluunt dimidiam marcam.

Item, si de Bulgam, que dicitur Marchia, ciues Sirigonium portent vinum, siue in carinis siue in curribus, de qualibet tunella soluunt duo pondera. Item si homines de Marchia vina deferunt in Strigonium, de viginti tunellis soluunt vnam

marcam. Item si vina venalia de quocunque locorum Strigonium deferantur, siue de Simigio, siue de Zala, siue de Sukeroff, siue etiam de Pesth, siue in carina siue in curru, de qualibet tunella vnum pondus tenentur. Item de qualibet carina de vino Bulgam tributariis datur vltra tributum supra dictum vnus cubulus de vino. Item si vina de Marchia, vel de aliis locis delata Strigonium aliqui extranei, siue in aurifodinam vel etiam in Bohemiam quocunque extra regnum, de qualibet tunella debet emptor vnum pondus, antequam transeat Danubium.

Item si panni veniunt, de quadraginta petiis pannorum coloratorum vna marca debetur, sed pro qualibet petia scarlata soluunt mercatores quatuor pondera. Item de quadraginta petiis de Syndone vnam marcam. Item si mercatores Veneti veniant, contesimam partem omnium mercimoniorum suorum soluunt.

Item de pannis frustaneis marcam valentibus datur dimidium pondus, vel si fuerint maioris pretii soluitur iuxta eorum valorem. Item de pellibus squirconorum duorum millium sex pondera soluuntur. Item de mille leporibus pellibus quinque pondera soluuntur.

Item singule mansiones fabrorum, sutorum, et aliorum operariorum, qui suas fenestras habent, in quolibet Sabatho dimidium Frisiacum debent. Item pistores de vico, seu alibi, quolibet Sabatho vnum panem dant. Item tabernarii vini et cerevisie cuiuscunque nationis sint, et vbicunque in Ciuitate Strigoniensi vendant talia, quolibet mense tria pondera dant.

Item de quolibet bove pascuali vivo, qui non maceratur, emptor debet vnum Frisiacum, similiter de porcis, item de quinque ovibus emptor debet vnum frisaticum. Item a Pascha vsque ad festum S. Ioannis Bapt. de decem agnis vnum frisiacum, deinceps soluitur sicut de ovibus.

Item de duobus pannis griseis unum pondus, similiter de theutonica tela, item de minutiis, utpote caseis et fructibus centesima pars datur. Item de singulis carinis oneratis, que de aliis terris descendunt iustum et solitum tributum datur, vt supra dictum est, secundum qualitatem rerum delatarum.

Item de quolibet curru frumenti, siliginis, hordei, avene et brasii, vel etiam piscium paruulorum, qui quotidie deferri consueuerunt ad forum, vnum pondus datur, exceptis seruis regiis, qui dimidium tributum soluunt. Item de singulis husonibus recentibus salsis vnum pondus. Item de duobus sturionibus sicut de uno husone. Item de quolibet viuario paruorum piscium, vel maiorum, qui in viuariis, que vulgariter Barka vocantur, soliti sunt portari ad forum, duo meliores pisces viuarii persoluantur. Item de curru Mása vocato salsorum piscium minorum vel maiorum Luciorum et Posárdorum unciam dant. Item de Mása vel centenario cupri duos frisaticos. Item de Mása vel centenario plumbi unum frisaticum; de omnibus autem minutis fori, sicut de lino, de canape, ollis, scutellis, cifis et aliis dabitur secundum consuetudinem approbatam.

Item Macellarii singulis diebus carnium dant dimidium frisaticum, exceptis qui carnes bouinas vendunt, qui dimidiam cutem, quos occidunt soluunt.

Item si aliquis centum cutes emptas sive in curru, siue in nauigio de Strigonio transferat, dat vnicam, tantundem datur de pellibus caprinis. Item de una Mása Cere, que continet ducentas viginti marcas in pondere, viginti frisatici dantur, siue quatuor pondera. Item de centum Zuanis salium, de quocunque locorum, quomodocunque Strigònium deferantur, vnum sal datur. Item si Carine de partıbus inferioribus ascendant continentes cutes boum, de centum cutibus boum, soluitur vnica. Item de singulis nauibus victualium, de Smaragdo datur vnus Frisiacus.

Item mercatores, qui in loco fori sunt cum suis tentoriis, singuli soluunt in omni Sabbatho vnum frisiacum. Item de singulis curribus transeuntibus cum suis mercimoniis ad confinium, soluitur iustum tributum, similiter de magnis bobus, si pellantur extra forum, vel in curru ad confinium, de quolibet bove emptor dat duos frisaticos. Item de curribus cum mercimonio transeuntibus de Musunio in Pesth vel de Pesth in Musunium, qui non intrant Ciuitatem Strigoniensem, in villa Tath integrum soluitur tributum. Item venditores vestium antiquarum, pileorum, chirotecarum et cerdones quolibet Sabatho dant vnum Frisiacum.

Item venditores seruorum et ancillarum, dant quadraginta denarios vsuales, de singulis oneribus cumulorum, que Bittel vocantur, et de senice soluitur vnus Frisiacus.

Engels Geschichte des Ungarischen Reichs 1ter Thl. in Appendice.

CCCCXXXII.

A. Ch. 1295. *Fragmentum litterarum Conuentus de Zala.*

Conuentus de Zala téstatur, quod Nicolaus, Fabianus, Sebastianus et Stephanus, filii Leustachii filii Kurhult de Bogala, ab vna; item Miko Banus, Magister Ivanka, et Comes Petrus, filius Kemen de Koard parte ab altera comparendo, — iidem filii Leustachii possessionem eorum haereditariam Bogola vocatam, suisque metis distinctam, in Comitatu de Zala sitam, in qua Ecclesia b. Cosmae et Damiani de lapidibus est exstructa, — iuxta aestimationem Comitum Band, filii Reinoldii, filii Princz, Petri de Szepetnek et aliorum Conprouincialium, ex permissione filiorum Aegydii, filii alterius Aegydii, filii Kustyan, et filiorum Aegydii filii Folkus, aliorumque Cometaneorum pro 50. marcis perennaliter vendiderint, praedictis Miko Bano, Magistro Ivanka et Petro Comiti. Datum Anno MCCXCV.

E Coll. Czekiana.

CCCCXXXIII.

A. Ch. 1296. *Idem Andreas Magistro Ioanni, filio Chaak, possessionem Wisk adiudicat.*

Andreas Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus, quam futuris, praesentes Litteras inspecturis, salutem in saluatis Largitore! Ad vniuersorum notitiam, harum serie volumus peruenire. Quod Nicolaus, Laurentius, Zumme, et Michael filii Magistri Iacobi de Chernek diuersos excessus et notoria nocumenta in Regno

nostro commisissent, et propter huiusmodi infidelitatem, et nocumenta eorum manifesta ac destructionem Possessionum nostrarum ad Castrum nostrum Ieneu pertinentium, Possessio eorum Visk vocata, et ad eandem pertinentes ad manus nostras Regias fuissent deuoluntae: et nos easdem Magistro Ioanni filio Chaak dilecto, et fideli nostro ob meritoria fidelium seruitiorum: mediante nostro Priuilegio perpetuo contulissemus. Demum vero Pater, Dominus Lodomerius Archi-Episcopus Strigoniensis eundem Magistrum Ioannem traxit in causam coram nobis, exhibendo contra praedictos filios Magistri Iacobi Litteras nostras, Vice-Iudicum Curiae nostrae, et diuersorum Iudicum quam plures, in quibus comperimus eosdem in quadringentis triginta, et septem marcis contra ipsum Dominum Archi-Episcopum legitime fuisse conuictos. Et licet eadem Posessio Visk, et ad eam pertinentes ratione tot Iudiciorum pro destructionibus et damnis Ecclesiae Strigoniensi per eosdem filios Magistri Iacobi illatis ad ipsam Ecclesiam Strigoniensem de iure deuolui debuissent, ea potissimum ratione, quia iidem filii Magistri Iacobi de dicta Possessione Visk exeundo ipsa nocumenta eidem Ecclesiae Strigoniensi irrogarunt; tamen praedictus Dominus Archi-Episcopus ad instantem petitionem nostram concessit, quod idem Magiter Ioannes praefatam Possessionem Vysk, et ad eandem pertinentes cum ipsis quadringentis triginta et septem marcis coram Conuentu cruciferorum Domus Hospitalis Sancti Regis Stephani de Strigonio redimeret in certis terminis ad hoc assignatis: Quem (sic) quidem Magister Ioannes elapso quodam temporis inter-

vallo, ad nostram accedens praesentiam exhibuit nobis priuilegium dicti Conuentus, in quo vidimus praedictas quadringentas tringinta et septem marcas eidem Domino Archi-Episcopo, et Ecclesiae suae per eundem Magistrum Ioannem ad plenum fuisse persolutas, et dictam Possessionem Visk cum suis pertinentiis per memoratum Dominum Archi-Episcopum, ipsi Magistro Ioanni perpetualiter relictas. Exhibuit etiam aliud Priuilegium eiusdem Domini Archi-Episcopi, in quo continebatur in pecunaria solutione in facto ipsius Possessionis Vysk, et ad ipsam pertinentium, ex parte dicti Magistri Ioannis, iuxta quantitatem Damnorum Ecclesiae Strigoniensis per eosdem filios Iacobi, illatorum Domino Archi-Episcopo, et Ecclesiae eiusdem similiter per omnia exstitisse satisfactum. Ad maiorem nihilominus certitudinem rei gestae praedictus Magister Ioannes exhibuit easdem litteras nostras, Vice-Iudicum Curiae nostrae, ac aliorum Iudicum diuersas per praefatum Dominum Archi-Episcopum contra filios Magistri Iacobi de Iure obtentas, in quibus praedicta Iudicia et damna, ac destructiones Ecclesiae Strigoniensis per filios Magistri Iacobi supradictos illata seriatim inspeximus contineri. Quas quidem Litteras Dominus Archi-Episcopus iam dictus super praedictis quadringentis triginta, et septem marcis Eidem et suae Ecclesiae persolutis statuit Magistro Ioanni memorato. Nos considerantes, quod tum ratione Donationis nostrae tum etiam ratione redemtionis Possessionis Vysk et pertinentium ad ipsam ab eodem Domino Archi-Episcopo factae praedicta Possessio Vysk et pertinentes ad eam ad eundem Magistrum Ioannem de Iure pertinebant,

quia ipsa Donatio minus firma per Redemtionis contractum, cum praedicto Ven. Patre celebratum recepit firmitatem, eandem Possessionem Vysk, et ad ipsam pertinentes, cum omnibus vtilitatibus, suis de Consilio Baronum nostrorum, reliquimus eidem Magistro Ioanni, Filio Cháak, et per eum suis haeredibus Haeredumque suorum successoribus iure perpetuo, et irreuocabiliter possidendas. De caetero ipsis filiis Magistri Iacobi in facto Possessionis Vysk, et ad ipsam pertinentium silentium perpetuum imponentes. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem praesentes concessimus Litteras munimine duplicis sigilli nostri roborando. Datum per manus Venerabilis Patris Domini Theodori Episcopi Iaurinensis Aulae nostrae Vice-Cancellarii Dilecti, fidelis nostri. Anno Domini MCCXCVI. septimo Maii, Regni autem nostri Anno VI.

E Diplomatario Sententias diuersas continente in Museo Nat.

CCCCXXXIV.

A. Ch. 1296. *Idem Andreas merita Abraam Rufi, filii Meynoldi, remuneratur.*

Comes Abraam Rufus, filius Meynolth, Curialis Comes Castri Posoniensis et Magister Tauernicorum Comitis Mathaei Palatini, Comitis Posoniensis et Iudicis Cumanorum diuerso modo expertus fuit fauorem Andreae (III.) Regis Hungariae; accepit enim Donatione mediante ad dies vitae totum Districtum seu Comitatum Ujvár, Comitatui Poson maiori adiacentem cum omnibus suis vtilitatibus pertinentiis etc. ab eodem Rege, qui etiam variis emtionibus et Cambiis per Comitem Abraam celebratis consensum suum praebuit,

Merita ipsius Comitis Abraam per Regem in diuersis originalibus sic recensentur: cum Albertus Dux Austriae militiam suam ad deuastandum Comitatum Posoniensem exmisisset, Comes Abraam cum iisdem Theutonicis militibus fortiter dimicauit, eosque debellauit, in signum triumphi ipsi Regi vexillum Theutonicum transmittendo; deinde Boemos milites per Abertum contra se missos debellauit; Castrum quoddam ligneum contra milites Alberti strenue pugnando seruavit, vbi 53. homines sui per ictum sagittarum lethaliter vulnerati et 11. occisi exstiterunt, — propugnacula et munitiones Theutonum in Monasteriis Salya et Deaki exstructa e manibus eorum eripuit, et Abbati Montis Pannoniae, ad quem Monasteria pertinere dignoscebantur, tradidit; — Castrum Sasvár a Theutonicis Militibus recuperauit, et ad manus regias resignauit; Castrum Regium Detreh per Magistros Iohannem et Nicolaum, filios Henrici Bani, occupatum iussu Domini sui Comitis Mathei Palatini et Comitis Posoniensis ab infidelibus illis redemit; in expugnatione Castri Posoniensis per eosdem infideles detenti quam maximo fuit auxilio, quinque seruientibus suis ibi interemptis existentibus, - ac denique ad arcem Kuzeg sub oculis ipsius Regis quam plurimos infideles debellavit a latere Regis una cum aliis nonnullis fidelibus nobilibus pugnando. Anno MCCXCVI.

E Collectione Diplomatica Czekiana. Documentum hoc, quod e diuersis diplomatibus extractum est, testante contextu suo, a Diplomate in Codicis Tomo VI. Volumine 1. pag. 291. occurrente in multis differt, quapropter illud horsum inserendum censui.

CCCCXXXV.

A. Ch. 1297. Litterae statutoriae Demetrii Comitis de Zolom pro Comite Henchmanno.

Anno MCCXCVI. Litterae statutoriae Demetrii Comitis de Zolom pro Comite Henchmanno, simul et métales cuiusdam terrae supra fluuium Zelinche, in prouincia Liptouiensi existentis; per Conuentum Ecclesiae B. Virginis de Thurucz in octauis Beati Augustini Episcopi ann. MCCXCVI. et quidem in pergamena sub sigillo pendenti expeditae."

Originales in chartario Vrbis Leucsouiensis.

CCCCXXXVI.

A. Ch, 1297. Theodorus Episcopus Iaurien. incolis villae Rév-Falu libertates largitur.

Theodorus Episcopus Iauriensis concedit incolis possessionis Rév-Falu certas libertates.

Károlyi Speculum Ecclesiae Iaur. p. 51. Ipsas donationales captiuitas tenet.

CCCCXXXVII.

A. Ch. 1297. Sententia adiudicatoria pro parte Ecclesiae de Tördemicz.

Nos Cancellarius significamus, quibus expedit, tenore praesentium vniuersis, quod ad nos personaliter requisiti nobiles viros Comes Vitt, et Ioannem Comitis Salamonem ac totam eorum generationem et cognationem propter euidentem rationem notoriae mortis dicti Comitis Petri de Petö filii sui, qui ad Ecclesiam euntes per Laurentium, et Zorardum filios Stephani de dicta Villa Labd mala suasione humani generis inimici, positis eidem insidiis clara luce — eiuscemodi insidias, et inimicitias conceptas, et nequiter perpetratas sedandas,

ab eadem Parochiali eorum Ecclesia S. Stephani protomartyris separassemus, et Ecclesiam construendam concessissemns, verentes ne in posterum inter perpetratores mortis Domini Comitis Petri et filii sui ab vna parte, et filios ac cognatos ipsius inimicitia, et excogitata malitia euenire posset; tandem Dominicus filius Petö, Petrus, et Dominicus filii Alexandri; Magister Casimirus, Egidius, Ioannes, et sua generatio cum Stephano Parochiali eorumdem Sacerdote cum sufficienti Procuratorio conuentus de Almád personaliter comparentes, supradictos Nobiles de Tördemice praerepetitis de Labd quadraginta iugera terrarum arabilium, duas vineas sine Haerede decedentium exequantur in Tördemicz existentia; et per decessores nobilium de Tördemicz ob salutem animarum suarum ad exequias et celebrationes missarum annuales fuerunt ordinata, donata et legata. Nos igitur auditis eorundem nobilium discretis viris, ac Iurisperitis, magistris videlicet Stephano Posoniensi, Domino Vaciensi, cancellario Domini Lodomerii, Dei gratia Archi-Episcopi Strigonien., Verecondino San-Thomae, et Salamone, qui in villa Monoszló causa societatis impendendae conuenerant, et aliis sociis, ac fratribus nostris nobiscum in Kal Iudicio assidentibus, sententionaliter decreuimus et iudicauimus eosdem nobiles de Tördemicz ab Ecclesia Sancti Stephani Proto-Martyris de Labd perpetuo separandos, praenotata quadraginta iugera terrarum arabilium, et duas vineas, ac alia quae de Tördemicz exigente iuris ordine in ius et perpetuitatem Capellae Beati Ioannis Euangelistae de Tördemicz pertinent, annuentes ac eisdem Nobilibus de Labd super eisdem terris ad Ecclesiam sine adminiculo et adiu-

torio praestationis, procreationis decimarum ab praedictis Nobilibus de Tördemicz Sacerdoti debitarum, ac vtilitatum superaddictarum terrarum et vinearum inuenimus per suum Sacerdotem pro tempore constitutum, vt commode possit officiari aliorum suorum Parochialium ordinario spirituali subsidio mediante; annuentes et insuper per omnia consentientes et perennaliter statuentes, vt Sacerdos eandem Ecclesiam pro tempore officiatus Archidiacono suo similiter pro tempore possidenti ratione Catedratici vti possit. Anno MCCXCVII.

Verbőczi Első Része II. Czikkellyének magyarázattya p. 64. in nota.

CCCCXXXVIII.

A. Ch. 1299. *Cepanus Abbas et Conuentus S. Iacobi de Silisio cum Patronorum consensu Iobbagioni eiusdem Ecclesiae terram, in qua residet, perpetuant.*

Litterae Chepani Abbatis et Conuentus Eccles. Sancti Iacobi de Silisio, duobus sigillis eorum pendentibus communitae. An. Dom. Millesimo ducentesimo nonagesimo nono confectae manifestabant: quod idem frater Chepanus Abbas et Conuentus, consentientibus Magistro Conrado, Iacobo filio eiusdem, Magistro Desiderio, filio Desidery, Bosa filio Georgy; Patronis praedicti monastery, cuidam Thomae, filio Detrici, Iobbagioni Ecclesiae praedictae pro suis seruitiis terram suae residentiae perpetuassent. "

Ex adiudicatoriis Regis Alberti super iure patronatus monasterii S. Iacobi de Silisio pro Nobilibus de Zerdahely, An. 1433. Hevenesi Tom. XLIV. sub L. L. p. 326.

CCCCXXXIX.

A. Ch. 1299. *Idem Andreas post amissa vastatione Saxonum sigilla Ecclesiae B. Michaëlis Archang. Trans. limites possessionis Borband, ex parte oppidi Krako; determinari iubet.*

Nos Andreas R. H. etc. Metas possessionis Borband ex parte oppidi Krako determinari iubet et significat. „Post exustam per Saxones cathedralem Ecclesiam Albensem, ac Capitulum eiusdem; et post amissa priuilegia capituli cum sigillo ad restaurationem eiusdem Capituli, et bonorum possessionariorum ab rege (Ladislao Chuno) missos esse Deputatos Comitem Nicolaum de Gumbas, et Comitem Petrum de Forro cum testimonio Capituli Varadiensis - - Anno MCCXCIX."

Originales in Tabulario B. a Bruchenthal. Eder MSS. Tom. I. p. 115.

CCCCXL.

A. Ch. 1299. *Protestatio Iuan, filii Iambor de Possega, contra Gyletum.*

Anno Christi MCCXCIX. Protestatio Iuan, filii Iambur de Possega, coram Episcopo Quinque-Ecclesiensi contra Gyletum, filium Gyleti, possessiones suas occupantem, easdemque deuastantem, ac semet illinc fugantem facta.

Originales in collectione Georgio Adonyiana.

CCCCXLI.

A. Ch. 1300. *Agnes regina, se decimas insulae magnae Weszprimiensi Ecclesiae restituisse, testatur.*

Agnes Dei gratia Regina Hungariae. Vniuersis praesentes litteras inspecturis, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum notitiam tenore

praesentium volumus peruenire: Quod cum nos etc. etc. (reliqua quae sequuntur concordant cum similis tenoris priuilegio eiusdem reginae de anno 1296. in Codice Dipl. Hungar. T. VI. Vol. II. pag. 20. recitato, vsque conclusionem, quae sic sonat: In cuius rei testimonium et memoriam perpetuam praesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Pauli, Praepositi Colocensis, aulae nostrae Vice-Cancellary, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini Millesimo Trecentesimo XVII. Kalendas Septembris (L. S. pendentis)

E collectione Czekiana.

CCCCXLII.

A. Ch. 1300. *Transactio inter filios Pauli, quondam Bani, ac viduam Stephani Bani, iam Monialem.*

Anno MCCC. Transactio in Capitulo Budensi celebrata inter Stephanum Bani, et Vid aeque Bani Magistros, filios condam Pauli Bani sub onere fratris eorumdem Nicolai itidem Bani, et inter nobilem Dominam Viduam Stephani Bani, iam vero Collegam Dominarum Sororum de Insula B. Virg. facta super eo, vt possessionem Deda in Comitatu de Zabolch intra Ticiam existentem pro summa pecuniaria LXX marcar. dicta Domina possidere possit, siquidem eidem Dominae pro dote et rebus parapherni obuenire deberet; casu tamen in eo, si pro tempore LXX fl. dicti fatentes non deposuerint, sicut iam obligarunt dare portionem eandem in casu praefato.

Szirmay Sinactica Diplomat.

CCCCXLIII.

A. Ch. 1300. Capitulum Nitriense de possessione Magyar-Szerencs Comitatus Poson. Magistro Buda 25 marcis latorum denariorum Viennensium vendita testatur.

Capitulum Ecclesiae Nitriensis Omnibus Christi fidelibus, praesentibus pariter et futuris, praesens scriptum inspecturis, salutem in largitore salutis. Ad vniuersorum igitur notitiam harum serie volumus peruenire, quod Comes Merth, et Nicolaus ac Iohannes, filii sui, item Comes Konch, frater eiusdem Merth, et Paulus filius suus ab vna parte; et Magister Buda ex altera, nobiles videlicet Iobbagyiones castri Posoniensis, coram nobis personaliter constituti, praefati Comites Merth et Konch, ac filii eorum antedicti, quamdam possessionem suam haereditariam Magyar Szerench vocatam in Comit. Posonien. existentem, aliis possessionibus suis in minori Posonio existentibus, pro se reseruatis, praefato Magistro Buda, et per eum suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus pro XXV. marcis denariorum latorum Viennensium, plene ab eodem receptis, dixerunt se vendidisse, tradidisse, ac vendiderunt ac dederunt, et donauerunt coram nobis cum eisdem circumstantiis, et vtilitatibus vniuersis, videlicet sessionibus, terris arabilibus, pratis, agris, aquis, siluis, pascuis et nemoribus, ac aliis quibuscunque et quomodocunque censeantur, quibus per eosdem et suos auos, seu progenitores eadem possessio Magyar Szerench vocata noscebatur obtinere et habere; et totum ius ac vniuersale dominium dictae possessionis et vtilitatum eiusdem in ipsum Magistrum Buda fundentes, ac eidem donantes, nihilque sibi iuris vel perpetuitatis (proprietatis) re-

tinendo, vel reseruando in eadem. In cuius rei testimonium, et perpetuae stabilitatis incrementum, praesentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas, et per medium Alphabeti intercisas. Datum quarto Calendas Aprilis, anno Domini MCCC. Magistro Farkasio Lectore Ecclesiae nostrae existente."

E Coll. Kaprinai sub B. Tom. I. Nro. LXVII. pag. 104—5.

CCCCXLIV.

A. Ch. 1300. *Ioannes Comes et Castellanus de Bolduaku Benedicto, Vxoricidae, satisfactionem praescribit.*

Nos Iohannes, Comes, Castellanus de Bolduaku, damus pro memoria, quod causam, quam mouebant Varou et filius eiusdem Petrus, contra Benedictum generum suum, racione interfeccionis filie predicti Varou, quam idem Benedictus interfecerat, vxorem videlicet suam, ex permissione nostra, ac communi voluntate, taliter sunt concordati; quod idem Benedictus vxorem suam, quam interemerat, filiam predicti Varou in cimeterio sacro propriis laboribus et expensis tenetur sepelire; et assumsit duas marcas in terminis infrascriptis, videlicet in die nouiter venturo Cinerum soluet vnam marcam, et in hac prima solucione Thomas, filius Ribi, extitit fide iussor; secundam vero marcam soluet predicto Varou et filio suo Petro predictus Benedictus in die Sancti Michaëlis nouiter venturo, et in hoc Petrus et Iodocus de Insula extiterunt fideiussores; facta autem tota solutione statim in proximo festo Pentecostes, predictus Benedictus ad limina Beatae Virginis Aquisgranensis ire tenetur; ac in sequente Dominica Septuagesime Romam ire tenetur; et si ita, que

assumsit plenariter non adimpleret, tamquam in duello conuictus in omnibus ipse, et fideiussores sui remanerent. Tota vero solucio fiet in argento vel exestimacione argentum valente, excepta exestimacione fori camerarum in villa Ker coram Tiburcio Comite. Iudicem vero et Pristaldum omnino Benedictus placare assumsit; et ipse Benedictus assumsit, vt verbis credatur, ista omnia literis Vice-Iudicis Domini Palatini confirmare. Datum feria secunda proxima ante festum omnium Sanctorum. Anno Domini Millesimo trecentesimo."

Ex archiuo Mariasiano. Scutum in sigillo duos pollices alto, cerae albae impresso, inferiori sui parte cuspidato aquilam expansis alis erectam praesefert; inscritionem antiquitas hausit.

CCCCXLV.

A. Ch. S. a. Capitulum Varad. Stephanum, filium C — Michaëlem procuratorem instituisse, perhibet.

Capitulum Varadiensis Ecclesiae testimonium perhibet de eo, quod secundum litteras Ioannis Vice Iudicis curiae, Domini regis, in quindenis Beati Michaëlis, Comes Michaël, filius Vbul, Domina relicta Petri de Dámahyda, et Nicolaus, filius eiusdem, in villa Dámahyda praesente Valentino, Canonico Varadiensi, pro testimonio Vice Capituli eo destinato; quod Stephanus, filius Comitis Michaëlis pro patre suo conduxit, ibidem ordinauerint communi voluntate ad procurationem et percipiendum omnes pcouentus posessionum Damahyda et Peneque, et specialiter pontis Dámohya et molendinorum ac piscinarum, quemdam Iacobum nomine de ipsa villa Dámahyda. Datum in die Apostolorum Simonis et Iudae S. a.

Idem per extensum.

Nos Capitulum Waradiensis Ecclesie damus pro memoria: quod secundum continentiam litterarum Comitis Iohannis, Vice Iudicis Curie Domini regis, in quindenis beati Mycaëlis, Comes Mycaël, filius Vbul, domina relicta Petri de Dámahyda, et Nicolaus, filius eiusdem, in villa Dâmahyda, presente Walentino, socio nostro, concanico, pro testimonio vice nostri ad id destinato, quem Stephanus Magister, filius Comitis Mychaëlis, filii Vbul, pro patre suo conduxit, ibidem ordinarunt communi voluntate ad procuracionem et percipiendum omnes prouentus et reditus ipsarum possessionum, videlicet Dáma et Peneque vocatarum et specialiter pontis Damahyda, et molendinorum, ac piscinarum quemdam Iacobum nomine de ipsa villa Damahyda, qui debet facere iuxta ipsarum parcium voluntatem de prouentibus ipsarum possessionum prout in litteris Vice iudicis Curie Domini regis composicionalibus super premisso negocio continetur: pro vt ipse socius noster prefatus, et Petrus, filius Symonis, dicti Vidung, et Magister Stephanus, filius Comitis Mychëlis, coram nobis personaliter comparentes recitarunt. Dixit et idem homo noster, et prefate partes, quod ex eorum liberalitate de tributo pontis Dámahyda in communi ante diuisionem socio nostro Walentino duas marcas condonassent. Compromiserunt etiam Petrus, filius Symonis, pro se et pro Nycolao, et Domina relicta Petri, ac magister Stephanus, pro patre suo, omnia assumta sub obligatione, que in litteris Vice Iudicis Curie Domini regis compositionalibus continetur, conseruare. Item ipse socius noster nobis retulit

quod Petrus Endus, et Andreas cum decem Nobilibus, sibi similibus, vnam domum in villa Damahyda pro carcere intrauissent, vno die ibidem persistentes, vt debebant. Datum in die Apostolorum Symonis et Iude."

E Cymelio Episcopali Quinque-Ecclesien. Tom. I. p. 90—91.

CCCCXLVI.

A. Ch. S. a. Ordinatio census perpetui Comitis Bors in denariis frisaticis, ac in naturalibus pro monasterio B. V. de monte.

Vniuersis Christi fidelibus innotescat, tam futuris quam praesentibus: Quod ego Bors Comes secundum antiquam conditionem Patris mei, per consensum Domini Conradi Abbatis et totius Conuentus montis Sanctae Marie, statui reditus de praedio in Menyhart et Prozrung videlicet, vt de singulis mansionibus soluantur trigintafrisatici, siue denarii Australes, ex quibus commutantur duo denarii pro vno frisatico, et viginti metretae avenae et duae metretae tritici puri, et vrna vini, et duo pulli, et duodecim ova, et bouem et porcum maturum. Quod factum ne aliqui violare vel contradicere praesumant, sigilli nostri impressione et Domini Abbatis confirmauimus." LS. LS.

Ex autographo Camerali. Hev. Tom. LIII. p. 72—3.

CCCCXLVII.

A. Ch. 1300. Capituli Albensis in Transiluania super testamento Elisabethae, viduae Comitis Herbordi de Vintz inferiori, testimoniales.

Capitulum B. Michaelis Archangeli Transiluan. fidem facit: Elisabeth, relicta Comitis Her-

bordi, filii Heningii de Vincz inferiori, legat testamento possessionem Varda, et terram Damasaföldе Capitulo Ecclesiae S. Michaëlis Trans. hac conditione, vt istud pro refrigerio animarum mariti, et ipsius Elisabethae L. marcas fini argenti distribuat. „Decem marcas dedimus fratribus Praedicatoribus de domo Albensi, ad opus Ecclesiae B. Virginis; decem fratribus Heremitanis S. Augustini de Conuentu Albensi, ad opus Ecclesiae S. Stephani Protomartyris; quinque marcas fratribus Praedicatoribus de Cibinio, ad opus Ecclesiae Sanctae Crucis; quinque marcas fratribus Minoribus de eodem ad opus Ecclesiae S. Elisabeth; decem Fratribus Praedicatoribus in Vincz existentibus, si in conuentum vsque ad completionem conditionum supra dictarum fuerit erectus idem locus; sin autem quinque marcas Fratribus illic residentibus, et quinque Fratribus de Candela, ac decem fratribus Praedicatoribus de Segesvár. Datum Anno MCCC.

Litterae patentes in pargamena, cum sigillo pendente: reperiuntur in archiuo eiusdem Capituli. Eder. MSS. Tom. I. p. 116.

CCCCXLVIII.

A. Ch. S. a. Vestigia litterarum per Andream III. et Fennenam reginam annis incertis editarum.

„Fenenna Dei Gratia Regina Hungarie Consors quondam Domini Andree Dei gracia Illustris Regis Hungarie bone memorie" confirmat Litteras Elysabethae Reginae super terra Olwrs in fauorem Comitis Mauricii editas.

In litteris Reginae Mariae d. a. 1313.

„Andreas Rex prefate Domine Fenennae Regine Litteras suis Litteris de verbo ad verbum insertas confirmat.“

Ibidem.

CCCCXLIX.

A. Ch. S. a. Mauritius et Chak Magistri donationem patris sui Demetrii, quondam Bani, super terra Chatabér-Falua confirmant.

Mauritius et Chak Magistri, filii Demetrii Bani, beate memorie, omnibus Christi fidelibus, praesentes Literas inspecturis, Salutem in Domino sempiternam. Ad uniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod nos consideratis meritoriis seruiciis, et diuersis fidelitatibus Comitis Petri, filii Iohannis, et Iohannis fre' is eiusdem, cognatorum nostrorum, primo Patri nostro eidem Bano, pie recordationis, postmodum nobis exhibitis, quandam Terram nostram Chatabérfalva vocatam, iuxta Rabam adiacentem, cum omnibus suis utilitatibus, suisque pertinenciis, contradiccione quorumlibet non obstante, dedimus, donauimus et contulimus praedictis Comiti Petro, et Ioanni fratri suo, ac eorumdem heredibus, heredumque suorum Successoribus, perpetuo et irreuocabiliter possidendam in eodem statu prout etiam in Literis patentibus charissimi Patris nostri Demetrii Bani plenius vidimus contineri. Ut igitur Series huiusmodi Donacionis firma semper sit, atque rata, nos eidem Comiti Petro et suo fratri nostras Literas priuilegiales concessimus sigillo nostro roboratas. Datum in Villa Papuch

in Vigilia Assumcionis Beate Virginis Anno Domini millesimo nonagesimo primo.

E MSS. Bárdossianis. In anno videtur error cubare. Referendus mihi videtur ad annum 1301. Mauritius enim Chák floruit anno 1307.

CCCCXLIX.

A. Ch. S. a. Poloni Hungaris ab aeuo S. regis Stephani Hungaris addictissimi.

Serenissimo principi domino, domino Sigismundo etc. Serenissime princeps et domine excellentissime, post humilem mei recomendationem orationumque suffragia deuotarum. Scire dignetur eadem serenitas, quod praelati et barones regni vestri Hungarie in festo S. Laurentii proxime praeteriti, pro parte maiori ad ciuitatem vestram Budensem pro defensione praedicti Regni vestri contra insultus Turcorum et perfidorum Hussitarum in vnum conuenerunt: inter quos ego etiam personaliter fui: quibus quidem dominis praelatis et baronibus, vt praemittitur, invicem existentibus in praesentia eorundem, accessit ambassiata regis Poloniae, primo ex parte ipsius Regis, demum ex parte reginae conthoralis suae, et tandem maiorum, et ex post minorum filiorum suorum, praelatis et baronibus vestris retulit salutes. Tandem autem in persona eiusdem domini regis querulose protulit, quomodo illi mali homines Pruteni ligas et confoederationes cum eodem rege contractas non tenerent, et sibi et regno suo multa damna fecissent, et ipsi etiam contra ipsum cum duce Svidrigal essent confoederati. Hoc etiam retulit, quod ipse dominus rex et filii sui ac barones eius uniti essent cum Bohemis, vellentque

cum ipsis contra omnes Teutonicos seu Germanos tenere, sed non contra Hungaros, quoniam a tempore sancti regis Stephani, et tandem tempore S. Regis Ladislai, qui ex parte matris fuisset de regno Poloniae, vsque ad tempora Ludouici Regis, et durante, eo, semper fuerunt vnum, et domini Hungari ducebant matrimonialiter sorores dominorum Regni Poloniae. Et cum ego et hoc iidem praelati et barnnes regni eiusdem intimassent dominis praelatis et baronibus regni V. S. domini tamen praelati et barones vestri super illis nullum dederunt responsum. Et haec serenissime princeps vestrae Maiestati pro auisatione volui intimare. Scripta Kapriniczc feria XI. proxima post festum Bartholomaei apostoli MCCCLXXXII. Eiusdem V. S. capellanus humillimus Io. episcopus Zagrabiensis cancellarius.

Martene Veter. SS.

*

A. Ch. 1217. *Capitulum Varadien. hominem nomine Deum, liberum iudicatum fuisse, contestatur.*

Anno ab Incarnatione Domini Millesimo ducentesimo, decimo septimo, regnante victoriosissimo rege Andrea, Simone Varadiensi Episcopo existente, Gyula Comite Palatino, Nimcha Comite Bichoriensi, Annanione Lectore et Notario, Bichorienses de centurionatu Sceculzaz, et horum praecipui Tenkeu, de villa Ebey, impetierunt quemdam liberum hominem, nomine Deum, dicentes: quod eorum esset conciuis. Deus autem dixit se liberum esse omnino. Nimcha itaque Comes Bichoriensium, ex praecepto regis eos discu-

tiens, interrogauit responsa Iobbagionum Bichoriensium scilicet Luce Hodnogionis, Petri, Bibac, Tegegu et aliorum. Qui cum praefatum Deum et ipsi castrensem esse dixissent, posuit hoc super iuramentum eorum, quibus iurare non audentibus castrenses condemnauit, et praedictum Deum liberum esse denunciauit, atque per Ioancham Comitem, Pristaldum regis, praesentibus praenominatis castri Iobbagyonibus, libertatem eius nobis fecit protestari."

Bel. rit. expl. §. CCVIII. p. 236—7. Praestaldum regis sequius eundem fuisse cum homine regis patet ex Diplom. sub N. CCCXXII. Pristáldos proin Comitum, seu Iudicum fuisse ipsissimos, qui subin homines ipsorum dicti sunt, non est dubitandum.

*

A. Chi 1217. *Idem Capitulum Varadinense Tecus, filium Dionysii, qui Sepulchrum S. Ladislai aperuit, exequias post obitum celebrandas, instituisse refert.*

Tecus, filius Dionisy artificis, qui aperuit in eleuatione sepulchrum Sancti Ladislai regis, et a gloriosissimo rege Bela, data pro eo artifice perpetua libertate donatus est cum omni generatione ab eo successura, sentiens dissolutionem sui corporis imminere, quemdam seruum suum, nomine Vrug constituit Dusinicum exequialem; quam ipsum, quam omnem eius haereditatem virilem ita, vt singulis annis apud Ecclesiam de Beseneu (Berettou?) celebrarent exequias cum duabus missis, vna oue, triginta panibus, vno ansere et vna gallina, et duabus chybrionibus cereuisiae et decimas, iuxta conditionem det Sacerdoti, scilicet duos cubulos frugum suarum et vnam Gallinam.„

Bel. rit. expl. ver. Nro. CCCXLI. p. 262. Est hic sermo de Bela III. qui ossa S. Ladislai fecit eleuari; quae

Varadini in Basilica diu conseruata; Caluaria laurinum fugata.

*

A. Ch. Ch. 1210. *Capitulum de Varad de thesauro detecto, regi non indicato, iudicium refert.*

An. Dominicae Incarnationis MCCXXIX Pangratius, filius Petae, de villa Cupa, traxit in causam quosdam conuillanos suos, scilicet Aruad, et filios eius, scilicet Chicham, et Monost coram Alexandro, Varadiensi Episcopo, discretissimo et vero Iudice; dicens: quod fures essent regis, eó quod thesaurum inuentum, cum deberent, Regi non indicassent. Quorum causam praedictus Episcopus discutiens, misit per Pristaldum et seruientem suum, nomine Tiburtium ad examen ferri candentis Varadinum, vbi praefatus Monos, filius memorati Aruad, portato ferro, mundatus est."

Bel. Rit. expl. verit. Nro CCCXLIX. Patet ex his vti mineras, thesaurum ita detectum ad Principis regalia pertinuisse. Item Episcopum in loco fundationis Bihor resedisse

*

A. Ch. 1270. *Stephanus V. R. H. Comiti Ponych de genere Buzad, ac filio huius bona abiudicata restituit, ita tamen vt filius Ebed, Iak et Pousa in homagium trium occisorum, poenam item duelli* 170 *marcas in terminis tribus persoluant, dimidietatemque terrarum Sukorad et Buziagh eisdem cedat; birsagium competens illis benigne relaxat,*

Nos Stephanus, Dei gratia, Rex Hungarie, damus pro memoria, quod cum ab olim inter Kemen, Rejnoldum, et Iak, filios Ebed, Isep, filium Isep, Kenesium, filium Vrbani de Sukurod, Gregorium, filium Gregorii de Ond, ac Martinum de eadem ab vna parte; Pouich Comitem de genere

Buzad, ac Iacobum filium eiusdem, ex altera coram iudicibus ex parte nostra et Domini regis, charissimi Patris nostri condeputatis fuisset constitutio ventillata, super possessionibus in priuilegio eiusdem charissimi Patris nostri et diuersis iudicum aliorum litteris nominatis, ac demum super illis possessionibus, quam etiam super morte trium hominum eiusdem Gregory videlicet, et Oundi fily ac Ioannis Cognati filiorum eiusdem Ebed, iuxta continentiam ipsarum litterarum nostrarum in octauis Sancti Michaëlis coram nobis duellum fieri debuisset; tandem adueniente ipso termino, antequam pugiles partium dimicantium procederent earumdem, nos vna cum Baronibus nostris, qui adhaeserant, sedatis omnibus contentionibus, quae a longo tempore durauerant, et reuocatis litteris, priuilegiis, ac instrumentis vniuersis habitis et impetratis, sic tandem inter partes pacem et ordinationem huiusmodi stabiliuimus inter partes: Quod principaliter possessiones ipsius Comitis Ponych, quae ab ipso alienatae, filys Comitis Ebed et socys eorum praedictis, iuxta continentiam priuilegii eidem Kemen iure mediante fuerunt assignatae, sunt eidem Ponich Comiti restitutae pleno iure; ita tamen, quod ipse Comes Ponych tam pro morte praedictorum trium hominum, quam pro aliis articulis, in quibus contra alteram conuictus fuisse apparebat, soluet eisdem filys Ebed, Issep et sociis eorum praenotatis coram capitulo Albensi partim in aestimatione condigna, secundum regni constitutionem approbatam, partim autem in argento centum et septuaginta marcas in tribus terminis subscriptis, videlicet quinquaginta marcas soluet centesimo die ab octauis Beati Michaëlis

proxime praeteritis computando, soluetque cum iudicio, si tunc cessauerit in soluendo. Item quinquaginta marcas soluet centesimo die a termino proximae solutionis, numerando; incursurus poenam duppli non soluendo illo die; residuum vero pecuniae eiusdem, videlicet septuaginta marcas soluet centesimo et quadraginta die a termino secundae solutionis, amissurus pecuniam in prioribus duobus terminis solutam, si in ipso termino negligens extiterit in solutione facienda; et nihilominus eaedem possessiones in prioribus litteris notatae remanebunt filiis Ebed, et eorum filys praenotatis possidendae pacifice iuxta continentiam litterarum earumdem. Praeterea idem Ponych Comes et filius suus praedictus relegarunt, dimiserunt, et dederunt ex forma compositionis in duello factae ipsis filys Ebed, Isep et socys eorum praetaxatis duas terras Buzag et Sukorod vocatas, cum earum vtilitatibus omnibus et pertinentiis vniuersis, ita tamen, quod medietas terrarum earumdem in octauis Sancti Martini praesente homine Capituli Albensis, quem illuc fily Ebed et socy eorum praedicti adducent, aestimabitur secundum Regni consuetudinem per Andream de Hidvegh, et Petrum filium Nyomus, quos pro parte sua fily Egyed et socy sui ibi ducent; item per Opoy, filium Opoy, et Iessen, filium de Palath, illic pro parte Ponich Comitis ducendorum; et pretium medietatis terrarum earumdem sic aestimatae, ydem fily Ebed et socy eorum teneantur recipere et assummere ad rationem, seu numerum iuxta suam quantitatem pecuniae supradictae; aliam vero medietatem terrarum earumdem tam ipsi fily Ebed, quam Issep et alii socy eorum praedicti simplici-

ter et sine pecunia aliquali habebunt et possidebunt pacifice, sicut ex forma compositionis, coram nobis ordinatae, id specialiter extitit ordinatum. Ceterum sic etiam dispositum extitit inter partes, quod si memorati Ponich Comes et filius suus coacti, vel quocunque alio casu omnes, aut aliquas de possessionibus in praedictis litteris specificatis vendere vel obligare voluerint, antequam in summa praedicta fily Ebed, et eorum socy fuerint legitime expediti, idem emptor, aut pro obligatione receptor possessionum earumdem, de pretio illarum possessionum vsque ad summam supra dictam, non ipsi Comiti Ponich et eius filio, sed nomine eorum in expeditione ipsorum soluere debet, et dare pecuniam filys Comitis Ebed, et socys eorum in terminis ad solutionem huiusmodi deputatis. Ad haec vt partes eaedem praemissam ordinationem habitam releuatione aliquali et attendere, et facilius valeant tolerare a debito, seu iudicio, quod ratione duelli, seu compositionis habitae in duello Iudici curiae nostrae et Pristaldo eiusdem de iure tenentur, nos perpetuae pacis ipsorum firmitate expediuimus eosdem; solutionibus autem factis et completis praemissis partes debent sibi dare mutuo litteras Capituli Albensis stabiles, super oonfirmatione stabili praemissorum. Datum in Phuzegthu Dominico die proximo ante quindennam Sancti Michaëlis, (Anno MCCLXX.)

Ex archiuo familiae Niczkianae.

*

A. Ch. 1270. *Stephanus V. R. H. terras ducatus et castri Zolgageur Taxon etc. cum insula Ilbö a Lorando infideli ac profugo possessas, monasterio Monialium de insula leporum confert.*

Stephanus, Dei gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Vniuersis Christi fidelibus, praesens scriptum inspecturis, salutem in salutis largitore. Vt donationes perpetua soliditate solidentur, ne per quempiam successorum possint recuperari, vel irritari; litterarum solent testimonio communiri. Iustius autem videtur et dignius, quod maxime inconcussum permaneat, quod regia Magnificentia salutis causa duxerit largiendum. Ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire: quod nos pia et salubri consideratione inducti, terras ducatus et Zulgageur Toxum, Zoich et Kaad vocatas in Comitatu Pestiensi existentes, cum omnibus vtilitatibus et cum Ilbu insula, pro qua quaestionem mouerat Laurentius Palatinus, filius Keine, quam inuestigata profundius veritate comperimus pertinere ad magnam insulam regiae Maiestatis, quas terras Lorandus, filius Gara, de nostra olim possederat collatione; qui commissa infidelitate de nostro affugerat regno, cum eisdem metis et terminis, quibus dictus Lorandus possederat, donauimus, dedimus, contulimus monasterio S. Mariae de insula leporum, vbi filia nostra charissima, aliaeque sorores ordinis Praedicatorum, Deo iugiter famulantes commorantur, perpetuo et irreuocabiliter possidendas. Datum per manus viri Magistri Benedicti, Praepositi Ecclesiae Orodiensis, Aulae nostrae

Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri. An. Domini Millesimo Ducentesimo, septuagesimo. Regni autem nostri anno primo.

Ex authographo Camerali.

*

A. Ch. 1270. *Stephanus V. R. H. Nobiles filios Ebed, et de Sukoro ac Ond ita inter se conuenisse, vt dimidietas terrarum Sukoród et Osziak, item* 170 *marcarum, quas Ponych pendere debuit, parti vtrique obtingat, testatur.*

Nos Stephanus, Dei gratia, rex Hungarie, memorie commendantes, significamus, quibus expedit vniuersis, quod constitutis coram nobis personaliter Kemenio, Reynoldo, et Chak, filiis Ebed, ab vna parte, Isep et Kenesio de Sukorod, Martino et Gregorio de Ound, ab altera, retulerunt partes antedictae, quod super terris Sukuroud et Ohschiag vocatis, et super centum et septuaginta marcis, quas obtinuerunt a Comite Ponych in compositione habita, super duello, quod erat inter ipsos et Comitem Ponych supradictum, taliter propter bonum pacis concordassent: quod totam medietatem terrarum Sukoroud et Ohscziag vocatarum et medietatem centum septuaginta marcarum habebunt fily Ebed supradicti; medietatem vero earumdem terrarum et pecuniae Isip et sui socy antedicti recipient, et tenebunt; et obligarunt se partes praedictae, quod comparebunt coram Capitulo Albensi illo die, quo illa pecunia per Ponych Comitem persoluetur eisdem, vt super praesenti facto darent sibi mutuo litteras capituli supradicti stabiles, ne de cetero materia quaestionis, seu litis inter eos oriatur. Datum in Curhag feria quin-

ta post octauam Sancti Michaëlis. Anno Domini MCCLXX."

Ex archiuo familiae Niczkianae. In alio Diplomate pro Oszschiag legitur Buziag; quod melius, quum per Oschiag Eszekinum compelletur.

*

A. Ch. 1270. *Capitulum castriferrei inter filios Ebed, Jak et Pousa diuisionem terrarum suarum a villa Sebe vsque fluuium Köres sitarum peractam testatur.*

Nos Capitulum Ecclesiae S. Michaëlis de castro ferreo, per praesentes damus pro memoria, quod Comes Kemen, Renoldus, et Jaák, fily Ebed. Dyonisius et Mike, fily Benedicti, pro se et pro Lorando fratre suo, Histrix, filius Stephani, ab vna parte; Thomas filius Thomae, pro se et Comite Christiano ac Michaële, fratribus suis, nec non pro Iwan, filio Chane, Sandur, filius Gregory pro se et pro Mike, filio Ják, Martino, filio Rajna, et pro Stephano, filio Pousa, ex altera coram nobis constituti in terris suis, quas habent in Chak, talem se diuisionem fecisse protulerunt, quod ipsam terram, prout incipit de metis terrae Sebe, et venit vsque alueum fluuy Kures, diuiserunt in duas partes directe per medium, et vnam partem ipsius terrae de meridionali plaga, a parte terrae Sebe praescripti, receperunt fily Ebed, et socy sui praescripti perennaliter possidendam. Alteram vero partem iacentem a septemtrione de iuxta Kures, Thomas, Sandur et Socy complices haberent similiter in perpetuum pacifice et quiete possidendum; quam quidem terram prout incipit in medio riui Piliznus vocati, in arboribus populi et Platani, et venit vsque vnam metam, in qua erat

pomus, vsque commetaneitatem eiusdem Sebe binis et binis metis separatam, rectificarunt, et consimilem diuisionem in terris arabilibus, quae sunt vltra fluuium Piliznus, partes factam comprobarunt. Hoc non praetermisso, quod Thomas Sandur et Socy sui praescripti, viam sex amplexuum (Öl, orgiarum) inter prata et syluas filiis Ebed et sociis suis in terris suis de iuxta Kures vsque finem syluae Benedicti ad meridiem - - - et vehi permisserunt. Datum in octauis S. Georgy Anno gratiae MCCLXX."

Ex arhiuo familiae Niczkianae.

A. Ch. S. a. De parte septima pro nona terrae inter fluuios Repche et Körös filiis Ebed, eo quod pater eorum in illa aquirenda plus laboris et expensarum contulerit, cessa testimoniales.

Damus qro memoria, quod Comes Christianus, ac Thomas, et Michaël, fratres Eius, Mika filius Jaák, Martinus filius Artuna, Sandur, filius Gregory, Daniel et Nicolaus filii Bartholomaei, Iuan, filius Chana, de generatione Ják, personaliter, et praefatus Christianus pro Stephano, filio Pousa comparendo, asseruerunt viua voce, se permisisse bona voluntate sua septimam partem terrae suae, inter Repczem et Keureus, quam quidem terram iidem a Comite Martino, filio Iwan in lite obtinuerunt, Comiti Kemen, Renoldo, et Ják, filiis Ebed, perpetuo possidendam, non obstante eo, quod dictis filiis Ebed noua pars ipsius terrae cedebat, prout, in litteris Capituli Castriferrei videbatur contineri. Dicebant enim vnanimiter iidem Nobiles, memoratum Ebed, pa-

trem Kemen Renoldi, et Ják praedictorum in aquisitione ipsius terrae magis laborauisse, et maiorem expensam expendisse. Hoc adiecto, quod quicunque aly de eadem cognatione, siue sint de linea dictorum filiorum Ebed, siue de linea Comitis Christiani, et aliorum praedictorum descendentes, quorum nomina in litteris Capituli Castriferrei non sunt, impeterent, et aliquid de ipsa terra obtinerent, ex tunc de illis nouem partibus, sicut se obligarunt, tenebuntur expediri. A parte itaque orientali dictam terram dixerunt conterminari ad Rabam, ab occidente vero dixerunt conterminari terrae Tazar, vbi cum metis terreis ab ipsa terra Tazar recitarunt se separari; ipsam autem septimam partem assignabunt eisdem filys Ebed. Quarto die post octauas Sancti regis ab vna parte per arbitrium et sententiam — Andree, fily Cuderer, Nicolai, fily Stephani, et Hermani de Herman, ex parte filiorum Ebed. Item Ioannis, fily Laurenty — fily Mika, Thomae fily Mod, et Alexandri, filii Obulgani, pro parte Christiani, et aliorum mediante testimonio Capituli Castriferrei, et Balas de Lad, qui pristaldus extitit; huic causae addicimus, et quod ea pars, quae de huiusmodi compositione inter se habita resilierit, parti compositionem tenenti, ante litis ingressum sex marcas soluet, prout ad id se pars vtraque obligauit. Dicimus etiam, quod de compositione facta super septima parte terrae nominatae neutra partium possit resilire; dicimus etiam, quodsi notato die post octauas Sancti regis partes propter aliqua negocia regni non possent procedere in praemissis, ex tunc vicesimo secundo die Sancti Michaëlis procedere poterunt in praemissis; specialiter autem

in quindenis omnium Sanctorum partes coram nobis comparebunt ad recitanda praemissa, vel ad peremtoriam executionem. Datum in — feria Sexta post quindenas Sancti Ioannis Baptistae."

Ex archiuo familiae Nickianae.

*

A. Ch. 1274. *Ladislaus Chunus priuilegiales Praepositurae de veteri Buda factas transcribit ac roborat.*

Ladislaus, Dei gratia, Hungariae etc. Rex; Omnibus praesens scriptum intuentibus salutem in omnium Saluatore: Honor et sublimitas regalis Culminis tanto praecellentius supernae illustrationis lumine decoratur, quanto deuotius domum orationis, in qua quotidie ad salutem humani generis Dominus immolatur, ab omni inquietudine liberam curauit custodire, et in suis antiquis iuribus et libertatibus conseruare. Cum enim domum Orationis, domum suam Dominus in Euangelio fateatur, profecto patet, illum diuinis obtemperare iussionibus, qui personas Deo famulantes fouet, diligit, et bonis temporalibus illaesos conseruat et indemnes. Proinde ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire. Quod uir Venerabilis Magister Benedictus, miseratione diuina in Archiepiscopum Strigoniensem electus, Praepositus Budensis, et aulae nostrae Vice Cancellarius, Dilectus et fidelis noster, ac eiusdem Budensis Ecclesiae Capitulum, ad nostram accedentes praesentiam obtulerunt nobis priuilegium Domini Andreae, condam Magnifici Hungariae regis non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte vitiatum, petentes nos cum instantia, vt ipsum ratum habere, et nostro digna-

remur priuilegio confirmare, cuius tenor talis est: Andreas: v. ad an. MCCXXX. Nos itaque Considerantes petitiones eorum fore iustas et legitimas, eas duximus admittendas, et praedictum priuilegium, de verbo ad verbum praesentibus insertum dupplicis sigilli nostri munimine duximus confirmandum. Datum per manus Magistri Benedicti Sanctae Strigoniensis Ecclesiae electi, Praepositi Budensis, aulae nostrae Vice-Cancellary, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini millesimo, ducentesimo septuagesimo quarto. Septimo idus Martis, regni autem nostri anno secundo. Venerabilibus in Christo Patribus Stephano Colocensi, et Ioanne Spalaten. Archiepiscopis, Lamperto Agriensi, Bricio Chanadien. Iob Quinque-Ecclesien. Paulo Vesprimien. Aulae nostrae Cancellario, Philippo Vacien. aulae Dominae reginae E. consortis nostrae Charissimae Cancellario, Lodomerio Varadien. Timotheo Zagrabien. Dyonisio Iaurien. et Petro Transyluano, Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Dyonisio Palatino Comite de Oklych et Iudice Cumanorum, Henrico Bano totius Sclauoniae, Nicolao Wayuoda Transyluano Comite de Zonuk, Ioachimo Magistro Tauernicorum nostrorum Comite de Pylis, Nicolao, Iudice Curiae nostrae, Comite de Ketke, Paulo Bano de Zeurino, Renoldo Magistro Dapiferorum nostrorum, Comite Zolgageurien. Herbordo Magistro Agazonum nostrorum, Comite de Baranya, Nicolao Magistro Pincernarum nostrorum, Ioanne Comite Soproniensi, Gregorio Comite Castriferrei, Moys Comite Symigiensi. Dedalo Comite Zaladien. et aliis quam pluribus Comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Ex transumto Caroli Roberti de anno 1323. cui Ludouicus Clausulam, seu Carmen, vti dicitur, adiecit 1365. Transcripsit Sigismundus 1412. Ex archiuo Camerali.

*

A. Ch. 1275. *Vigandus, Praepositus de Iasso, de terra Oltyk nominata per Boros, filium Boros vendita, testatur.*

Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris, praesens scriptum inspecturis, frater Vigandus, Praepositus et conuentus monastery Beati Ioannis Baptistae de Iaszow, ordinis Praemonstratensium, salutem in salutis largitore. – – Quod Boros, filius Boross ab vna, parte vero ex altera, Luka, filius Stephani de Lukwa, Nobiles de Comitatu Gemer, coram nobis personaliter constituti, idem Boros filius Boros proposuit via voce: quod quamdam particulam terrae, alterum medium aratrum continentem, iuxta aquam Turuch, in eodem Comitatu Gemer existentem, cui e parte orientali quaedam terra Dolgena, alio nomine Oltyk appellatur, patris sui ad ipsum diuolutam, cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis suis antiquis, quibus per ipsum – – nobis, dedit et vendidit ipsi Luka, filio Stephani, et suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus, pro sex marcis argenti, eandem iure perpetuo et irreuocabili possidendam, et habendam, nihil iuris aut dominii sibi et suis posterioribus in eadem reseruando, assecurando ipsum Lukva et suos haeredes ratione ipsius particulae terrae ab omnibus inquietare nitentibus expedire laboribus propriis et expensis, dando et assignando ei scripta sua, quibus mediantibus eandem tenuit et possedit ad manus Lucae supradicti. Metae autem eiusdem particu-

lae terrae, prout partes retulerant, hoc ordine distinguuntur: incipiendo a fluuio Thuruch a parte orientali, et inde procedit per planiciem ad vnum Potok, et per ipsum Potok vadit vsque caput eiusdem, et ibi sunt metae terreae; tandem versus aquilonem unum Berch; item metas a parte occidentali cum terra Castri eiusdem Gumur nomine Causa (?) et per eundem Berch descendendo per metas perueniet ad aquam Turucz memoratam, ibique terminatur. Praeterea Lorandus, filius Ipona, Mater Chepani, consanguinei ipsius Borocs, item Stephanus et Ivan, fily Kerpas, Petrus dictus Kerte, item Martinus Buchte, et Leustachius fily Oltyik, Bese et Adrianus, fily Stephani, Petrus et Fabianus fily Badena, Nicolaus, filius Bene, et Elecus, filius Alberti, Nobiles de villa Oltyk, vicini et commetanei dictae particulae terrae, coram nobis personaliter comparendo, huic venditioni et emptioni plenum consensum tribuerunt et assensum. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem, quoad petitionem partium praesentes concessimus litteras pendentis sigilli nostri authentici munimine roboratas. Datum feria quarta proxima post octauas Pentecostes. Anno MCCLXX. quinto.

Ex archiuo Praepost. Jaszov. Est hoc documentum negligenter scriptum, nomen Boros et Borcs ambiguum.

*

A. Ch. 1278. *Ladislaus Chunus R. H. Comiti Ják, filio Ebed, de genere Ják, terram Castrensem Theszadr insignium seruitiorum, praesertim bello contra Ottocarum R. B. praestitorum, merito nouae donationis titulo confert.*

Ladislaus, Dei gratia, Hung., Dalm., Croat., Ram. Seru. Galli. Lodom. Cuman. Bulgariaeque

Rex. Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum notitiam tenore presencium volumus peruenire: Quod consideratis meritoriis obsequiis, et obsequiosis meritis Comitis Jaak, fily Ebed, de genere Jaak, quae nobis et Charissimo Patri nostro, regi Stephano, inclyte memorie, in omnibus expeditionibus regni nostri, et specialiter in conflictu, quem contra regem Bohemie habebamus, in quo eodem rege in area belli interemto, aliis vero suis Baronibus caesis, et quibusdam in Captiuitatem redactis, idem Comes Jaak intimae fidelitatis desiderium exprimens, sub nostro vexillo hostium cuneos non formidans, sed in concepta fidelitate fideliter perseuerans, felici triumpho militauit; ac propter alia ipsius seruitia, quae tempore persecutionis infidelium nostrorum nostrae gratiae se submittens, nolensque iisdem adhaerere, in suis possessionibus, et rebus damna quam plurima est perpessus. Pro his igitur et huiusmodi seruitiis praedicti Comitis Jaak occurrere volentes regio cum fauore, in aliqualem recompensationem suorum seruitiorum, nobis fideliter impensorum, quamdam terram Castrensium Castriferrei Thesaar vocatam, terrae suae Jaak vocatae continguam et vicinam, a castrensis conditionis hominibus eandem inhabitantibus, destitutam, nostraeque collationi pertinentem, in cuius quidem terrae pacifica et quieta possesione dictus Comes Jaak a tempore Belae regis, aui nostri, et regis Stephani, patris nostri, illustrium regum Hungariae, felicium recordationum, pacifice et quiete permansisse dinoscitur vsque modo, dedimus, donauimus, et contulimus eidem Comiti Jaak, et suis

haeredibus, haeredumque suorum successoribus, sub eisdem metis et terminis iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Iohannis, Praepositi Budensis, Albensis Ecclesiae electi, aulae nostrae Vice-Cancellary, dilecti et fidelis nostri. An. Domini MCCLXXVIII. Tertio kalen. Septemb. regni autem nostri anno septimo."

Ex archiuo familiae Niczkianae.

*

A. Ch. 1279. *Capitulum Castriferrei, Stephanum Pousa de genere Jaak portiones suas in Ják, iuxta Rabam et Dobrapatak possessas, Ioanni, filio Martini statuisse, testatur.*

Nos Capitulum Ecclesiae S. Michaëlis Archangeli de castro ferreo, notum facimus tenore praesentium vniuersis: quod Stephanus Pousa, de genere Jaak, coram nobis constitutus, omnes portiones suas, quas habebat in Jaak, iuxta Rabam et Dobrapatak, cum molendinis, simul cum illa terra, quam habebat in portione Mike, statuit Ioanni, filio Martini, filii Artuna, et Dominae Floris, relictae eiusdem Martini, Stephano et Jacobo, fratribus ipsius Ioannis; pro quibus Johannes cum Domina matre sua competebat, pro morte praescripti Martini iure perpetuo, pacifice et quiete, irreuocabiliter possidendam heredum in heredes. Vt igitur hoc ratum sit et firmum, praesens scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Praepositura vacante, Magistro Egude

Cantore, Andrea Custode, Cosma Decano Ecclesiae nostrae existentibus. An. Dom. MCCLXXIX."

Ex archiuo familiae Niczkianae.

*

A. Ch. 1280. *Ladislaus Chunus queritur Nobiles ac milites in exercitu suo mortem et sanguinem recusare, Dionysio Castrensi de Vng ea non recusanti in conflictu cum Cnmanis ad Hod habito, villas Chepel et Moktsa, cum iure nobilitari, confert.*

Ladislaus, Dei gratia Hung. Dalm. Croat. Ram. Seru. Gallic. Wlodomeriae, Cuman. Bulgariaeque Rex. Vniuersis in Christo fidelibus salutem et gratiam. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: Cum condam antecessorum nostrorum temporibus non solum aliqua, sed multa inordinata, et confusa penitus in praeiudicium Coronae regiae sunt adinuenta: placuit ipsorum debita seruitia sub certa pensione designare. Maxime vt nostri Nobiles et milites in nostro exercitu se a morte et sanguine non recusarent. Cum Dyonisius, filius Cheme, Iobbagio castri nostri Hung vocati, fidelis et dilectus noster in nostro exercitu est in Hod cum infidelibus Cumanis Stephanum premisissemus, caput et alia membra ipsius Dyonisy se a morte in nullo pro nobis periculo excusauerunt, et duo sui proximi ac famuli in eodem loco fuissent interempti, pro eo nos suo seruitio, et morte suorum fratrum ex nostra regia benignitate satisfacere volentes et intendentes, vt alii eo citius sint in exemplo exequentes, Comitem Dyonisium, praenotatum, aut ipsius haeredes, haeredumque suorum successores vna cum duabus villis suis videlicet Chepel et Moschya vocatis, in eodem Comitatu

15 *

Hung existentibus de Iobbagyonatu Castri nostri praenotati exemimus, et nobilitauimus in medio Baronum nostrorum, ac sub tutelam vexilli nostri statuimus et confirmamus pro stipendio ac seruitio praefati Dyonisii. Vt igitur huius gratiae series robur obtineat perpetuae firmitatis, praesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Albae in Crastino S. Regis Stephani, per manus honorabilis viri Magistri Bartholomaei, aulae nostrae Vice-Canceilary, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini MCCLXXXI. kalendis Septemb. Indictione Octaua, regni autem nostri anno octauo.

Ex archiuo familiae Mokcsay.

*

A. Ch. S. n. Idem Ladislaus terram Chak vocatam filiis Ebed restituit sub castro Pernstain quinto die octauae Epiphaniae Domini.

Nos Ladislaus, Dei gratia, Rex Hungariae, memoriae commendantes tenore praesentium significamus vniuersis: quod terram seu possessionem Rajnoldi et Chak, filiorum Ebed, Chak vocatam, super qua Nicolaus, filius Heinrici Bani, contra ipsorum voluntatem quandam villam nomine Ujfalu construxerat, reddidimus et restituimus eisdem filiis Ebed, tanquam ius ipsorum haereditarium, iure perpetuo possidendum cum terra castriferrei, quam in eadem terra Chak mediante regio priuilegio se dicunt possedisse. Super quo, viso eodem priuilegio, cum praesentes nobis fuerint reportate, nostrum priuilegium, sicut expedit, concedemus. Datum sub castro Perinstain, quinto Die Octauae Epiphaniae Domini."

Ex archiuo familiae Niczkianae.

*

A. Ch. 1284. *Comes Elkinus Iudex Ciuitatis Strigoniensis obtento pro domo Iudiciaria ciuica fundo a Capitulo Strigoniensi in vicem gratitudinis, se, suosque ad tributum fori rite dependendum, obstringit.*

In Comitis Elkini Iudicis, ceterorumque Ciuium Strigonien. Ciuitatis litteris in octauis Pentecostes, Anno Domini MCCLXXXIV. priuilegialiter emanatis tenor hic comperiebatur: qualiter Tributary venerabilis Capituli Strigonien. tributum ipsius Capituli non alias, nisi in loco fori ipsorum, pro Capitulo Strigoniensi de omnibus rebus exigere tenerentur; tamen quia ipsum Capitulum necessitati dictorum Iudicis et ceterorum ciuium de Strigonio compatiens, eo quod domum Iudicialem alias habere nullo modo potuissent, nisi in terra ipsius Capituli, vbi ipsum tributum exigi esset consuetum; idem Capitulum ipsum locum, seu terram eorum pro aedificatione domus iudicialis Ciuitatis ipsorum ad eorum supplicationem, ipsis Iudici ceterisque ciuibus perpetuo iure concessissent; et quia timuissent, ne per hoc in ipso tributo damnum paterentur; ideo idem Iudex, ceterique ciues eidem Capitulo assumsissent, testimonio dictarum litterarum suarum mediante, vt tributary eiusdem Capituli praedictum tributum ab omnibus mercatoribus tam dictae Ciuitatis Strigoniensis, quam forensibus, vbicunque vellent, siue in porta, siue in vico ipsius ciuitatis, siue in Kamar (?) siue foro, liberam haberent exigendi facultatem; et contra resistentes Tributarys eiusdem Capituli, dummodo praefati Iudex et ciues per eosdem Tributarios forent requisiti, auxilium eorum impenderent, nullum damnum nullamque alienationem

vel molestiam in exactione dicti tributi eisdem, et ad ipsos pertinentibus fieri facerent, sed iuxta priuilegy formam Domini Belae regis prout vsque tunc exigeretur. Si vero aliqua grauamina quouis colore inuenta, ipsi Capitulo in facto tributi praefati Iudex et ciues facerent, vel fieri procurarent, tunc ipso facto domum iudicialem, quam praedicti Iudex et ciues in terra dicti capituli fecissent, ipsum Capitulum a praedictis iudice et ciuibus plenam rehabendi haberent facultatem. Si vero praefati Iudex et ciues vel eorum successores absque lite dimittere non curarent, tunc ipsi vel eorum posteritas contra ipsum capitulum in centum marcis conuincerentur, dummodo grauamina et damna notoria fierent euidenter."

Ex authentico transscripto regis Ludouici Anno M. CCCLXV. emanato.

*

A. Ch. 1289. *Laurentius, Praepositus de Iaszov terras Saul et Endrefölde cum parte molendini in concambium Comitibus Sunk, Nicolao, et Petro cedit.*

Laurentius miseratione diuina Praepositus de Iaszov, totusque conuentus eiusdem loci, omnibus Christi fidelibus, praesens scriptum inspecturis, salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire: quod nos habito pari consilio et deliberatione vna cum venerabili viro Ioanne Praeposito S. Stephani de Promontorio Varadiensi, Patre Abbate nostro, super prouentibus monasterii, volentes eosdem augmantare, si quidem tenues et exiles esse viderentur: quasdam terras monasterii nostri in Comitatu Gömöriensi, iuxta aquam Thurch exi-

stentes., Saulfeulde et Andreasfeulde vocatas, quarum vna, videlicet terra Andreae emptitia, terra autem Sauli donatiua, monasterio nostro esse dignoscuntur, cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis vniuersis, ex permissione nihilominus et licentia Domini regis dedimus, contulimus Sank, Nicolao et Petro Comitibus perpetuo possidendas, recipientes ab eisdem in concambium dictarum terrarum partem cuiusdam molendini, Hench malma vocati, in radice alpis Iaszov existentis, quam iidem ab eodem triginta duabus marcis fini argenti emerunt et nobis statuerunt. Eo tamen interposito; vt quicunque ipsos Sank, Nicolaum et Petrum Comites ratione dictarum terrarum molestarent, nos eosdem expedire tenebimur propriis laboribus et expensis. Metae autem dictarum terrarum taliter distinguuntur: Primo meta terrae Sauli incipit a parte ocidentali iuxta fluuium Turch, in quodam riuulo, iuxta terram eorumdem Comitis Sank, et fratrum suorum; dehinc procedit versus orientem ad tres metas terreas, quarum vna est ipsorum Sank Comitis, et aliorum, secunda Lucae, tertia terrae nostrae. Ab hinc progreditur versus meridiem ad vnum monticulum, ad metam sub arbore querci eleuatam. Et abinde per metas terreas currit ad magnam viam, qua itur versus Gumor ad metas terrarum Lucae et Beretkae vocatarum; dehinc vergit ad metam terrae Harkacs, deinde declinat vsque occidentem ad vnum riuulum, et per ipsum riuulum descendit ad quamdam vallem, et transiens ipsum pratum, ad quoddam nemus venit ad fluuium Turch: et ibi est meta terrea in litore eleuata; et per ipsum fluuium ascendit ad primam metam, et sic terminatur. Meta autem prima ter-

rae Andreae incipit a parte orientali in quodam riuulo, iuxta pomerium; quod vulgo meta gümulcheus vocatur, et tendit ad occidentem ad duas metas in latere cuiusdam monticuli eleuatas; deinde ascendit ad ipsum montem, metas terrarum Ras et Harkacs vocatarum. Ab hinc vsque plagam septemtrionalem vergit ad fluuium Csekpataka vocatum, ad metam terream, et in quodam fluuio protenditur ad orientem, et venit ad vnam metam, et dehinc per terras arabiles ad meridiem exit, et venit ad primam metam et sic terminatur. Vt igitur huius permutationis et concamby series salua semper et inconcussa permaneat praesentes eisdem Sank, Nicolao et Petro Comitibus concessimus litteras nostris sigillis communitas. A. Domini MCCLXXX. sexto."

Ex archiuo Praepositurae Iaszov. Litterae hae ob discrepantiam a solito Praepositurae sigillo in iudiciis anno 1339. et 1358. inuigorosae sunt inuentae.

*

A. Ch. 1288. *Ladislaus Chunus R. H. tributum fori Capitulo Strigonien. ac monialibus de insula debitum moderando praescribit.*

Ladislaus Rex omnia priuilegia Capitulo Strigoniensi ac Monialibus de insula a Praedecessoribus concessa, et quaeuis singula praemissorum in litteris suis priuilegialibus sub anno MCCXXXX. VIII. confectis, acceptando, ratificando, confirmando, ipsum tributnm moderandum, quantum videlicet, de quibuslibet rebus ad ipsum tributum deferendis, exigi deberet, atque tali dispositione praesentibus infra verbaliter inserta duxit limitandum. Quod Mercator de Ruscia veniens vnius equi, siue in Pesth, siue Strigonii siue alibi descen-

dat et similiter hi, qui pelles deferunt caras, soluent dimidiam marcam. Item si de Bulgan, quod dicitur Marchia, Ciues Strigonien. portent vinum, siue in carinis, siue in curribus, de qualibet tunella soluant duo pondera: item si homines de Marchia vinum deferant Strigonium, de viginti tunellis soluant vnam marcam. Item si vina venalia de quocunque locorum Strigonium deferant, siue de Simigho, siue de Zala, siue de Sabaro, siue de Pesth, in carina siue in curru, de qualibet tunella vnum pondus debetur. Item de qualibet carina de vino Bulgan tributariis datur vltra tributum supradictum vnus cubulus de vino; item si vina de Marchia, vel aliis locis delata Strigonium aliqui Extranei, siue in aurifodinam, siue in Bohemiam, quocunque extra regnum, de qualibet tunella debet emptor vnum pondus, antequam Danubium transeat. Item si panni veniunt, de quadraginta peciis pannorum coloratorum vna marca debetur; Item si Mercatores Veneti veniant, centesimam partem omnium mercimoniorum suorum soluunt. Item de pannis frustanicis, marcam valentibus: datur dimidium pondus; vel si fuerit maioris pretii soluetur iuxta eorum valorem. Item de pellibus Sgnotionum (?) duorum millium, sex pondera soluuntur. Item singulae mansiones fabrorum, sutorum et aliorum operariorum, qui suas fenestras habent, in quolibet sabbatho dimidium Frisaticum debent. Item pistores de vico, seu aliubi quolibet sabbato vnum panem dant; Item Tabernary vini, et cereuisiae, cuiuscunque nationis sint, et vbicunque in ciuitate Strigoniensi vendant talia, quolibet mense tria pondera dant. Item de quolibet boue pastuali, - - - marcarum

emptor debet **vnum frisaticum**; similiter de porcis, item de quinque ouibus, emptor debet vnum frisaticum. Item a Pascha vsque ad festum S. Ioannis Baptistae de decem agnis vnum frisaticum, deinceps soluitur sicut de ouibus. Item de duobus pannis criseis vnum pondus, similiter de ceconica tela; item de minutis, vtpote caseis et fructibus, centesima pars datur; item de singulis carinis oneratis, quae de aliis terris descendunt, iustum et solitum tributum datur, vt supra dictum esset, secundum qualitatem rerum delatarum. Item de quolibet curru frumenti, siliginis hordei, auenae, brasy, vel etiam piscium paruulorum, qui quotidie deferri consueuerunt ad forum, vnum pondus datur, exceptis seruis regis, qui dimidium tributum soluunt. Item de singulis Vzonibus recentibus et salsis, vnum pondus; item de duobus Sturionibus sicut de vno Vzone; item de quolibet viuario paruorum piscium vel maiorum, vel in viuariis, vulgariter Bárka vocatis, soliti sunt portari ad forum, duo meliores pisces viuary persoluuntur. Item de curru Masa vocato, salsorum piscium minorum, vel luciorum maiorum, et pasardorum vnciam dant; Item de Masa vel centenario kupri, duos frisaticos, item de Masa, vel centenario plumbi vnum frisaticum. De omnibus autem minutis fori, sicut de lino, de canapo, ollis, scutellis, scyphis et aliis datur secundum consuetudinem approbatam; item Marcellary singulis diebus carnium dant dimidium frisaticum; exceptis qui carnes bouinas vendunt, qui dimidiam cutem bouum, quos occidunt, soluunt. Item si aliquis centum cutes emtas siue in curru, seu nauigio de Strigonio deferat, dat vnciam, tantundem datur

de pellibus caprinis et ouinis. Item de vna Masa cerae, quae continet ducentas viginti marcas, in pondere, viginti Frisatici dantur, siue quatuor pondera. Item de centum Zuanis salium, de quocunque locorum, quomodocunque Strigonium deferantur, Zuanus salis datur. Item si carinae de partibus inferioribus ascendant, continentes cutes boum, de centum cutibus soluitur vncia (vna). Item de singulis nauibus vectualium de Toravagdo (?) datur vnus frisaticus. Item Mercatores, qui in loco fori sunt cum suis tentoriis, singuli soluunt in omni Sabbatho vnum frisaticum; item de singulis curribus transeuntibus cum suis mercimoniis ad confinium, soluitur iustum tributum. Similiter et de magnis bobus, si pellantur extra forum, vel in curru ad confinium, de quolibet boue emptor dat duos Frisaticos. Item de curribus cum transeuntibus mercimoniis, de Mossonio in Pesth, et de Pesth in Mossonium, qui non intrant ciuitatem Strigoniensem, in villa Thath integrum soluitur tributum. Item venditores vestium antiquarum, pileorum, Chirothecarum, et Cerdones, quolibet Sabbatho dant vnum frisaticum. Item venditor seruorum et ancillarum dat quadraginta denarios vsuales. De singulis oneribus cumulorum, quae Bytel vocantur, et de Senna soluitur vnus frisaticus."

Ex authentico transscripto Ludouici R. H. anno 1365. emanato. Est hoc documentum, originarie Emerici R. H. tum spectato numorum vsualium cursu, tum etiam commercii intuitu, maximi momenti.

*

A. Ch. 1290. Capitulum Castriferrei, Nicolaum, filium Sebe, de genere Iak, se obligasse, possessiones suas possessionarias nemini, nisi nominatis congenerationalibus, dare, aut legare posse, testatur.

Nos Capitulum Ecclesie Beati Michaëlis Archangeli de castro ferreo, notum facimus tenore praesentium vniuersis, quod Nicolaus, filius Sebe, de genere Iak, coram nobis constitutus, obligauit se, quod si possessiones suas Iak, sitas iuxta Ecclesiam Beati Michaëlis Archangeli, et Kereuselleu vocatas a parte septemtrionali, venditioni exponere voluerit, non poterit aliis, nisi Comiti Iak et Renoldo, filys Ebed, ac Stephano, filio Iaak, Iohanni, filio Sebastiani, Kemen, filio Kemen, Iohanni, filio Martini, Michaëli, filio Thomae, Gregorio, filio Sandur, et Mike, filio Benedicti, generationibus suis; si vero in extremis suis legare Ecclesiae voluerit praescriptas possessiones, non poterit, nisi pecuniam vel valorem earumdem. Cuius quidem Nicolai compositioni Chepanus et Laurentius de Sitke, Sebe, Paulus, et Beke, Nicolaus, filius Zuoch pro se et pro Paulo Beke, Dyonisio, et Zuoch, fratribus suis vterinis, Martino et Ladislao, filio Ladislai, Ladislao filio Dyonisy, propinguiores praescripti Nicolai consensum praebuerunt et assensum; obligantes se, quod nullius temporis lapsu Nicolaus et praescripti viri ad illam partem syluae Rabae, vbi Comes Iaak et fratres sui commorantur, — possint transire. E contra Iaak et Renoldus, ac eorum propingui ad alteram syluae Rabae, in qua Chepanus et Laurentius manent, resident — ratione possessionum possent vendicare. Si vero praescriptus Nicolaus

ipsas possessiones conferre, seu donare, Iak, Renoldo, filys Ebed, ac sociis suis ex gratia vel fauore voluerit, liberam conferendi habeat facultatem. Quod vt ratum sit, praesens scriptum concedimus nostro sigillo communitum. Magistro Michaële Praeposito; Custodia vacante; Simeone Decano existentibus. Anno ab Incarnatione Domini MCCXCV. L. S. pend.

Ex archiuo familiae Niczkianae.

*

A. Ch. 1290. *Capitulum Iaurinense Nicolaum, filium Sebe cum filiis Ebed et Iak circa portiones suas alienandas aut legandas conuenisse testatur.*

Capitulum Iauriensis Ecclesiae omnibus Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod Nicolaus, filius Sebe, Stephanus et Laurentius de Sitke, Sebe, filius Zobolch, Beke, et Paulus fily Pauli, Nobiles de generatione Iaak, pro se et pro Nicolao, Paulo, Beke, Dyonisio et Zoch, filys Zoch, item Martino et Paulo, filiis Ladislai, et pro Ladislao, filio Dyonisy, proximis suis ab vna parte, Comes Iaak, filius Ebed, pro se, et pro Renoldo fratre suo, nec non pro Stephano, filio suo, item Iaannes filius Tristani, Kemen filius Kemen, Michaël, filius Thomae, et Gregorius, filius Sandur, pro se, et pro Joanne filio Martini, ac Myke, filio Benedicti, Nobiles de eadem generatione Iak ex altera, ad nostram praesentiam personaliter accesserunt, et praedictus Nicolaus, filius Sebe, adstantibus eidem praefatis Stephano, Laurentio et eorum propinguis memoratis, volentibus et consentientibus,

et in nullo contradicentibus, assummendo promisit, et promittendo se obligauit, quod, si possessiones suas haereditarias, vnam videlicet, quam habet in Iaak, apud Ecclesiam Sancti Michaëlis Archangeli, et aliam Kouruselu vocatam, venditioni exponere voluerit, siue pignori obligare, non aliis nisi Renoldo, et Iaak Comitibus, ac eorum proximis antedictis vendere poterit, seu pignori obligare. Et quod plus est: si dictus Nicolaus in legandis et donandis eisdem possessionibus suae saluti voluerit prouidere, remanentibus ipsis possessionibus apud dictos filios Ebed, et proximos eorum eis, cuicunque, vel quibuscunque eaedem datae fuerint et collatae, ydem fily Ebed et proximi sui soluent pecuniam, super qua per probos homines fuerint aestimatae. Praeterea partes pro bono pacis perpetuo duraturae ordinauerunt inter se, quod quia possessiones ipsarum partium per aquam et syluam Raba distinguuntur, possessionibus videlicet Stephani et Laurentii ac proximorum suorum proedictorum ex parte aquae Rabae a meridie, et ab oriente, et possessionibus praefatorum filiorum Ebed, et propinguorum suorum a parte praedictae aquae versus aquilonem et occidentem remanentibus ; de caetero neque Stephanus, Laurentius et proximi eorum a parte possessionum filiorum Ebed, et propinguorum suorum; et e conuerso neque fily Ebed et propingui sui a parte possessionum Stephani et Laurentii et proximorum eorum aliqua ratione vel aliquo titulo mediantibus poterunt aliqua iura portionis vendicare; addiderunt insuper, quod si saepe dictus Nicolaus suas praefatas possessiones ex fauore dilectionis saepedictis filiis Ebed et proximis co-

rum siue in vita, siue in morte liberaliter donauerit, erit sibi liberum facere. In quem etiam articulum Stephanus et Laurentius, ac proximi eorum pure et simpliciter consenserunt. In cuius rei memoriam praesentes concessimus litteras, nostro sigillo roboratas. Datum feria quinta post festum sancti Georgii Martyris. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo. Magistris Carachino Praeposito, Dominico Cantore, Bors Lectore, Stephano Custode, Ecclesiae nostrae existentibus."

Ex archiuo familiae Niczkianae.

A. Ch. 1291. *Andreas R. II. terram Csöz a Ladislao, praedecessore suo primitus donatam, filiis Ebed in bello contra Albertum Austrium bene meritis, relinquit nouitusque donat.*

Andreas, Dei gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris, praesentes litteras inspecturis, salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire: Quod cum Renoldus et Jáak, fily Ibed, quandam terram Cheuz vocatam, a Domino Ladislao Rege, fratre nostro patruele, sibi dari petiuissent, et idem Dominus Ladislaus Rex, quia de qualitate et quantitate ipsius terrae sibi veritas non constabat, Capitulo Castriferrei suis litteris dedisset in mandatis, vt Mykov, homo ipsius Domini Ladislai Regis coram testimonio ipsius Capituli reambularet eandem terram, et statueret ipsis Renoldo et Jaak, si non fieret contradictum; contradictoribus, si qui fierent, ad regiam prae-

sentiam euocatis, tandem eodem Domino Ladislao rege, viam vniuersae carnis ingresso, et nos diuino munere in regni solium et gubernaculum successissemus iure et ordine geniturae, ydem Renoldus et Jaak ad nostram accedentes praesentiam litteras dicti Capituli ferrei Castri exhibuerunt nobis in haec verba: Excellentissimo Domino suo Ladislao, Dei gratia, illustri regi Hungarie, Capitulum Ecclesiae S. Michaelis de castroferreo, orationes in Domino, cum perpetuae fidelitatis obsequio. Litteras Vestrae Excellentiae recepimus reuerenter, in quibus vidimus contineri, quod vos quandam terram Cheuz vocatam, Renoldo et Jaak filiis Ibed contulissetis, super quo praecipiebatis nobis cum Myko, filio Georgy, homine vestro mitteremus, coram quo idem Myko homo vester reambularet ipsam terram praesentibus commetaneis et vicinis, si non fieret contradictum; contradictoribus autem, si qui fierent, ad Vestram praesentiam euocatis. Verum cum vestris praeceptis et mandatis fideliter in omnibus obedire debeamus, vnum ex nobis transmisimus ad negocium exequendum; qui demum ad nos rediens retulit requisitus, quod praedictam terram Cheuz vocatam reambulassent, praesentibus commetaneis et vicinis; et quia ydem non contradicebant, statuerunt ipsam terram Renoldo ac Jaak, filiis Ibed memoratis. Super qua duae mansiones sunt inuentae. Datum in die Sanctorum Cosmae et Damiani. Nos itaque consideratis fidelitatibus et seruitiorum meritis, dictorum Renoldi et Jaak primum Ladislao regi, et demum nobis in expeditionibus in confinio regni nostri emergentibus, ac contra Albertum Ducem Austriae, qui confinia regni deuastabat, et

postmodum in exercitu nostro generali, quem contra eundem Ducem Austriae habebamus, exhibitis et impensis, praedictam terram Cheuz cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis suis vniuersis, primitus per Dominum Ladislaum regem eisdem collatam reliquimus, et etiam de nouo dedimus, et contulimus saepe dictis Renoldo et Jaak, ac per ipsos haeredibus eorumdem, haeredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam sub eisdem metis et terminis antiquis, quibus eadem terra habita dignoscitur et possessa. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem praesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Theodori, Albensis Ecclesiae Praepositi, aulae nostrae Vice-Cancellary, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini Millesimo ducentesimo, nonagesimo primo. Duodecimo kalendas Augusti regni autem nostri anno secundo."

Ex archiuo familiae Niczkianae.

*

A. Ch. 1291. *Capitulum Castriferrei Ioannem, filium Christiani, terras a Comite Nicolao Sebe aquisitas congenerationalibus de Jak cessisse, fatetur.*

Nos Capitulum Ecclesiae S. Michaëlis Archangeli de castroferreo notum facimus tenore praesentium vniuersis: quod Ioannes, filius Christiani, coram nobis personaliter constitutus, de illis terris suis, quas sibi Comes Nicolaus Sebe vigore nostri priuilegii contulit, videlicet portionem suam existentem in Jak, quae sita apud Ecclesiam B. Michaëlis Archangeli, et alteram portionem, quam habebat in terris Keöröselleö vo-

catis a septemtrionali parte, quinque portiones Comiti Jak et Stephano filio eiusdem, Renoldo Comiti generationis suae dedit, donauit et contulit coram nobis perpetuo iure pacifice, et quiete habendas, et possidendas; hoc adiecto, quod de illis quinque portionibus suis duas portiones de propinguorum linea filiorum Comitis Ebed descendentes, quibus libuerit, iusto pretio persoluto ad se redimendi habeant facultatem. Quod vt ratum sit, praesens - - - - - - - - - - scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Michaële Praeposito Ecclesiae nostrae, Iacobo custode, Germano Decano existentibus Anno ab Incarnatione, Domini MCCXCI.

Ex archiuo familiae Niczkianae.

A. Ch. 1291. *Thomas Praepositus et Capitulum Strigonien. donationales Stephani de anno* 1271 *pro Pascasio Episcopo Nitrien. transumit.*

Thomas Praepositus et Capitulum Sanctae Strigonien. Ecclesiae, omnibus Christi fidelibus praesentibus et futuris, notitiam praesentium habituris, salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: Quod venerandus in Christo Pater Pascasius, diuina miseratione Episcopus Nitriensis, ad nostram personaliter accedens praesentiam, exhibuit nobis quasdam litteras inclytissimi Principis et Domini Domini Stephani, felicis recordationis, quondam regis Hungariae illustris, petens nos cum instantia, vt quia ipsas litteras in propria specie propter viarum discrimina secumferre non posset, easdem litteris nostris priuilegialibus transcribi faceremus vberiorem ad

cautelam. Quarum tenor talis est: Stephanus (v. ad an. 1271.) Nos vero iustis et legitimis petitionibus ipsius Domini Episcopi fauorabiliter in hac parte inclinati, praefatasque litteras priuilegiales non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte vitiatas comperientes, de verbo ad verbum praesentibus transcribi facientes, sigilli nostri appositione, in maiorem firmitatem duximus consignandas et per medium alphabeti intercisas. Datum in festo Ascensionis Domini an. eiusdem MCCXCI."

Ex authentico transumpto eiusdem Capituli de anno 1378.

*

A. Ch. 1292. *Henricus, Abbas S. Benedicti de Gran, villanum de Saro, nomine Motor, seruitiorum merito in numerum Iobbagionum exercituantium transfert.*

Henricus, miseratione diuina, Abbas monastery S. Benedicti de Gran, et Conuentus de eadem, memoriae commendamus, quibus expedit vniuersis, praesentium per tenorem: Quod accedens ad nostram praesentiam Motor cum fratribus suis, videlicet Comite Michaële et Georgio, quandam particulam terrae Cocorum nostrorum circa Gran, Saro vocatam, et sine haerede decedentium, a nobis humiliter postulauit sibi dari; Nos itaque praedictum Michaëlem Motor, et Georgium, in sinum matris Ecclesiae accedere cupientes, ex consensu autem fratrum nostrorum, videlicet Leone Decano, Dominico Custode, Ioanne Clauigero, et alys ex permissione et voluntate Iobbagyonum Ecclesiae nostrae, videlicet Tyuodorio, Benedicto Comite, Farcassio, et aliorum, eumdem Michaëlem cum fratribus suis nominatis, pro seruitiis suis fideliter nobis exhibitis, quae in

tota tribulatione Regni Hungariae nobis et Ecclesiae nostrae fideliter exhibuerunt, eosdem in numerum Nobilium Iobbagyonum Ecclesiae nostrae exercitualium recepimus Specialem, et eis terram superius nominatam, videlicet Saro vocatam, cum omnibus vtilitatibus suis, nemoribus, foenetis, agris et aliis ad eam pertinentibus, dedimus, donauimus, et contulimus, irreuocabiliter et pacifice possidendam, et filys eorumdem, ac haeredibus, haeredumque successoribus. Ad cuius rei memoriam, et ad totius rei veritatem concessimus litteras nostras sigilli Ecclesiae nostrae munimine roboratas. Datum Anno Domini MCC. nonagesimo secundo. In festo S. Egidy. "

Ex originali eruit God. Kéler Anal. Tom. IV. p. 460.

A. Ch. 1294. *Capitulum Agriense de possessione Harkács, Comitatus Gömör, Comiti Paulo, filio Iack vendita, metis consignatis, testatur.*

Capitulum Ecclesiae Agriensis salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus peruenire: quod Bene, Micus, et Andreas, fily Stephani, item Iohannes, filius Ivan, item Petrus et Vrbanus, fily Andreae, item Iacobus, Adrian et Bede, fily Chepani, item Fabianus et Petrus, fily Bodonya, item Petrus et Elecus, fily Alberti, item Nicolaus, filius Buhtae; item Misejeu, filius Leustachy; item Paulus, filius Martini, ac Matheus de genere Utruchak, et Bedeh de villa Otrochak ab vna parte; ab altera vero Comes Paulus, filius Jachk, personaliter coram nobis constituti, per eosdem Nobiles Bene, Micus et Andream, filios Stephani, et alios praescriptos nobis propositum extitit et relatum: Quod quandam terram, seu

possessionem ipsorum aquisitam Harkács vocatam, in Comitatu Gömöriensi, ex vtraque parte fluuy Thurocz existentem, cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis, videlicet terris arabilibus, syluis, foenilibus ac nemoribus, et aliis quibus libet sub eisdem metis et terminis antiquis, quibus iidem Nobiles de Utruchak ex vtraque parte praedicti fluuii Thurucz hactenus se dixerunt possedisse, eidem Comiti Paulo, filio Jachk, septuaginta quatuor marcis, plene receptis ab eodem, vendidissent, et vendiderunt coram nobis, sibi et suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam. Item etiam obligarunt se iidem Nobiles Bene, Micus et Andreas, fily Stephani, Ioannes, filius Ivan, Petrus et Vrbanus, fily Andreae, item Iacobus et Andrian, ac Bede fily Chepani; item Fabianus et Petrus, fily Bodonya, item Petrus et Elecus, fily Alberti, item Nicolaus, filius Buthae, item Misejew, filius Leustachy, item Paulus, filius Martini, ac Mathaeus et haeredes ipsorum, praedictum Comitem Paulum, filium Jachk et haeredes eiusdem ab omnibus ratione praefatae terrae impetere nitentibus, defendere propriis laboribus et expensis, et expedire. Item Comes Nicolaus, filius Bathiz de Guhmur, item Leukes, filius Rolandi, et Mathee de iuxta Thurucz ex parte possessionis ipsorum; item Ioannes, Thomas et Alexander, fily Hunch, item Paulus, filius Pauli, ex parte possessionis dictae Raz, item Nicolaus, filius Stark, et Petrus, filius Sank, ex vtraque parte fluuy praedicti Thurucz similiter ex parte possessionis ipsorum, vicini et commetanei praedictae possessionis Harkács personaliter

coram nobis constituti, huic emtioni, praedicto Comiti Paulo, filio Jachk plenum consensum praebuerunt, et assensum. Ceterum etiam repetens praedictus Comes filius Jachk, ab eisdem Nobilibus coram nobis illam rationem, seu instrumenta, quibus mediantibus per ipsos, aut per ipsorum antecessores ipsa possessio Harkács inuenta extiterit, et acquisita, contra quem Bene, Micus et Andreas, fily Stephani, et aly praescripti Nobiles eo modo responderunt, quod haberent instrumenta seu rationes, sed quia libertas possessionis ipsorum, et eorumdem Nobilium in eadem contineatur, pro eo reddi eidem nequirent; sed assumserunt et obligarunt se iidem Nobiles de Otrochak, quod quandocunque processu temporis coram quocuncunque Judice super facto eiusdem possessionis venditae Harkács praedictae ad litem contra eundem Comitem Paulum, filium Jachk, exhiberent, mortuae et vicibus cariturae, ac cassatae in exhibendo dignoscantur, insuper in vinculo calumniae aggrauentur. Et si posteritas aut fily ipsorum Nobilium de Vtrochuk, instrumenta, seu rationes litterales contra haeredes aut filios eiusdem Comitis Pauli, in praesentia cuiuscunque Judicis exhiberent, eodem grauamine, seu obligamento aggrauarentur eo facto. Metas autem ipsius terrae Harkács, prout partes in nostri praesentia expresserunt: prima meta incipit iuxta viam magnam euntem ad Gumur, vbi sunt tres metae terrae; quarum vna est ex parte aquilonis Nicolai, fily Mark, et Petri, filii Sank, alia vero meta ex parte meridiei est terrae Harkách, et per eandem viam vadit versus villam Gumur, et perueniet ad aliam viam antiquam, et per ipsam viam antiquam

in latere montis eundo versus meridiem, perveniet ad tertiam viam, et eundo per partem, et inter ipsas vias, iungit se ad arborem Tiliae, Harsfa vulgariter dictam, quae stat pro meta; ab hinc vero procedit versus eandem partem meridiei, iuxta terram arabilem ascendendo perueniet super montem, ad arborem querci, quae stat pro meta; iuxta quam est alia terrea, deinde vero de ipso monte alto descendit versus eandem partem meridiei, perueniet ad pratum, et in ipso prato iuxta Eer, quod vulgariter dicitur, est meta terrea; ab hinc vero vadit de ipso prato ad eandem partem meridiei, et perueniet ad vnam viam, vbi ex vtraque parte viae sunt duae metae terreae, et in ipsa via per vnum nemus, in fine ipsius nemoris perueniet ad metam terream, et vadit ab hinc ad eandem partem per ipsam viam ad arborem vlni, quae vulgariter Zilfa dicitur, quae stat pro meta, et de ipsa arbore vlni vadit iuxta terram arabilem, et perueniet ad vnum Mesdgye vulgariter dictum, vbi et meta terrea; deinde iungit se ad viam vnam, et eundo per ipsam perueniet ad vnam metam terream iuxta vnum Eer vulgariter dictum. Ab hinc vero vadit et transit vnum riuulum, similiter ad partem meridiei eundo, vbi et sunt duae metae terreae; deinde vero eundo similiter versus partem meridiei cadit in fluuium Turuch, vbi iuxta ipsum fluuium sunt duae arbores, arbor pomi et arbor Egurfa dicta, quae stant pro metis, in terris circumfossis. Ab hinc descendit per ipsum fluuium Thurucz vsque vadum, quod est ante domum Leukes. quod Rev dicitur vulgariter. Et infra ipsum Rev de ipso fluuio exit, et cadit in riuulum paruulum eundo versus partem occidentalem per competens spa-

tium, et transeundo finem alicuius nemoris perueniet ad duas metas terreas, in medio vnius prati, de ipso prato vadit ad foenetum Leukes; iuxta quod foenetum nemoris, sunt duae metae antiquae terreae; ab hinc vero vadit ad eandem partem occidentalem, et perueniet ad vnam magnam foueam, in cuius medio est dumus, quaeRakatyahbukur dicitur; iuxta quem est alia meta terrae; deinde vero ascendit super montem, vbi super monticulum inter duas vias est meta antiqua terrea; ab hinc vero ascendendo iuxta viam lapidosam, Kevetzesut dictam, perueniet ad metam terream; abinde vero ascendit super alium montem, vbi sunt tres arbores, duae vero arbores ilicis, tertia vero arbor Tiliae, quae stant pro metis cum terris circumfossis. Deinde vero vadit ad caput vallis terrae Raz, vbi sunt duae metae terreae, et per eandem vallem iuxta terram Raz ascendit vsque partem aquilonis, vsque metas terrarum Raz, vbi sunt quatuor metae, duae vero metae sunt terrarum Raz, tertia vero arbor ilicis, quae est meta terrae Harkács, quarta vero arbor pomi, meta terrae Nicolai, filii Stark, et Petri fily Sank. Ab hinc vero procedit per viam euntem in villam Sank, et perueniet ad duas metas, quarum vna est arbor ilicis, alia vero meta terrea. Deinde vero per viam lapidosam Kevesut dictam, et descendit ad vallem, et per medium vnius lacus - - Rakatyas dictam eundo perueniet ad duas vias antiquas, inter quas est mera terrea. Ab hinc vero procedit per competens spatium in rubetum, perueniet ad metam terream, deinde vero eundo ad eandem partem aquilonis, jungit se arbori ilicis in terra circumfossa. Ab hinc vero ad eandem partem procedens perueniet ad

rubeta, inter qua sunt quatuor metae terreae, ex quibus duae metae antiquae, duae vero erectae, quando ipsa possessio ad manus Comitis Pauli est deuoluta. Ab hinc vero eundo in eisdem rubetis, perueniet ad terram arabilem, et in ipsa terra arabili est meta terrea. Deinde vero de ipsa terra arabili iungit se ad viam vnam, et eundo in ipsa perueniet ad riuulum Csehpatak dictum, iuxta quem riuulum sunt duae arbores, quarum vna est cum terra circumfusa arbor ilicis, alia vero arbor pyri, quae stant pro metis, et cadens in ipsum riuulum descendit in eodem, perueniet ad vnum pratum, iuxta quem riuulum in ipso prato stant duae metae, et transeundo ipsum pratum, cadit versus orientem in fluuium Thuruch, iuxta quem fluuium sunt tres metae; duae terreae, tertia vero lapidea; et in ipso fluuio Thuruch descendit per eundem, ad eandem partem orientis, vsque ad duas arbores, quarum vna est arbor ilicis, alia vero arbor pomi, quae stant pro metis in loco angulari eiusdem fluuy. Ab hinc vero vadit directe ad eandem partem orientis et perueniet ad riuulum Praepostpataka dictum, per competens spatium eundo iuxta ipsum est vna meta terrea, et procedens in eodem riuulo, ascendens ad eandem partem orientis, iuxta quem iungit se ad aliam metam terream, et deinde ascendendo in eodem riuulo Praepostpataka dicta vsque ad locum, vbi idem riuulus intercurrendo diuiditur ad duas partes, vbi inter ipsas est meta terrea, et eundo per bonum spatium iungit se arbori Nyirfa dictae; deinde vero vadit similiter ad eandem partem orientalem, vsque ad stagnum Rakatyastho dictum, vbi sunt duae metae terreae, et procedens ascendit

super monticulum ad eandem partem, super quo iungit se arbori ilicis, quae stat pro meta. Abhinc vero vadit ad eandem partem orientalem, et perueniet ad viam euntem in Gumur, iuxta quam sunt duae arbores ilicis, quae stant pro metis. Deinde perueniet ad metas priores, et ibi terminatur. In cuius rei memoriam ad instantiam partium praesentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas, praesentibus tamen Magistro Paulo Lectore, Mathia Cantore, Myko Custode, Marco de Patha, Nicolao de Borsua, Aegidio de Ungh, Ioanne de Zabolch, et aliis multis. Anno Domini Millesimo, ducentesimo, nonagesimo quarto. Regnante Andrea, illustri rege Hungariae, Gregorio Archielecto Strigoniensi, Ioanne Archiepiscopo Colocensi, et Domino nostro, Venerabili Patre Andrea, Dei gratia, Episcopo Agriensi existentibus."

Ex authentico transumto eiusdem Capituli de anno 1471.

*

A. Ch. 1295. *Conuentus de Calidis aquis Thomam, filium Thomae, ciuem de ipsis calidis aquis, vineam suam in territorio Ujmál Ladislao de veteri Buda vendidisse, perhibet.*

Omnibus Christi fidelibus, praesentem paginam habituris Frater Georgius, Prior et conuentus Ecclesiae Sanctae Trinitatis de calidis aquis salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum tam praesentium, quam futurorum notitiam harum serie volumus peruenire: Quod Thomas, filius Thomae de Kabas, de Szechen, conciuis noster, de eisdem videlicet Calidis aquis, coram nobis personaliter comparendo, quandam particulam de vinea sua existenti in promonthorio villae S. Iaco-

bi in Ujmál vocato, continentem certa iugera terrae, vicinam et commetaneam vineae eiusdem Thomae, ab vno latere, et vineae Gerung Pistoris, ciuis castri eiusdem; ex alio cum terra et Ecclesia pertinenti ad eandem particulam vineae, per iam dictum Thomam venditae de consensu et bona voluntate Dominae Consortis suae, cognatorum suorum, et omnium generationum suarum; imo penitus nullo contradictore comparente, pro quatuor marcis plene habitis et receptis, Lazk de veteri Buda, similiter et praesentialiter comparenti et praesenti, suorumque haeredum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter tenendam et habendam vendidisse, est confessus. Assumpmendo idem Thomas, filius Thomae, ipsum Lazk et suos haeredes ab omnibus ratione dictae particulae vineae et terrae incultae molestare, seu inquietare volentibus, propriis laboribus et expensis secundum vsum et consuetudinem ab antiquo approbatam, expedire et liberare. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem parcium, nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini MCCXCV.

Ex archiuo Camerali.

*

A. Ch. 1297. *Idem Andreas, filios Kevél de Szelnicze, inter filios Iobbagyonum, cum terris ipsorum distinctis, seruitiorum merito transfert.*

Andreas, Dei gratia, Hung. Croat. Ram. Seru. Galli. Lodom. Cumaniae, Bulgariaeque Rex. Omnibus Christi fidelibus, praesens scriptum inspecturis, salutem in eo, qui est omnium salus. Vniuersorum notitiae, tam praesentibus, quam futu-

ris, harum insinuatione litterarum volumus fieri manifestum: Quod Benedictus et Stephanus, filii Kevel de Szelnicze, de Liptoa, ad nostram accedentes praesentiam, exhibuerunt nobis patentes litteras Magistri Demetrii Comitis de Zolom, dilecti et fidelis nostri, supra libertate eorum et terrae confectas; petentes nos humillime et deuote, vt ipsas patentes litteras ratas habere, nostroque priuilegio dignaremur de benignitate regia confirmare. Quarum quidem patentium litterarum tenor talis est: Nos Magister Demetrius, Comes de Zolyom, quibus expedit, significamus vniuersis: quod nos ad speciale mandatum Domini nostri Andreae, Dei gratia illustris regis Hungariae, Benedictum et Stephanum, filios Kevél de villa Szelnicze, de Liptoa, de gratia et Benignitate regia de medio ipsorum populorum exemptos, et in numerum filiorum in Liptoa existentium Iobbagionum, translatos relinquimus perpetuo pacifice permanendos in ipsa scilicet, et eadem libertate, qua ceteri fily Iobbagyonum de Liptoa gratulantur, dantes eisdem et statuentes terram ad quatuor aratra sufficientem de dicta terra dictorum populorum ex vna parte in concambium terrae, scilicet portionis suae, quam cum ipsis populis in communi dignoscebantur, possidere, praesentibus populis dictae villae vniuersis, certis metis et signis circumdando perpetuo possidendam, nullo contradictore existente. Metae autem ipsius terrae hoc ordine distinguuntur: prima meta incipit a parte orientali super vnum siccum Potok, quod vulgariter siccum Presek vocatur, et dein vadit ad aliud Potok, Nadasd nuncupatum, per quem currit superius ad partem occidentalem, vsque ad caput ipsius

Potok, de cuius capite venit ad vnam metam terream, positam sub arbore Nirfa, de qua vadit, et postmodum transit Potok formicarum, posthaec vadit superius vsque ad cacumen montis ad metam populorum de Valara; de qua meta tendit ad septemtrionem; et descendit infra, peruenit ad arborem Harus, quae stat in capite Szezterecz Potok, de quo currit per antiquam metam vsque ad vnam petram, que Cseren nuncupatur; de qua petra incipiendo vadit vsque ad alpes, et ipsis alpibus tendit iterum ad partem orientalem, de quibus vadit et cadit vallem vnam in profundam, de qua valle ascendit iterum, et currit ad vnum foramen lapidis, de quo descendit, et vadit ad caput ipsius sicci Prcsek Potok, per quem descendit iterum ad primam metam, et ibi terminatur. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem, praesentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum An. Domini MCCCXCVI. Nos itaque, quia inter est regiae Maiestati, ad suos subditos modestos et fauorabiles esse, circumspicere et considerare suorum fidelium honestates et probitates, primum iustis ipsorum petitionibus inclinati, et demum propter seruitia eorumdem Benedicti et Stephani, filiorum Kevel, quae nobis in diuersis expeditionibus regni nostri tam notorie et fideliter, sicque laudabiliter exhibuerunt ac impenderunt, coram oculis nostrae Maiestatis, easdem litteras, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte vitiatas, de verbo ad verbum rescriptas, praesentis priuilegii nostri patrocinio duximus concedendas. Et insuper eandem terram cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis suis eisdem Benedicto et Stephano, filiis suis et

haeredibus eorumdem, haeredumque suorum successoribus dedimus, donauimus, et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas et habendas. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem ad petitionem eorumdem diligentem praesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas, Datum per manus venerabilis Patris Theodori, Dei gratia, Episcopi Iauriensis, Vice-Cancellarii nostri, dilecti et fidelis nostri, Anno Domini MCCXCVII. regni autem nostri anno sexto. "

Ex Originali eruit God. Kéler Annal. Tom IV p 463.

*

A. Ch. 1298, *Capitulum Iaurinense Comitem Suur de genere Osl medietatem possessionis suae Hublen, Comitatus Sopron., Comiti Perlup, genero suo oppignorasse testatur,*

Mos Capitulum Iauriensis Ecclesiae vniuersis, quibus expedit, presencium significamus per tenorem: quod Comes Suur, filius Comitis Petri de genere Osl, coram nobis personaliter constitutus, medietatem possessionis sue Hublen vocate, in Comitatu Supruniensi existentis, quam medietatem, circa fraternam diuisionem cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis medietatis possessionis eiusdem in suam dicebat cessisse portionem, salua alia medietate dicte possessionis, quae filios Comitis Andree, fratris sui contingit, sicut ipse nobis retulit, cum praenotatis vtilitatibus porcionis sue vniuersis, Comiti Perlup, genero suo, pro centum et viginti marcis latorum Viennensium denariorum, decem pensis pro qualibet marca computatis, pignori obligauit; quam pecuniam, pro necessitati-

bus suis confessus est se plenarie recepisse ab eodem, huiusmodi videlicet articulis conditionum interpositis, quod quandocunque ipse Comes Suur poterit, vel si deo propitio, proprium filium relinquere posset in haeredem, filius eius redimeret prefatam possessionem non amplius, nisi in summpma centum et viginti marcarum praenotatarum. Si vero nec Comes Suur redimere posset vsque vitam suam, nec eciam filium relinquere posset super terram, extunc eadem possessio tam pro principali debito, quam etiam pro quarta Domine filie eiusdem Comitis Suur, coniugis videlicet supradicti Perlup, per fratres et proximos sepe dicti Comitis Suur, quibus expedierit in ducentis marcis denariorum, in supra dicta moneta redimenda remanebit. Et si forte causa ody vel alicuius dissimulationis eadem possessio tempore redemcionis per extimatores minus, seu infra ducentas marcas extimaretur; ydem fratres et proximi sui de alys possessionibus ipsius Comitis Suur complere et adimplere teneantur. Datum quarto die Pasce. Anno Dom. MCC nonagesimo octauo."

Ex authentico eiusdem Capituli transumto anni 1312. in archiuo Imper. Viennae asseruato.

*

A. Ch. 1299. *Conuentus de Iaszov super metis possessionis Liszka Olaszy absque omni contradictione reambulatis priuilegiales.*

Litterae conuentus de Iaszov priuilegiales super reambulationibus et erectionibus metarum possessionis Liszka Olaszy, in Dominica Iudica anno Domini Millesimo, ducentesimo nonagesimo nono sub pendenti sigillo eiusdem emanatae explicarant:

Quod Nicolaus, filius Henrici, homo olim Domini regis Andreae, et testimonium eiusdem conuentus de Iaszov ad mandatum eiusdem Domini Andreae regis feria quinta proxima post Dominicam Laetare ad villam Liszka Olaszy accessissent, et eandem praesentibus Stephano, filio Anchaley, Mayus et Vza, filiis Vz, Ioanne filio Langius, Iob de Wys, Ioanne et Paulo filiis Iacobi, Stephano, Arcalpho, filys Prugh, et aliis commetaneis, quam pluribus, nullo contradictionis obstaculo ex parte dictorum commetaneorum obstante, sed personaliter spontaneaque voluntate ac quolibet dictorum permittente, reambulassent, metarum ordinibus in eisdem litteris expresse denotatis et conscriptis nullo contradictore apparente. "

Ex authentico processuali documento an. 1486. emanato.

*

V. Ch. 1300, *Capitulum Posonien. Magistro Petro populos de villa Vduarnok terrram Zolgageur cessisse testatur.*

Nos Capitulum Posonien. Ecclesiae damus pro memoria: quod constitutis coram nobis Alberto et — pro se, et pro omnibus cognatis, et sociis suis de villa Vduarnuk, et Comite eorum Benedicto filio — Andrea Bech, et Husveit, seruitoribus, Saulo filio, prout Iobbagyone, ab vna parte, et Magistro Petro de Onga ab altera, idem Magister Petrus est confessus viua voce: quod cum sibi Dominus rex contulisset Curiam Zolgageur vocatam ex - - praedicti populi de villa Vduarnuk, praesente Comite Palatino, homine Domini nostri regis, sub testimonio hominis nostri, et Comite Benedicto, Andrea Bech, Husveit, et Paulo, eandem terram

Zolgageur ipsi Magistro Petro plenarie restituissent, et resignassent, scilicet decem et octo iugera bonarum terrarum arabilium, et septem iugera deteriorata per aquam, et foeneta ad quatuor falcastra. Et in aquis ad — clausuras piscium, quae vulgo Veiz vocantur per ordinem, a parte tamen superiori in aquis adiacentem, cum securitate obligauit se idem Magister Petrus, quod quicunque processu temporis ipsos populos de villa Vduarnuk ratione praedictae terrae Zolgageur, vellet impetere vel vexare, ex tunc idem Magister Petrus cum filio suo teneatur eos expedire propriis suis laboribus et expensis. Datum in Octauis Paschae. Anno Domini MCCC.

Ex archiuo familiae Kondeanae.

Archontologia Regni Hungariae.

I. Reges.

Ex Stirpe Arpadiana per lineam Geysae Ducis, filii Toxi, filii Zoltan, filii Arpad:

S. Stephanus (al. Waic.) Geysae Ducis e Sarolta Gyulae Senioris Transiluani filia natus, Protorex, corona Pontificia incinctus An. 1000. Stator regni. † Anno 1038. die XV. Augusti.

Henrico, nobis Emerico, filio S. Stephani, ac Giselae Bauarae, Henrici II. Imp. sororis superstite, cum Cicha Crescimiri II. Croatiae Regis filia copulato Anno 1031. IV. Non. Sept. cum innocentiae gloria praerepto, linea virilis Geysae Ducis mature defecit.

Petrus, a Petro Ottone Vrseolo Venetorum Duce, ac Gysela Stephani Protoregis sorore ortus

Princeps constitutus 1038. destitutus 1041. Restitutus 1044. E fuga retractus, oculisque orbatus † circa annum 1047.

Samuel, al. Aba vel Apa. Stephani Protoregis per Saroltam Sororius, Princeps constitutus A. 1041. caesus An. 1044.

Ambo hi e stirpe Arpadiana virili haud sati, nec communi Praelatorum, Baronum Procerumque regni consensu coronati, regnum vsurpasse censentur. Dipl. Andreae II. A. 1235. et Belae IV. anno 1245. Cuius etiam poenam luere.

Reges ex Stirpe Arpadiana ex linea Michaëlis, Geysae Ducis fratris vterini Minoris.

Andreas I. (al. Albus) Ladislai calui, Michaëlis filii, natu maior. Coronam adeptus A. 1045. Pugna aduersus fratrem Belam, corregentem, equo lapsus † 1061. Relictis ex Anastasia Russa, Iaroslai Principis filia, Geysae Ducis per Iudittam pronepte, Salamone, Dauide, ac Sophia sobolibus.

Bela I. al. Adalbertus, Andreae I. frater germanus, Salamone Andreae filio, puero coronato, praeterito, rex salutatus A. 1261. Institutionibus regni prouectis clarus. † 1063. Relictis a Richesa, Micislai Poloniae Principis nata, filiis Geysa, Ladislao ac Lamberto; filiabus compluribus; quas inter Helena, al. Lepa, Suinimiro, al. Demetrio, Croatiae regi penultimo, nupta. V. Dipl. Tom. I. p. 407.

Salamon. Andreae I. et Anastasiae natus, consensu Patruelium diadema adeptus An. 1063. In Ecclesiam Quinque-ecclesiensem munificus, cum Sophia Henrici III. Imp. sorore copulatus. Pugna

cum Patruelibus inita inferior regno fugatus 1074. † circa annum 1087.

Salamone improli decedente linea etiam Michaëlis per Andream defecit.

Reges per Belam I.

Geysa I. Geyso, Geicha, idest Gregorius, etiam Magnus, Belae I. primogenitus, regnum pene inuitus suscipit A. 1074. Fundata opulentissima S. Benedicti de iuxta Gron Abbatia † 1077. Ex Synadene, Theoduli Synadeni Graeci filia, haeredes reliquit Colomannum et Almum.

S. Ladislaus, al. I. Geysae I. frater germanus, ad regnandum raptus A. 1077. Legibus regni reuisis, institutis auctis, Russiae Rubrae ac Croatiae regnis aquisitis etc. inclytus † A. 1095. V. Kal. Aug. Ex Adelhaide Rudolphi Sueui, Principis Comitis Reinfeldensis Anti-caesaris, filia prolem masculam nullam, filios Piroskam al. Priscam, Graecis Irenen, Sophiam et Bertham reliquit.

Colomannus. al. Kálmán, Geysae I. natus V. Dipl. a. 1124. 1. 67. destinatus episcopus, mox Russiae rubrae praecesse iussus; corona reg. Hungariae incinctus 1095. A Dalmatia conquisita, Croatia Hungariae vnita, expeditionis Ierosolimitanae militibus coërcitis, legibus regni temperatis, et auctis bene meritus † A. 1114. III. Non. Feb. Ex Busilla Rogerii Normanni Siciliae Regis filia filium Stephanum reliquit superstitem; Borichium, al. Bartholomaeum ex Predslaua, al. Anastasia Suatopluci Kiouien. Principis filia, coniuge sua secunda, natum suum haud recognouit.

Stephanus II. Colomanni et Busislae filius in regno iuuenis successit A. 1114. Borichio Hun-

garia depulso Russiam rubram asseruit. Ex Adelhaide, Henrici Stelfensis Landgrauii ac Ratisbonensis Burggrauii filia, Leopoldi Austriae Ducis nepte, nulla suscepta prole, lineam Belae per Colomannum clausit. A. 1131. III. Februarii.

Almum, a S. Ladislao Croatiae regem datum, per Coloman. regno hoc priuatum, mox ambitionis poena mulctatum, Geysae I (non Lamberti) filium fuisse, docet Cosmas Pragensis, synchronus: inquiens: „Vtinam hoc audiret Colomannus, Rex Pannonicus, si viueret; qui metuens, ne germanus suus Almus post eum regnaret, ipsum et filium eius mentula priuauit et lumine“ *Edit.* I. B. Mencken Scr. rer. Germ. T. I. Col. 2113. Sed et Biographus Ottonis Pomeranorum Apostoli L. III, n. 42. Colomannum dicit Belae coeci Patruum etc. Lampertum coniugio fuisse copulatum, nullum apud Auctores priscos vestigium.

Reges ex Stirpe Ladislai Calui per Almum Ducem.

Bela II. coecus: Almi Ducis ex Ingelberge, Ingonis Suecorum regis filia natus, regnum, quod A. 1131. vnicus e Stirpe Arpadiana mascula superstes surculus adiit, sub vxoris suae Helenae, Vrosii Seruiae Principis filiae imperio tuitus contra Borichium; reliquit A. 1141. Filiis Geysa, Stephano, Ladislao et Almo, filiabus Maria, Sophia, Gertrude stirpem auxit,

Geysa II. Belae II. primogenitus, inauguratus anno 1141. Sucessionem in Russia Rubra posteris Borichii reparauit; impendens ab Emanuele orientis Imper. Hungariae periculum depult. Vixit A. 1161. pridie kal. Iunii. Ex Euphrosyna, Minoslai Russiae principis filia, haeredes nactus

Stephanum et Belam; filias Elisabeth, Hulicham et Helenam.

Stephanus III. Geysae II. et Euphrosinae primogenitus successit anno 1161. Anno integro regnum Patruis cedere coactus, recuperauit Anno 1162. Dalmatia post graues pugnas Emanueli relicta, morte praematura sublatus A. 1173. Nonas Martii. Ex Agnete, Henrici Iasomirgottis Austriae Ducis filia, nullam reliquit prolem.

Ladislaus II. Geysae II. frater vterinus, regnum inuasit A. 1161. post menses sex obitu suo dimisit A. 1162. XIX. kal. Febr. Vxor, quae huic attribuitur, Boleslai Crispi (IV) Poloni filia, Borichii coniux fuerat. V. apud Sommersberg Tom. II. p. 48.

Stephanus IV. eiusdem Geysae II. frater Germanus, Hungaris per Emanuelem Imp. obtrusus, praefuit mensibus quinque. Ex Maria, Isacii Comneni Sebastocratoris filia, nullam reliquit prolem.

Ambo hi, vtvt vsurpatores regni, et Diplomata ediderant, et inter reges numerantur.

Bela III. Stephani III. frater natu minor, hostilitatum praecauendarum gratia in solium vocatus et incinctus per A. Episcopum Colocensem, 1174. iura regni Hungariae in Russiam Rubram adauxit, Dalmatiam reuindicauit, Emerico ex Agnete seu Anna Comnena primogenito, coronato regnum transmisit. 1196. IX. kal. Maii; ex eadem, Agnete suscepit etiam alterum filium Andream filias Constantiam et Magaretham. Ex altera coniuge Ludouici VII. regis Franciae filia, Margaretha, nullas suscepit proles.

Emericus, filius Belae III. et Agnetis primogenitus, secundo coronatus A. 1196. Ambitione fratris sui Andreae in regimine turbatus, Sedis pontificiae influxui regnum subdidit; Ramae ac Seruiae clientela auctum † A. 1204. Pridie kal. Decemb. Ex Constantia, Alphonsi II. regis Aragoniae filia, haeredem reliquit Ladislaum, coronaque infantem adhue insigniri iussit, an. 1205. VII. Maii mortuum; qui tamen per Ladislaum Chunum inter reges Hungariae non numeratur.

Andreas II. Hierosolymitanus, Emerici frater natu minor, prius Galliciae Rex, mox Croatiae et Dalmatiae Dux, Ladislai infantis Tutor, regnum pleno adiit iure A. 1205. Regnum Galliciae, cum Lodomeria, Hungariae vindicauit; terram Sacram inuisit; quibus bellis fessae nobilitati libertates a S. Stephano concessas solenni coactus est sancire edicto; regnum donationibus profusis, prouentibus venumdatis conuulsum filio praemature coronato reliquit † MCCXXXV. medio mense Nouembri. E prima Coniuge Gertrude, Bertholdi Meraniae Ducis filia, imperiosa Domina, Belae R. II. ac Colomanni Rutheniae regis, tum totius Sclauoniae Ducis; item Mariae Asanis, Bulgarorum regis coniugis, ac S. Elisabethae Thuringiae Landgrauiae Pater; ex Iolantha Aragonia Petri Curt. Imperat. Latini Constantinopolitani filia, genuit Iolantham matri cognominem, Iacobo regi Aragoniae nuptui traditam, et Andream, familiarum Rubenpret (nunc Merode) ac Crouiacae in Brabantia stipitem; ex tertia vero, Beatrice; Aldrouandini, Marchionis Estensis filia, Stephanum Posthumum.

Bela IV. Andreae II. ex Gertrude primogenitus, anno 1207. tum 1235. inauguratus, Cumaniae, cuius regem et incolas in regnum susceperat, axioma regiis inseruit titulis; Regni per Tartaros Mogolicos destructi restauratoris gloriam adeptus; cum filio, inauspicate coronari iusso, Ducatibus Stiriae et Austriae nequicquam quaesitis, regnum partitus, in factiones scidit. Praeter Stephanum haeredem, et Belam filios, Constantiam Ottocaro Bohemo nuptam, Sabinam, Annam, Katharinam, Iolantham, Elisabeth, Henrici Bauari conthoralem, S. Cunigundem et B. Margaretham genuit. † Anno 1270. V. nonas Maii.

Colomannus Belae IV. frater, Rex Rutheniae ac totius Sclauon. Dux, cum Salomea, Lesconis Albi, Poloniae Principis filia, coniugium duxit intemeratumi. Bela Cunegundis ab Ottone Marchione Brandenburgen. genitae consors, ante susceptam prolem caesus.

Steph. V. primum Dux Stiriae, Sclauon. ac Dominus Cumanorum, regni habenas capessiuit pleno iure Anno 1270. Nec Ottocaro Bohemo, quem ob Austriam et Styriam ereptam odit, nec factionibus, quibus ansam dederat, resistendo par. Bulgaria regno Hungariae adnexa cum gloria decessit Anno 1272 kal. Augusti. Elisabethae Cumanae maritus; filios genuit Ladislaum et Andream; filias: Mariam, Caroli Claudi, Siciliae regis, Annam Andronici, Michaëlis Pataeologi Imper. Graec. filii, consortes, ac Elisabetham Monialem in Insula B. Margaretae.

Ladislaus III. vulgo Chunus, Stephani V. ac Elisabethae Cumanae primogenitus, impuber regnum consecutus A. 1272. inita cum Rudolpho

Habsburgico affinitate, viribusque sociatis auulsas Hungariae superioris partes recuperauit; obitu fratris sui Andreae. Sclauoniae Ducis, Tartarisque reiectis, ac Cumanis in ordinem redactis, metu immunis, inertia, ac vitae libidine semet, regnumque perdidit. Anno 1290. X. Iulii.

Andreas III. Stephani Posthumi e Catharina Thomasina Maurocena, Veneta, vxore sua secunda genitus, prius Sclauoniae Dux, regnum internis externisque motibus fluctuans regali cum solennitate adiit 1290. Aemulo Alberto Austrio composito, Mariae, Ladislai Chuni sorori, Sedis Pontificiae praesidio fultae, praeualere haud potuit. Comitiis, quae in desuetudinem fere abierunt, coactis, datisque legibus regnum firmare incassum laborans factionibus succubuit A. 1301. XIV. Ian., Elisabetham a Fenenna Zemomisli Cuiauiae Ducis filia, sublatam Wenceslao, Bohemiae ac Poloniae regis cognominis filio, despondit. Ex Agnete coniuge secunda, Alberti, Ducis Austriae filia mansit improlis.

II. Praelati Regni Hungariae.

1) Archi-Episcopi Strigoniensis.

	Anno.
Dominicus. alio nomine Anastasius A. Ch.	1000
Sebastianus Cir. Annum	1005
(Astricus Col. Episcopus, Sebastiani oculorum lumine capti vices obiens) circa . .	1007
Dominicus	1037
Benedictus	1055
Desiderius, vulgo Dersi	1057—67
Nehemias	1075—7
Stephanus	1093

	Anno
Atha, al. Acha cir.	1095
Seraphinus	1100
Laurentius	1103. 6. 8. 11
Marcellus	1124
Felicianus	1135—45
Martirius rectius Martinus	1155—1158
Lucas, vulgo Bánfi	1158—1174
Job	1175—1203
Vgrinus	1204
Vacat	1205
Ioannes	1207—23
Vacat Anno	1224
Thomas 1225. Vacat	1225
Robertus	1226—1238
Mathias	1239—1241
Stephanus, dictus de Vancsa	1243—1252
Benedictus	1254—1269
Philippus, vna perpetuus Comes Strigonien.	1270—1272

Nicolaus 1273—5. eodem anno vacat.
Benedictus Electus 1275. Confirmatus a Pontifice 1277. A.—1278—9. Vacat.
Lodomerius electus 1279. confirmatus 1280—1297.
Gregorius electus 1298. nunquam confirmatus.

2) Episcopi et Archiepisc. Colocenses et Bachienses.

Astricus, al. Anastasius	1000—15
Bestertus (?)	1055
Anonym.	1060
Desiderius	1075—93

Primi Episcopi Bacsienses ignorantur.

Fabianus Archi-Episcopus Bacsien.	1094
Albertus Col. Episc. (?)	1096

	Anno
Vgolinus Col. (?)	1103
Paulus Col. Episc.	1103
Fulbert, alias Tulbert, Col. Episc.	1111
Gregorius, Archi-Episc. Bachien.	1124
Simon, Archi-Episc. Colocen.	1135
Macarius, al. Muchia, Machia Archi-Episcop. Col. 1137., vna Bacsi.	1142
Miko, Misko, Michaël	1156—65
Sayna, al. Sarna	1167
Cosmas	1169
Paulus	1175
Andreas	1176
Stephanus	1182
Paulus Electus	1188
Petrus	1190
Saul, al. Saulus	1193—1202
G. al. J. Ioannes	1203—1205
Bertholdus, frater Gertrudis reginae electus 1205. Archi-Episcopus	1207—1213
Vgrinus, al. Vgolinus	1218—1233—1247
Benedictus	1251—1254
A. 1254. Vacat.	
Smaragdus A. Electus	1257—1263
Benedictus	1263
Stephanus	1263—1278
A. 1278. Vacat.	
Ioannes Electus 1279, Archiepiscopus —	1002

3) Agrienses Episcopi.

Catapranus, al. Katapanus (?)	1309
Bonifacius (?)	1009
Buldus (?)	1035
Petrus (?)	1048

	Anno
Laurentius	1080
Procopius	1103
Wolferus	1106—13
Cletus (?)	1119
Andreas	1133
Bestrius	1135
Martinus, al. Martirius	1135—50
Lucas Electus 1156. Episc.	1157—8
Chemna rectius Sarna	1158—1166
Nicolaus (?)	1169
Petrus	1174—1197
Catapanus	1197—1215
Thomas Elect. 1217. Ep.	1219
Katapanus	1221
Cletus	1223—1234—1245
Lampertus	1245—1274
Magister Andreas Elect. 1274. Episc. vsque	1291
Willermus	1292—1299

4) Chanadienses, al. Sunadien. etiam Morusini Episc.

S. Gerardus circa Annum	1032—7
S. Maurus circa	1048—55
Hieronymus vel Alexius (?)	1056
Franco (?)	1075
Laurentius circa.	1083—1106
Beskeus	1106—1113
Desiderius (?)	1113—4
Beskeus	1138
Paulus	1142
Ioannes	1148
Wulkou	1156
Stephanus Electus 1156. Episcopus	1157—1174
Saul de Hedervár Elect. 1188. — Episc.	1189—90

	Anno
Crispinus	1193
Ioannes	1198—1201
Desiderius	1202—1228
Bulsu. al. Basilius	1228—1238
Benedictus	1238
Blasius al. Wulchu 1244. etiam Bascho	—1264
Briccius 1268—1274. per errorem Benedictus.	
Gregorius Elect. 1274. Epis.	—1290
Frater Antonius	1290

5) Episcopi Iaurinen. alias Geurienses.

Modestus (?)	1019. 1036
Nicolaus (?)	1055
Desiderius	1064
Harduinus; al. Arduinus	1097
Georgius	1106. 11. 13
Geruasius	1124
Petrus	1135
Paulus	1137—38
Zachaeus al. Zacharias	1142
Antonius al. Antimius	1148
Isbeg	1150
Geruasius electus 1156. Episc.	—57
Micudinus electus 1176. Episc.	1177—86
Vgrinus	1188—1203
Petrus	1206—18
Cosmas	1219—23
Gregorius	1223—1238. 1240
Benedictus e Varadien. postulatus 1243. Hoc anno Vacat.	
Artolphus e sede Transiluana postulatus	1245. 7. 1251
Georgius et Farcasius electi.	1252

	Anno
Homodeus	1254. 1268
Dionysius	1270—1279. 1281—9
Andreas	1290
Theodorus	1298

6) Episcopi Nitrienses.

Nicolaus	1133
Saul	1137
Ioannes	1156
Thomas	1165
Euerardus	1269—1195
Ioannes (?)	1196. 1205—23

(Vincentius non floruit hoc tempore; a Mosocio intrusus.)

Iacobus	1224—48
Adam	1244—52
Nicolaus	1254
Vincentius	1255—1268. 1272—79
Paschasius	1288—97

7) Magno-Varadienses, al. Bichorienses.

Hieronymus vel Alexius (?)	1067
Cupan (?)	1094
Sixtus	1106—1113
Valterus al. Frachak	1124—1138
Michaël elect. — Episc.	1156—1157
Nicolaus	1163
Michaël (?)	1169
Ioannes	1181—8
Eluinus	1199
Simon	1202—17
Alexander	1217—1232
Benedictus	1235—1243

	Anno
Vincentius Elect., Conf.	1243. 1244—1254
Demetrius	1260
Zozimus	1265
Lodomerius	1268—1279
Bartholomaeus	1280
Benedictus	1290
Emericus	1297

8) Episcopi Quinque Ecclesien.

Bonipertus	1008. 19—32
Maurus cir.	1036—1075
Stephanus	1076—1093
Simon	1108—1124
Bana	1135
Macharius	1137—1142
Ioannes	1142
Anthimius	1145—1158
Macharius	1162—1174
Iob	1174—82
Macharius	1181—6
Calanus, vna Dalm. et Croat Procurator	1090—1204. 1205—18
Bartholomaeus	1229—1234. 1235—47
Achilles Elect. tum Episc.	1251—1252
Bartholomaeus	1252
Job	1254
Bartholomaeus	1263
Iob	1265. 70. 72. 74. 79. 89
Paulus	1260—98

9) Episcopi Trans. al. Vltrasiluaniae.

Simon	1106—13
Villarius	1115—19
Gualterus al. Walter	1124

	Anno
Petrus (?)	1134
Baranus	1139
Valterus	1139—57
Vilema	1166—67
Paulus, prius Not. (?)	1181
Adrianus	1189—1202
Petrus	1203
Wilhelm al. Guilelm.	1203—23
Bernardus	1224
Renaldus	1125—1234. 35—38
Gallus	1243
Arnulfus 1244—5. A. 1245. Vacat.	
Gallus	1247—1251
Paulus	1259
Gallus	1268
Petrus	1270—9. 87—89. 90—95. 99—9

10) Episcopi Vaciensse.

Clemens (?)	1055
Aaron (?)	1057
Marcellus	1106. 1111. 1113
Marcellinus	1138
Hippolytus	1156—7
Ded	1158
Iob	1183
Boleslaus	1188—1221
Briccius	1222—32
Benedictus	1233
Briccius	1235
Mathias	1238
Stephanus	1241
Hajmo 1243—7. al. Hieronym.	1251—2. 62—68
Philippus	1270—1277

	Anno
Thomas	1279—1185
Hab	1291—96
Ladislaus	1291

11) Episcopi Wesprimien.

Stephanus	1008
Benedictus vulgo Beneta (?)	1039
Nicolaus aut Lazarus (?)	1049
Mathaeus circa	1075
Ioannes	1082
Almarus	1091
Cosmas	1095
Mathaeus	1106. 11. 15
Kalanda (?)	1119
Ambrosius (?)	1133
Petrus	1135—38
Paulus	1142
Peta	1156
Absolon	1158
Ioannes	1174
Ioannes electus — Episc.	1188. 1189—98
Calanda	1199—1209
Robertus	1209—1231. 1233
Bartholomaeus	1235—42
Zlandus al. Zaland	1245—57
Paulus	1259—74
Petrus electus — Episc.	1274. 1275. 81—4
Benedictus	1291—1299

12) Episcopi Zagrabien.

Duh, circa an.	1094
Bartholomaeus circa an.	1098
Singidunus	1102

	Anno
Manasses	1106. 1113
Francica	1124
Macellinus	1129. 1137
Verblen	1143
Gotschalcus	1156
Bernaldus (?)	1163
Ioannes	1165
Prodanus	1170
Vgrinus electus (?)	1171
Prodanus (?)	1176—9
Timotheus (?)	1186
Dominicus	1193—1198
Gothartus	2105—7
Stephanus	1215—24. 25—34. 1235—1247
Philippus	1248—1269
Timotheus	1270—9. 80—85
Antonius	1287
Ioannes	1291
Michaël	1298. 1299

12) Anonymus Siculorum Episc. . 1096

Theodoricus, et Thomas Cumanor. Episcopi 1232. 1273

13) Archi-Episcopi et Episcopi Dalmatiae et Croatiae.

Spalatinus. Jadertinus. Absarensis, Belgradensis, Bosnensis, Corbauiensis, Nonensis, Pharensis, Scardonensis, Segniensis, Sirmiensis, Tininiensis, Traguriensis, Vegliensis.

III.

III. Cancellarii et Vice-Cancellarii.

	Anno.
Dominicus A. Episcopus Vice-Cancellarius	1001
Dominicus A. Episcopus Vice-Cancellarius	1037
Nicolaus, Praesul V. Notarius . . .	1055
Fabianus Vice-Cancell.	1082
Barnabas Notarius	1082
Timotheus Cancell.	1093
Manasses Zagrab. Episc. sigillator regius .	1106
Simon Quinque-Eccl. Ep. Canc. . .	1108
Laurentius A. Episc. Strig. Canc. . .	1111
Petrus Praep. Buden. V. Canc. . . .	1124
Ioannes, filius Tybus Not.	1135
Magister Gottschelinus Not. . . .	1135
Ioannes, filius Voth, Not. . . .	1138
Aegidius, Capellanus Ducis Ladislai, scriptor priuilegii	1138
Ioannes; et multi alii Notarii . . .	1145
Cherubim, Capellanus regis, Not. . .	1146
Nicolaus, regiae Capellae Praesidens	1148. 1156
Barnabas Alben. Canonicus .	1148. 1156. 7. 8
Geruasius Capella. regius	1150
Bicenius, al. Vincentius	1162. 65. 74
Sudas Capellae Magister, ac Sigillator Stephani. III.	1162
Vedo Magister Capellae	1165
Hugo Notarius regis Stephani IV. . .	1163
Thomas Magist. Capell.	1163
Stephanus Capellan. Dominae reginae, Praepositus de Titul. Cancell. Steph. III. .	1163
Bechten Scriba	1170
Adrianus Notarius	1175
Paulus, Vltra-Syluan. Ep.	1181

	Anno.
Saulus Cancell.	1183
Calanus Cancell. (?)	1185
Adrianus Praep. Bud. Cancell. . . .	1186
Saulus Cenad. elect. Cancel. . . .	1188
Magister Catapanus Praep. Alb. V. Canc. .	1195
Cancell. 1195. vna Epp. Agr. . .	1196—7
Desiderius, Praep. Cibin. Cancellar. . .	1199
Petrus, Praep. Alben. Canc.	1202—3
Iacobus Praep. et Mag. Andreae Ducis Can.	1200
Godofredus Praep. Orod. Canc. . . .	1205—6
Robertus Praep. Alben. Canc. . . .	1207
M. Thomas, Praep. Vesp. V. Canc. 1209—11. Cancellar. 1211—1212. vna Praep. Cibin. Cancell. totius Hungar.	1212—17
M. Vgrinus al. Vgolinus Cancell. 1216. 17 vna elect. Coloc.	1218—9
Ioannes de Küküllö A. Diac. V. Canc. .	1217—8
Cletus Praep. Agrien. Canc.	1219—22
M. Stephan. Praep. Bud. Canc. 1220. vna Zagrab. Elect.	1225—6
Mathias Praep. Zagrab. Canc. . .	1225—9
Mag. Barnabas Colom. Reg. Cance. .	1226
M. Bulsu al. Bulsin Praep. Geur. Cancel. .	1228
Albertus Praep. Orod.	1228
Mathias Praep. Zagrab. Cancell. Belae . .	1229
Vgrinus A. Episc. Col. Canc. . . .	1230. 3. 4
M. Michael Canc.	1231
Petrus Alben. Praep V. Canc. . . .	1231
Paschasius Agr. Praep. Colom. regis Cancell. M. File Not.	1231
Mathias Praep. Zag. Belae reg. Canc.	1231—1233
Farkasius Praep. Egres. Colom. regis Canc.	1232
Ioannes A. Ep. Strig. Canc. . . .	1233

	Anno.
M. Nicolaus Scibin. Praep. Canc.	1234
M. Mathias Praep. Zagr. Canc.	1235
Thomas, Comes Capellae regiae	1238
M. Benedictus Praep. Bud. V. Canc.	1238—40
M. Stephanus Praep. Vacien. Canc.	1238
M. Nicolaus Praep. Cib. V. Can.	1239
M. File Praep. Zag. Colom. regis Canc.	1239—40
M. Benedictus Praepositus . Alb. et elect. Col. Cancellar.	1243—47
Achilles Praep. Alben. Canc.	1243
Farkasius Praep. Alb. V. Canc.	1244
M. Achilleus Praep. Alb. V. Canc.	1250
Benedictus A. Episc. Coloc. Canc.	1251
Iob Praep. Alb. V. Canc.	1251
M. Thomas Alb. Elect. V. Can.	1252
Benedictus A. Ep. Strig. Canc.	1254
Smaragdus e Praep. Pos. elect. Alb. 1257. Praep. Albens. Cancell.	1256
M. Andreas Praep. Bud. reginae Can.	1255
Smaragdus elect. Col. V. Canc.	1257
Paulus e Praep. Poson. elect. Alb. V. Canc.	1259
Benedictus Scepus. Praep. V. Canc.	1259
M. Paulus Praep. Poson. V. Canc. 1259. elect. Alben. 1261. Episc. Wesp. Canc. Reginae	1264
Benedictus Praep. Cibin. Stephani V. Vice-Cancellar	1259. 61. 62
Smaragdus A. Ep. Coloc. eiusdem Stephani Cancellar.	1261
M. Farkasius Adm. Eccl. Alben. electus Zag. Vice-Cancell.	1262—66
M. Stephanus V. Canc. Steph. reg.	1262
M. Bened. Praep. Orod. tum Cib. V. Can.	1262
M. Paulus Praep. Orod. V. Canc.	1267
M. Tatamerius Praep. Alben. Vic. Canc.	1267

	Anno.
M. Demetrius Praep. Alb. V. Canc.	1268—9
Tobias de Bogud, Praep. Zag. Belae Ducis totius Sclauoniae Canc.	1263
Mauritius Praep. Scep. D. reginae Canc.	1263
Benedictus A. elect Col. Canc.	1263
Philippus A. Ep. Strigon. Canc.	1263
M. Benedictus, elec. Praep. Orod. V. Can.	1263—4
Mutirius Praep. de Scepus Canc. reginae	1263
Hyppolitus, Sacerdos de Sáros Comes Capellae reginae	1263
Smaragdus A. Ep. Coloc. Stephani regis Canc.	1263
(Benedictus Praep. Orod. V. Canc. Steph.)	1263
Stephanus A. Ep. Coloc. Steph. regis Canc.	1264
Paulus Episcop, Vesp. reginae Can.	1264—7
M. Radislaus A. Diaconus S. Eustachii, in Eccl. Strigon. familiaris Notarius et Apocrisiarius Belae regis	1265
M. Demetrius, A. Diaconus Bars. Mariae reginae Iuni. Canc.	1265
M. Stephanus Mariae reg. V. Canc.	1265
M. Lodomerius Stephani reg. Can.	1266
Petrus eiusdem V. Canc.	1265—69
Farkasius elect. Alb. V. Canc.	1266
Pous, et Benedictus Notarii regii	1266
M. Demetrius Praep. Alben. V. Canc.	1267—9

Nicolaus Praep. Stephani regis Cancellarius fugitiuus

Laurentius Praep. Sirmien. al. S. Irenaei Mariae reginae V. Can.	1268
M. Demetrius Praep. Alb. Vic. Can.	1269
M. Benedictus Steph. reg. V. Canc.	1269
Ladislaus Episc. Tininien. Belae Ducis Can.	1269

	Anno.
Philippus Ep. Vac. Canc.	1265—8
Stephanus Coloc A. Ep. Canc. .	1270—2
M. Benedictus Cibin. mox Orod. Praep. Vice Cancellarius	1270—1.2
Paulus Wesp. Ep. Canc. . . .	1271—4
Philippus Vac. Ep. Canc. reginae .	1271—2.4
Omodeus Orod. Praep. V. Canc. . .	1272
Stephanus A. Ep. Col. Canc. . . .	1272
Desiderius Praep. Cibin. V. Canc. . .	1272
Benedictus elect. Strig. V. Can. .	1273—8
Nicolaus Praep. Alb. tum elect. Strigoniensis V. Cancellarius	1272—7
(Petrus Canc. Dapiferorum regis) .	1273
Gregorius Cancell. reginae senior. . .	1275
Nicolaus Praep. Transylu. V. Can. . .	1276
M. Demetrius Praep. Alb. V. Can. . .	1277
Thomas elect. Alb. V. Can.	1277—8
M. Ioannes Praep. Buden. elect. Alb. V. Can. 1278. elect. Coloc. Cancell. . . .	1279
Benedictus Praep. Orod.	1279
M. Nicolaus elect. Alb. V. Can. . .	1278—9
M. Acho V. Cancell.	1279—81
M. Bartholom. V. Can. Praep. Scepus.	1280—3—7
Thomas Vacien. Ep. reg. iunior Can. 1281. aulae reg. V. Can. 1282. Cancel. .	1285—8
Ioannes elect. Coloc. V. Can. . .	1281—2
M. Gregorius Praep. de Kew, reg. Sen. Can.	1282
Lucas Praep. Strig. maioris reg. Canc. .	1283
Vrbasius Praepositus de Posega reginae Sen. V. Can. 1284—6. Canc. . . .	1286
Paulus Wesprim. Praep. reg. iunioris V. C.	1281
Pousa, Ep. Sirmien. reg. Sen. Canc. . .	1281
M. Ladisl. Praep. Vac. reg. Iun. Canc. . .	1284

	Anno.
M. Theodorus Praep. Cibin. elect. Alb. V. C. 1287—95. Ep. Iaur. V. C.	1296
Gregorius Ep. Chanad. V. C.	1290
Benedictus Wesprim. Ep. Canc. reginae .	1291
Gregorius Alb. Praep. V. Canc. . . .	1297
Electus Strig. V. Canc.	1298
Fr. Antonius Ep. Chanad. V. Canc. . .	1298—9
Ioannes A. Ep. Coloc. Canc. . . .	1298—1301
M. Ladislaus Praep. de Titul V. Canc. .	1299
M. Steph. Arch. Diac. Eccl. Alb. Trans. V. C.	S. a.

IV. Barones Regni.

I. Comites Palatini, vna Iudices Cumanorum ab anno 1270.

Ceba Comes circa A. Ch.	1003
Samuel Aba	1030—4
Zache Com. Palatin.	1055
Rado	1056
Acha (?)	1064
Radouan	1067
Vidus (?)	1072
Iula	1075—1085
Nicolaus (?) circa	1087
Petrus	1091
Iula (?)	1100
Ioannes Vros, al. Ianus, filius Urasa.	1105. 8. 11. 13
Paulus	1114
Lambertus, S. Ladislai Sororius . .	1124
Paulus	1135
Fansal	1136—7—8
Bela, al. Belus, Geysae II. Auunculus	1142—5
Gereon, al. Gerson, simul Iudex Curiae .	1168

	Anno.
Belus, qui supra	1156—8
Lucas Banfi. (?) A.	1161
Heidricus	1162
Thomas	1165
Ompud, al. Ampudinus	1165—72
Farkas	1175
Dionysius	1184
Thomas	1186
Mogh, al. Mock	1188—92
Dominicus (?)	1194
Farkas (?)	1196
Mogh, qui prius	1198—9
Micha	1199
Henricus	1200
Micha, qui prius	1202
Benedictus	1203
Nicolaus	1205
Mogh, qui prius	1206
Chepanus de Hedewar	1207
Poth, alias Pock, et Puk	1209
Banco, al. Benedictus	1212—3
Nicolaus	1213—4
Banc, qui prius	1214
Iula, al. Gyula	1215—8
Nicolaus, filius Bors	1219—20
(Fila Comes ipsius Vicarius	1219)
Theodorich, filius Wechich	1222
Iula Magnus	1222
Philippus	1223
Emericus	1224
Gyula	1225
Nicolaus, filius Bors (?)	1227
Dionysins	1228

	Anno.
Moyus, al. Moyses	1230—1
Dionysius, filius Dionysii	1235. 8. 41
Arnoldus	1242
Stephanus de Chak	1243—4
Ladislaus	1243—4
Dionysius de Wialka	1245—7
Stephanus, qui prius	1248
Nicolaus	1249
Rolandus	1251
(Conradus Stephani Regis Iun.	1251)
Dionysius	1252
Rolandus	1252—5
Thomas	1260
Henricus, al. Emericus	1260—2
Dionysius	1263
Ladislaus	1263
Rolandus	1264
Poch de Hederwara	1267
Henricus	1268
Laurentius	1268. 1269—1270
(Mgr. Sebastianus Protonotarius Palatini, vna Cantor de Posega, et Canonicus Albensis)	1268
Moyses, vna Iudex Cuman.	1270—2
Laurentius	1272—3
Dionysius Comes de Oklich	1274—5
Rolandus	1275
Nicolaus	1275
Petrus, al. Fintha	1275—8
Mathaeus	1278—9
Rolandus	1279
Finta	1281
Ioannes	1281—2

	Anno.
Nicolaus, filius Henrici Bani	1284—5
Mokianus	1286
Dominicus	1288
Mathaeus	1290
Nicolaus	1291
Omodeus	1291—5
Rolandus	1296
Mathaeus	1297
Ioannes (?)	1298
Opos, al. Omodeus	1299

II. Comites Iudices Curiae.

Kuyar, cuius Frater Vbuncus sub S. Stephano.
Kupan sub Andrea I.
Thomas sub S. Ladislao.

Petrus Apsarensis Episcopus, Generalis Colomanni R. H. Curiae	1111
Stephanus Curialis Comes (?)	1113
Bucan, al. Ducan	1135
Franzellus Curiae Comes	1137
Georgius, filius Chronik, Curiae regalis officia disponens	1138
Renaldus Curialis Comes	1145
Petrus Comes Magister Ladislai Ducis Anno	1146
Gereon Palatinus, vna Curiae regiae curam gerens	1148
Heinricus Curialis Comes	1150
Appa Curialis Comes Maior	1150—1158
Emericus minor	1158
Gabriel Curialis Comes	1162
Brocha Curialis Comes	1163
Laurentius Curiae Comes	1165—74

	Anno.
Charma Curiae Comes	1184
Moch Curiae Comes	1186
Dominicus	1188—93
Esau Curiae Comes	1195—98
Petrus, filius Turoy	1198
(Aegidius Cur. Comes Reginae)	1198
Veytih Cur. Com.	1199
Achilleus Cur. Com.	1201
Iula Cur. Com.	1203—4
Smaragdus Cur. Com.	1205
(Tiburtius C. Cur. Reginae)	1206
Marcellus C. Cur.	1207
Petrus regis (Nicolaus reginae)	1208
Nicolaus regis (Petrus reginae)	1209
Petrus, Curiae regiae Comes	1210
Marcellus Cur. regiae (Banco reginae)	1211
Iula Comes Curiae regiae (Nicolaus reginae)	1212—3. 4
Martinus Curiae regiae	1214
Ochuz Cur. R. C.	1211. 5—7
Rophay (al. Raphael)	1217
Laurentius	1217
Oklich C. Cur. Regis	1218. 20
Ladislaus C. Cur. reg.	1219
Iula, frater Ratoldi	1219. et 21
(Idem Curiae reginae	1221—23)
Marcellus Comes Curiae regiae	1221
Banco Comes Curiae regiae	1222
(Nicolaus Comes Curiae Reginae	1222—5)
Pousa, alias Pusa, filius Nanae	1222
Botyz Comes Curiae regiae	1222—4
Ladislaus Aulae regiae Comes	1225—9
(Ochuz C. Cur. reginae)	1228

	Anno.
(Petrus, frater Marcelli C. Cur. Reginae)	1250
Benedictus Comes Curiae Regis . .	1251
Demetrius Comes Curiae Regis .	1233—4
Ladislaus Comes Curiae Regis . . .	1234
(Ceken V. Comes Curialis) . . .	1231
Iula de Ratolt C. C. Regiae . .	1235—8
(Nicolaus V. Iudex Curiae Regiae) .	1239
Andreas, filius Seraphin, vna Comes Poson C. Cur. Regiae (?)	1239
(C. Mike Vice Iudex	1240)
Wladislaus (?)	1241
Rolandus I. C. Regiae	1243
Demetrius C. C. Regiae . .	1243—44
Stephanus C. C. Regiae	1245
Rolandus C. C. Regiae	1247
Paulus C. C. Regiae . . .	1250—1
(Mgr. Mauritius Dominae Reginae.) .	1251
Rolandus Regis	1252
Henricus Regis	1254—6
Rolandus	1256
Demetrius	1263
(Karachinus Reginae)	1263
(Mgr. Baas Stephani Regis Iun.) .	1263—6
(Stephanus Reginae, vna Banus) .	1264—7
Laurentius Regis	1264
(Simon V. Iudex Curiae) . . .	1264
Henricus Regis	1265
Erney	1267
Stephanus	1268
Erney Banus vna Iudex Curiae Domini regis	1268
Nicolaus	1270—2
Alexander	1272
Ladislaus	1273

	Anno.
Ogua	1273
Dominicus	1273
Erney	1274
Nicolaus de Micke C. de Getka	1274—5
Thomas, filius Selley	1275
Vgrinus	1275
(Herrandus C. Cur. Reginae)	1275
Mauritius Regis	1276
Moys	1276
Gyula	1278
Stephanus	1279
(Oliuerius C. C. Reginae)	1281
Andreas Regis	1290
Thomas	1291
(Martinus V. Iudex)	1291
Stephanus, filius Erney	1299
(Stephanus Vice Iudex)	1299

III. Dalmatiae, Croatiae, et Sclauoniae Duces ac Bani.

Almus, Geysae I. R. H. filius Croatiae Rex cir.	1093
Andreas Dux Dalmatiae	1094
Petrus Rex, a Colomanno R. H. caesus	1096
Petrus Banus	1102
Anonymus	1119
Conradus Dachouien. Comes Crovatiae, Dux Dalmatiae	1123
Geysa, filius Belae II. Dux	1137
Belus, Banus	1147—57
Appa	1158
Borichius	1163
Ambrosius	1171
Ompud	1174

	Anno
Subanus	1175
Mauritius Comes, et totius maritimae prouinciae exercitator	1181
Dionysius partes maritimas, et Comitatum Bacs gubernans	1183
Calanus, Episcopus Quinque-Eeclessiensis totam Dalm. Croatiam nobiliter gubernans	1190—3
Dominicus de genere Bors	1194—5
Andreas, Emerici R. H. frater Dux . . .	1198
Benedictus Banus	1199
Nicolaus	1199
Ypochus	1204
Mercurius	1205
Stephanus, al. Chepanus, filius Miksa, Banus totius Sclauoniae, et Comes Segnien.	1205
Banco, alias Banc Banus Croatiae, Dalmatiae	1208—9
Bertholdus Archi-Episc. Colocen. .	1209—10
Michael	1212
Iula	1213
Ochuz	1214
Ioannes	1215
Pousa	1216
Banco, al. Benedictus. Rit. ex. expl. V. .	1217
Iula	1219
Ochuz, vna Curial Reginae	1220
Salomon	1222—4
Martinus	1224
Aladarius	1225
Wonic maritimus Banus	1225
Veleginus	1226
Simon, frater Michk Bani	S. a.

	Anno.
Iula, frater Ratolt	1228—32
Thomas Macharey	1231
Ochuz	1232
Buzad sine anno	—
(Leukus Banus Seurinen.)	1233
Iula	1234
Opoy	1237
Gyula	1240
Colomannus Dux Sclauoniae	1240
Dionysius	1243—4
Ladislaus Banus totius Sclauoniae et Dux	1245
(Alexander Vice Banus)	1245
Stephanus de Gutkeled Dux totius Sclauoniae	1254
Dionysius Banus totius Sclauoniae	1263
Stephanus vna Dapifer. Mgr.	1263
Laurentius vna Banus de Zeurino	1263. 73
Erney Banus	1263
Rolandus Banus	1264—6
Chak Banus	1267
Henricus al. Erney Banus tot. Sclauoniae.	1268
(Vgrinus Banus de Zeurino)	1268
Rolandus Banus totius Sclauoniae	1270
Ioachinus Banus	1270
Mathaeus Banus totius Sclauoniae	1270. 2. 3
Paulus de Subich Banus de Zeurino	1271. 3. 7
Ponyth	1271—2
Laurentius Banus de Zeurino	1272
Ioachinus	1272. 6
(Aegidius Banus de Machou, et de Bozna)	1273
(Ianus Banus de Sow et Uzora)	1273
(Stephanus Banus de Bozna)	1273
(Gregorius Ban. de Boronch, et de Kuchur)	1273
Ioannes Banus de Machow.	1273

	Anno.
Henricus al. Erney Banus tot. Sclauoniae	1273—5
Vgrinus Banus de Zeurino	1274—5
Mikud Banus de Seuerino.	1275—6
Ioannes Banus totius Sclauoniae .	1275—1277
Vgrinus Banus de Machow et Vzora . .	1276
Nicolaus Ban.Croat. et Dalm. al. Maritimus	1275. 79
Rolandus Banus vna Iudex Curiae	1277
Henricus Banus totius Sclauoniae	1279
Aegidins Banus de Macho et de Bozna . .	1279
(Elisabetha, Regina Maior Ducissa de Macho et de Bozna	1280
Ioannes Banus totius Sclauoniae	1284
Rolandus Banus	1284
Gregorius Banus totius Sclauoniae . .	1287. 91
(Macarius Curialis Comes et Vice Banus)	1285
Briccius Banus totius Sclauoniae	1290
(Gogan Banus sine anno)	—
Henricus, filius Henrici	1291—2
Laurentius Banus de Zeurino	1291

IV. Duces et Wajuodae Transiluani.

Gyula Iunior de genere Tuhutum A. Ch. .	1005
Zoltan circa	1005
Bela Dux, frater Andreae I. R, H. . .	1047
Geysa, Ladislaus et Lampertus Duces . .	1065
Almus (?) circa	1100
Mercurius Princeps Vltrasyluanus . .	1103. 13
Bela Coecus Dux circa (?)	1127
Geysa, Belae II. filius Dux (?)	1137
Stephanus et Ladislaus, fratres Geysae II. (?)	1141
Bela, frater Stephani III.	1161
Leustachius Vojuoda	1173—82
Hermon, vna Comes de Zonuk . . .	1197

	Anno.
Petrus, vna Comes Curialis	1193
Zegforus Vajuoda	1199
Iula	2201
Nicolaus	1201—2
Benedictus (?)	1206—8
Vindelicus (?)	1209
Michaël (?) Vajuoda	1209—11
Nicolaus (?)	1213
Bertholdus, vna Archi-Episcop. Colocen.	1214
Iula	1214
Simeon	1215
Rophoyn Ypoch	1217—9
Leuka alias Neuka	1219—21
Paulus, filius Petri	1221
(Bocha, Vicarius	1222)
Benedictus de genere Chak, filius Pousa .	1224
Gyula, filius Leustachy	1230
Iula, frater Ratolt	1231
Dionysius, filius Dionysii	1233—4
Thomas	1234
Pousa . . . . ,	1235
Laurentius de Chak, vna Comes de Doboka, et de Wolko	1243—51
Ladislaus, vna Comes de Wolko	1252
Pousa	1258
Stephanus Rex Iunior, vna Dux Transil.	1261. 3. 5
Ladislaus	1263—9
Laurentius	1270
Mathaeus	1270—2
Paulus Banus	1272
Petrus, V. Tom. V. Vol. I. pag. 277. .	1272
Nicolaus	1272—4
Ioannes	1273—5

	Anno.
Ladislaus	1275
Mathaeus	1274. 5. 76
Nicolaus	1274
Vgrinus	1275. 6
Nicolaus	1277. 8. 9
Petrus	1278. 80
Fintha	1279
Rolandus	1281
(Lithyn Wajuoda vltra alpes infidelis	1285)
Rolandus. Eius Vice-Vajuoda Benedictus	1291
Georgius de genere Bors	1295
Ladislaus	1297—1301

V. Magistri Tauernicorum et Camerarii Regni.

Pousa, al. Posa de genere Aba Tauernicorum Magister, vna Comes de Moson	1135
Magnus Bikach summus Camerarius Regius	1145
Bogislaus al. Boroslaus Regiae Camerae Praesidens	1148—9
Gath, Comes Camerae	1211
Salomon	1214
Dionysius . . . . 1216—21. Item	25—30
Demetrius	1222
Nicolaus	1231—3
(Pous Mgr. Tauern. Belae Regis	1229. 33. 57.)
(Iula Mgr. Tavern, Colomanni Regis	1232—3)
Pous Mgr. Tauer. Regalium	1237
(Nicolaus, Regis Colomanni	1237)
Dominicus Mgr. Tauer. Regal.	1238
Mathaeus, al. Mathias	1243—4
Dionysius	1247
(Nicolaus Mgr. Tauer. Stephani Regis	1248)

	Anno.
Chak, Mgr. Tauer. Regalium	1250—1
Idem Chak summus Camerarius .	1252. 4. 5
Andreas Comes Taver. Regalium . . .	1253—5
Matheus	1263
(Aladar. Mgr. Tauer. Stephani . . .	1263)
(Moys Mgr. Tauer. Belae Ducis Sclau.	1263)
Mgr. Petrus dictus Beluk, Curiae regiae dispensator	1263—4
Mauritius Baro et Mag. Tauer. Regal. .	1263
Walterus Comes Camerae Regiae cir. .	1263—4
(Laurentius Mgr. Tau. Stephani Reg. .	1263
M. Stephanus, filius Dominici, Mr. Tauernicorum et Agazonum reginae senioris, mox Iunioris	1265
Laurentius Mgr. Tauernicorum	1268
Mauritius	1268
(Oliuerius Mgr. Tauer. Reginae . .	1269)
Aegidius Mgr. Tauer. Regal. . .	1270. 1. 2. 4. 6
(Gregorius Mgr. Tauer. Reginae .	2271—2)
Erney, al. Henricus Regalium	1272
Ioachin, al. Ioannes	1272—3. 4. 9
Stephanus	1273
Aegidius	1275
Mathaeus	1275
(Moys Mgr. Tauer. Reginae . . .	1274—5)
Dionysius Mgr. Tauer. Regis . . .	1277. 77
(Rolandus - Reginae	1275)
(Nicolaus - eiusdem	1276)
Ugrinus Regis	1277—8
Ioachimus Tauer. Regis.	1279
(Zumboth Tauer. sine haerede decedens)	S. a.
Petrus Mgr. Tauer. Regal.	1281
Laurentius	1281—5

	Anno.
Dominicus	1290
(Moys Mgr. Tauer. Reginae	1291)
Ioannes Regis	1291
Osl	1295
Dominicus	1299—1301

VI. Magistri Agazonum.

Nane Agazo	1055
Crug Agazo	1082
Grab Agazonum Magister	1085
Thomas	1088
Ladislaus	1220
Dionysius, filius Dionysii	1222—4
Michaël, filius Apa	1224—5. 1231—5
Nicolaus	1228
(Pous filius Solum Belae regis	1229—31)
Dionysius, filius Dionysii	1234—238
Chak	1245
Stephanus	1243—4
Erneus	1245
Moys Marescalcus 1251 Agaz. Mag.	1254
Laurentius	1258
(Stephanus filius Chak Mgr. Agaz. Regin.	1264—5)
Herardus regis	1266
Rainaldus	1268
Albertus	1270 1. 2
Vgrinus, filius Pous	1272—3
Nicolaus.	1274
Herbordus	1274—5
Petrus	1274—9
Vgrinus.	1279
Iacobus Agazonum	1284
Ioannes	1290

	Anno
Miko	1291
Mathaeus	1295. 6

VII. Dapiferorum Magistri.

Queled Dap. Regal. Magist.	1103—13
Leuca	1135
Gabriel	1148
Simon	1156
Dionysius.	1183—86
Mogh.	1193—99
Esau	1197
Benedictus	1201
Ypoch	1204
Stephan. al. Chepanus	1206
Marcellus Dap. Magister.	1209—10
Petrus	1211
Iula	1212
Simon de Zobor	1214
Dionysius	1220
Demetrius Senescalcus	1220. 2. 8. 30
Nicolaus Sinistyr vna Iudex Vduornicorum	1225
(Chak Dap. Belae regis	1229—30)
(Demetrius Colomanni	1232—4)
Mauritius	1233—4
Ladislaus	1232—4
(Andreas Belae Reg.	1233)
Mathaeus	1235
(Demetrius Colomanni.	1238)
Rolandus	1243—7
Mauritius	1243—7
Nicolaus	1251—4
Rolandus Senescalcus.	1252
Moyses	1258

Anno

Rolandus M. Dapifer. 1260
(Stephanus reg. Stephani . . . , . . . 1263)
Laurentius . . . . 1263—9
(Aegidius Stephani. . . . . 1265)
(Georgius fil. Desidery Cancellarius Dapiferor). . . . . , . . .
Petrus . . . . 1270—2
Rainoldus 1272. 3. 4
Herbordus 1274
Nicolaus 1275
Stephanus . . . . .1275—9
Petrus . . . . 1281—4
(Symon officialis St. M. Dapiferorum . 1276
Rainoldus 1279
Gregorius 1287
Ladislaus. . . . . 1291—4
Nicolaus 1296

VIII. Pincernarum Reg. Magistri.

Caiphas Pinc. reg. Magister 1148
Sebus de Sz. György C. Poson. 1209
Demetrius de Raska 1209
Alexius, al. Alexander de Bozin 1217
Laurentius, filius Ochuz 1221
Iula, filius Iulae Comitis . . . . . . 1222—28
Lucas 1230
Stephanus 1231
(Michaël, filius Opud, Belae regis . 1230. 1)
Bagon al. Bagin 1233
Alexander 1234
(Belud, filius Osl, Belae Regis . . . . 1235)
Michaël 1253. Huius Curialis. Comes Gregorius 1253

	Anno
(Dominicus Stephani regis	1263)
(Joachinus Belae tot. Sclau. Ducis. . . .	1263)
Philippus	1270—2
Laurentius	1273—4
Nicolaus	1274—5
Gyula	1275
Chepanus	1275
Iakow	1279—1291

IX. Magistri Curiae Regiae.

Primitus iidem, qui Comites Curiae regiae, etiam Curiales dicti:

Rotbertus de Goslauia Spatarius S. Ladislai	1091
Macarius Curialis Comes et V. Banus . .	1189
Iacobus Ensifer	1288
Chak ensisferorum Magister. . .	1293—1298

X. Cubiculariorum Reg. Magister.

Bache Blastus	1140

XI. Ianitorum reg. Magistri.

Mag. Thomas de Puk	1269
Dominicus	1300—1

XII. Camerae regiae Praefecti.

Primitus iidem, qui Tauernicorum regalium Magistri.

Posa, Magnus Bikach, Bogislaus et etc. V. supra.

Chak summus Camerarius	1254
Merculinus C. Cam. reg.	1291
Baldus C. Camerae regiae	1292

Anno

XIII. Persona regiae Maiestatis.

Hanc repraesentabant Comites specialiter deputati initio.

Magister Dausa Persona regiae Maiestatis	1293

IV. Proceres regni, seu Comites Parochiales, id est Prouinciales.

I.) Albenses.

Thomas vna Agaz. Reg. Magister	1088—1108
Custide	1138
Gallus	1183
Tiburtius	1198
Ochuz	1202
Tiburtius	1206
Farkas	1209
Bagin	1213
Nicolaus frater Moys	1214
Ioannes	1219
Gregorius, filius Bena	1220
Banco vna C. curiae regiae	1221
Martinus	1222
Michaël, filius Ompud	1234
Laurentius	1235
Paulus	1238
Emericus	1245
Seuerinus	1247
Demetrius	1265
Petrus	1271. 2
Salomon	1273
Pousa	1274
Petrus	1275

	Anno
Iwanka	1275
Michedeus	1277
Benedictus	1291

2.) Bachienses al. Vachien.

Queled vna M. Dapiferorum	1103—1113
Paulus vna Palatinus	1135
Dionysius vna M. Dapif.	1183—6
Mogh vna Palatinus	1193
Esau vna M. Dapiferorum	1197
Micha vna Palatinus	1199
Benedictus	1201
Ypoch vna Banus	1202
Chepanus	1205—8
Marcellus	1209
Petrus	1210—11
Iula vna C. Curiae regiae	1212—3
Salomon vna M. Tauern.	1214
Ochuz vna C. Curialis	1215
Ladislaus	1219
Dionysius vna M. Tauern.	1220
Smaragdus	1222
Nicolaus	1222—3
Ladislaus vna C. Cur. Reg.	1228—29
Pous vna M. Tauern.	1235
Simon	1238
Dionysius	1263
Paulus	1271—2
Ioannes vna Tauernicus	1276

3.) Comites de Bana, qui nobis Comites Camerae Montanae.

Bagon vna M. Pincernarum	1246
Andreas	1262—5

	Anno
Paulus	1272
Ladislaus vna Iudex Curiae	1273
Oguz vna V. Iudex Curiae	1273
Herbordus, vna Agazo	1274
Ioannes	1274
Rolandus vna Tauernicus reg.	1275
Paulus	1278
Nicolaus	1279

4.) Baranya.

Crug, vna Agazon.	1082
N. N.	1209
Georgius	1232
Mauritius vna Pincern.	1245
Demetrius	1250
Mauritius vna Tauern.	1266
Herbord	1272
Ladislaus	1273
Laurentius	1273
Herbordus vna Agazon.	1274—5
Regen	1275
Mathaeus vna Tauern.	1276
Paulus	1279
Ioannes vna Agazon.	1290
Kemen	1291

5.) Bars.

Otto	1124
Petrus	1156
Rudolphus	1214
Hannon	1219
Lucas vna M. Pincer.	1230
Demetrius vna C. curiae regiae	1233—4

	Anno.
Ladislaus vna Com. curiae regiae . .	1254
Stephanus vna Dapif.	1275—6
Simon	1277
Gregorius Banus vna Nitrien. . . .	1290
Thomas vna Nitrien. . . .	1295. 9. 1301

6.) Békes.

Damianus circa an.	1217
Botyz, vna Curialis Comes	1223

8.) Berber.

Gregorius	1226—7

7.) Beregh

Nicolaus vna M. Pincern.	1274
Gregorius	1299

9.) Bihar al. Bichor.

Saul	1103—13
Bucan, vna Curial.	1135
Achus	1138
Esau	1186
Both	1196
Petrus	1197
Micha	1098—9
Benedictus, vna Palat.	1202
Moch	1207
Smaragdus	1208
Marcellus	1208
Michaël	1209
Banco	1209—11
Miko	1212—21
Neuka al. Nimcha, Neuthlen, c. 1221	1216—7
Helias	1222

	Anno.
Iula	1222
Pous	1225
Nicolaus frater Vgrini	1228
Moys vna Palatin.	1230
Stephanus	1233—4
Laurentius	1238

10.) De Bokon al. Bakon.

Sug Comes	1082
Lucas	1233

11.) Borsod.

Iacobus	1108
Iacobus vna Agazon.	1284

12.) Budrugh al, Bodrog.

Lampertus	1135
Dionysius	1145
Appa	1156
Heinricus	1163
Stephanus	1188
Dominicus vna C. Curialis	1193
Theodorus	1199
Tiburtius	1201—3
Mathaeus	1205
Gyula	1206—11
Andreas	1212—13
Berthold vna Colocen. A. Episc.	1215
Ochuz vna Curialis reginae	1219
Iula Maior filius Borz vna C. de Zonuk	1220—23
Chak	1224—5
Ochuz vna C. Cur. reginalis	1228
Iula	1234
Demetrius de genere Aba	1235—8

	Anno.
Mize, vna Tolnensis	1290
Iacob	1293—4
Koposz Magnus, filius M. Stephani de Ratolt	1300

13.) Byssenorum.

Lucas Comes	1222

14.) Castriferrei al. Vasvár.

Ugudi	1108
Fulco	1193
Martinus	1203—5
Moys	1209
Miska	1214
Demetrius, vna Senescalcus . .	1219—22
Laurentius	1222
Ladislaus	1223
Iula	1225
Haholt	1238
Nicolaus	1241
Balduin	1244
Henricus	1244—5
Nicolaus	1247—58
Stephanus, vna Banus et Iudex Curiae Reginalis	1263
Erney Banus, vna Iud. Curiae . .	1267
Gregorius, vna Tauern. Reginae .	1271—2
Omodaeus	1272. 3. 5
Dominicus	1273
Gregorius	1273. 4
Herardus, vna Iud. Curiae Reginae .	1275
Maurus, vna Vice-Iud. Curiae . .	1276
Stephanus	1276—7
Gregorius	1279

	Anno
Herbordus	1279
Ochuz	1291

15.) Chanadien. al. Sunadien. et Cenad.

Eusa, vna Iudex Curiae	1163
Iula, vna Curialis C.	1203
Marcellus, vna C. Curial. . . .	1207
Peyni, al. Petrus vna C. Curial. .	1208—13
Martinus	1214
Raymundus	1217
Paulus	1220
Nicolaus, vna C. Curial.	1222—3
Demetrius, vna Iud. Cur. . . .	1225
Ladislaus, filius Vetruch	1234
Iula, vna Iud. Curiae	1235
Demetrius	1238

16.) Chongrad. al. Cheringrad.

Nicolaus	1238

17.) De Clus.

Chrystophorus cir. an.	1221
Sebastianus c. an.	1229

18.) Dalmatiae.

Domaldus Comes Dalmatiae, vna Praestaldus Andreae Ducis	1200

19.) Doboka.

Laurentius, vna Banus de Zeurino .	1271—2

20.) Falconariorum, idest Falcatorum.

Pater Jolanthae	1263

Anno

21.) Geur. al. Jeur. Iaurienses.

Buzad	1209
Nicolaus, vna C. Curiae Reginalis .	1212—4
Hedericus	1223
Simon Latinus	1231
Nicolaus	1238
Mauritius, vna Dapifer. . . .	1243—4
Moys, vna Agason.	1254
Laurentius, vna Agazon	1258
Szelke	1271
Ladislaus	1291

22.) Goriczensis.

Boncelaus	1224

23.) Gumur, et Gömör.

Magister Baas, vna Iudex Curiae Stephani Regis Iunioris	1263

24.) Heves.

Banc, vna Palatinus	1212
Michaël	1219

25.) Honth, aut Hunth.

German	1156

26.) Jadrensis.

Comes Damianus	1188—94

27.) Iobbagionum S. Stephani.

Martinus C.	1230

28.) Kamarun, al. Komaromien.

Nicolaus, Frater Vgrini	1214
Alexander	1236
Tetus	1245

Anno.

Thomas, vna Banus 1277
Paulus . . . . 1300—1

29.) Karasso, erreonee Karako, al. Krasso.

Sol 1205
Sebus 1214
Laurentius, vna Pincern. . . . 1273—4
Vgrinus, vna Agazo et C. Kewe . . 1279
Laurentinus, vna Banus de Zeurino et Kew. 1291

30.) De Kemluk.

Nicolaus, vna Cancellarius Dapiferorum . 1263

31.) De Kewe, al. Kwetke.

Achilles, vna C. Curialis 1201
Nicolaus C. Curial. 1208. 1210
Martinus 1209
Marcellus, vna C. Curial. . . . 1211
Poth 1213
Iula 1220
Calo Ioannes, vna Dux Syrmii . . 1235
Iula, vna Iudex Curiae 1238
Stephanus, vna Banus et Curialis Reginae 1263
Petrus C. de Kwetke. vna Dapiferorum . 1272
Laurentius . . . . 1273—4
Vgrinus, vna Agazo et de Krasso . . 1279

32.) Kulusiensis in Transyluania.

Pazman 1201

33.) Musunien. al. Mosoniensis.

Pousa, al. Jousa, vna Tauern. M. . . 1139
Poth, al. Poch, Phoc, et Phoco . 1199—1202
Maurus 1202
Poth . . . . 1206—9

	Anno.
Alexander	1207
Tiburtius	1213
Poth	1214
Botyz	1219—20
Iula, frater Ratolt	1221
Martinus, filius Mihál	1223
Theodorus	1225
Gula, vna M. Pincer.	1228
Ladislaus	1233—4
Mauritius, vna M. Dapi	1234
Lucas	1235. 8
Demetrius, vna Iud. Cur.	1243—4
Benedictus	1245—7
Demetrius, vna Iud. Cur.	1263
Laurentius	1264
Iob, vna Episc. Quinque-Ecclesien.	1271
Nicolaus, vna Pincern. 1274. Dapi.	1275
Iacob	1275
Stephanus Banus, vna Iud. Curial.	1279
Mok, vna Palat.	1286
Paulus	1291

34.) Neugrad. al. Neogradienses.

Slauiz	1108
Girch, al. Birch	1156
Bolosoy, Stipes B. Balassa. cir. A.	1216
Philippus, vna Epis. Vacien.	1272
Dominicus, vna Tauer. et Com. Simigh.	1299
Farkas	1301—1

35.) Nitrienses.

Lambertus	1195
Beneduk	1198

	Anno.
Veytik, una Curial. Com.	1199
Thomas	1210
Iula	1214
Laurentius, vna Iud. Cur.	1217
Bened., filius Samuel	1219
Ioannes	1220
Mike	1223
Ladislaus, vna C. Curiae Reg.	1225
Petrus, frater Marcelli	1233
Kemenus	1234
Dominicus, vna Tauer.	1238
Maurus, vna Dapifer.	1243
Rolandus, vna Dapifer.	1243
Arnoldus	1244
Stephanus, vna Iud. Cur.	1245
Mauritius, vna Iud. Cur. Reginae	1251
Erneus Banus	1263
Chak, vna Banus	1269
Michael	1271—2. 3. 5
Iacobus	1274—5
Thomas, vna Banus	1276—7
Michaël	1276. 81
Petrus	1279
Michael	1285
Mocho	1288
Andreas, vna Iudex Cur.	1290
Gregorius Banus, vna C. Bars	1291
Thomas, vna Bars	1295—1301

36.) Noui Castri, al. Abauj.

Mathaeus	1188
Dionysius	1198—9
Ech	1201

	Anno.
Martinus	1204
Benedictus	1209
Alexander	1214
Dionysius vna M. Tau.	1216—9
Alexander	1219
Benedictus, filius Samu	1220
Martinus, filius Mich.	1222
Laurentius de Vjvár	1223
Petrus, filius Marcelli vna Com. Cur. reginae.	1250
Philippus	1299—1301

37.) Orbaz al. Vrbaz.

Nicolaus, filius Bors, Comes de Vrbaz .	1213
Magister Chak.	1267—9
Alexander	1272
Laurentius vna C. Sopron.	1273
Petrus	1275

38.) Orod al. Arad.

Kelemen	1214
M. Benedictus	1263—4

39.) P i l i s.

Oliuerius	1272
Ioachim vna Tauern.	1271. 5
Ioannes	1274
Thomas vna Episc. Vacien.	1284

40.) P o s e g a n i.

Ladislaus vna Magister Agazon.	1220

41.) P o s o n i e n s e s.

Leuka	1135
Iulian	1142
Vanlungen	1165

	Anno.
Ioannes	1183
Petrus	1195
Ioannes	1198
Henricus vna Palatinus	1200
Thomas vna Palat.	1203
Mercurius	1206
Ochuz	1207
Moche	1208—9
Nicolaus	1211—2
Banc	1213
Smaragd	1214. 9. 21
Sumrachus	1217
Dominicus	1222
Tiburtius	1222
Buzad	1222—3
Demetrius vna Dapifer.	1225—8
Nicolaus vna M. Tauern.	1233—4
Andreas	1235—8
Mathias vna Tauer.	1243
Mathaeus	1244—5
Dionysius vna Tauern.	1247
Rolandus Palat.	1251—4
Henricus Dominus Modrae vna Palat.	1260
Mathaeus vna Tauern.	1263
Andreas	1267
Stephanus vna C. Curiae reginae.	1267—8
Aegidius vna Tauern.	1270—1
Ladislaus	1272—3
Ioachim. vna C. de Pilis, et Tauern.	1274
Thomas de Sempte, vna Curialis C.	1275. 7
Stephanus vna Dapiferorum	1276
Nicolaus vna Palat.	1284
Opur	1291

	Anno.
Ioannes	1293—4
Mathaeus vna Agaz.	1296—8
Demetrius vna Zolien.	1299

42.) De Riucha.

Haholdus Comes de Riucha	1232—3

43.) Sárus al. Sáros (in quo Ujvár).

Michaël	1252—4
Tekus	1261
Laurentius vna Tauern.	1285
Andreas	1287

44.) Saxonum de Scepus.

Goblinus Comes Teutonicorum	1257
Michaël	1263
Detricus	1271—74
Elias Saxonum et Latinorum.	1280—9
Hildebrand.	1291—96
Elias	1297
Iordanus	1299

45.) Scepusien. al. Szepes.

Thomas	1202
Dionysius vna Tauern.	1216
Detricus vna Tauern.	1263
Mico vna de Zolom	1273
Leonard	1274
Rolandus	1275—7
Baldus vna C. Cam. regiae ?	1292—6
Philippus	1299
Wilhelmus	1300—1

Anno.

46.) Sclauoniae.

Ioannes Comes populorum Belae, Ducis totius Sclauoniae. 1263

47.) Siculorum.

Bogomerius, filius Zubuslai, Comes et Ductor Siculorum 1235
Moyses 1291

48.) Sirmiensis.

Vgrinus vna Agazonum 1273

Ioannes 1274. Regebantur etiam per Duces: Giletum etc. 1233

46.) Strigonienses.

Simon vna Dapiferorum 1156
Nicolaus vna C. Cur. 1253
Philippus vna A. Ep. Strigon. 1272. (Deinceps in serie iidem)
(Elchinus Comes ciuitatis Strigon.) . . 1282

50.) Sümighien al. Simigien.

Otto Comes de Simigh 1061
Grab vna Agazon. . . . . 1085—94
Theobald . . . . 1103—1113
Ratold . . . . —
Iula vna Banus 1209
Opoy . . . . 1232—4
Ladislaus vna Pal. . . . . . . 1237. 43—4
Heinricus . . . . 1242—3
Dionysius vna Palat. 1245
Henricus 1247. 54. 6
Moys vna C. Warasd. 1263

	Anno.
Henricus vna Palat.	1264
Laurentius vna Palat.	1268—9
Nicolaus vna Iudex Curiae.	1270—2
Emericus	1272—3
Moys vna Baro regius	1274
Petrus vna Sopron	1275
Gregorius vna Banus	1275
Moys vna Palatinus	1276
Mathaeus vna Palatinus	1278—9
Grois	S. a.
Mok vna Palatinus	1286
Nicolaus vna Palatinus	1291
Dominicus vna Tauer. et C. de Neog.	1299—1301

51.) Supronienses.

Heydricus	1135
Andreas	1193
Dionysius	1197
Stephanus	1199
Thomas	1201
Petrus	1201
Chepanus	1202
Marcellus	1206. 8. 9
Iula	1207
Benedictus	1208
Ochuz	1209—12
Andreas	1213
Ioannes	1214
Nicolaus vna Palatinus	1219—26
Gyula vna Palatinus	1225
Gyula magnus vna Banus	1228
Nicolaus, filius Bors vna Agaz.	1230—4
Fila	1234

	Anno.
Chak vna Agazon	1235—243. 47
Rolandus	1244—5
Laurentius vna Dapiferorum	1263—7
Moys vna Palatinus	1270—1. 286
Mathaeus vna Pal. iud. ciuium et C. de Simig	1279
Ioannes vna Tauern.	1274—9. 1291
Stephanus	1300—1

52.) Spalatensis.

Comes Martinus	1163
— Grubessa	1188

53.) Stiriae.

Gotfridus Iudex Prouincialis Stiriae	1261

54.) Temes alias Tumus.

Heere	1214
Giletus, filius Nicolai Pal. vna Dux Sirmii	1233
Mathaeus vna Dapiferorum	1235—8

55.) Trencsinien.

Michaël	1195
C. Bab, filius C. Bab.	1241

56.) Tolnens. alias Tulnen.

Poznan	1193
Petrus	1275
Tiba	1275
Mize vna C. de Bodrog	1291
Gregorius	1291—2
Kopos vna C. de Bodrogh	1299—1300

57.) Traguriensis.

Vukina	1227

	Anno.

58.) Vgochen.

Wsgh vna de Erdöd	1264
Nicolaus	1274
Vbul	1289

59.) Vngh al. Hungvar.

Benedictus	1214
Gregorius	1265
Iacobus	1290

60.) Varasd.

Stephanus	1193
Zacharias	1209
Ochuz vna Banus	1220
Michaël	1244
Andreas	1258
Moys	1263
Henricus	1272
Stephauus	1273

61.) Veglia.

Bartholomaeus	1193
Fridericus et Bartholomaeus	1263
Bartholomaeus	1268
Guido	1271

62.) Venatorum Comites.

Paul. circa an.	1217
Ladislaus C. Venatorum Bubalinorum c. a.	1220

63.) Veröcen.

Nicolaus vna Agazonum	1274

64.) Vesprimien.

Zahu	1203
Renold	1210—14
Ochuz	1274

	Anno.
Stephanus, dictus Purch	1275
Leurence	1291

65.) V o l k o.

Petrus	1232
Georg	1234
Ladislaus vna Vaiuoda	1252
Paulus vna Banus de Zeurino	1275
Reynold	1279
Nicolaus	1291

66.) Zabolch al. Zobolch.

Simon	1214
Bosou V. Cur. Com. circa	1220
Renold vna Dapif.	1272

67.) Z a g r a b i e n s e s.

Bachia	1224
Hodus	1271

68.) Z a l a.

Bod, vna cent. Nitrien.	1130
Martinus	1138
Stephanus	1188
Aegidius	1193
Benedictus vna Banus	1199
Nicolaus vna Banus	1199
Bank	1203
Ochuz	1205
Nicolaus	1232—4
Paulus	1240
Arnoldus	1240—1
Nicolaus	1243
Bogomerius	1245

	Anno.
Nicolaus	1247
Paulus vna Iudex Cur.	1250—1
Alexius	1258
Chak vna Banus	1267
Ponich vna Banus	1271—2
Petrus vna Dapiferorum	1272
Ponith vna Banus	1272
Ioannes	1272—3
Dedalus	1273—5
Dionysius vna Tau. reginae . . .	1275
Bagun	1275
Omodeus	1276
Dedalus	1279
Dionysius	1279
Ioannes	1279
Alexander	1288
Lucas vna Tauer.	1291
Georgius	1291

69.) De Zana.

Alexander	1259

70.) Zarandien.

Dionysius, filius Georgii	1269
Ponyth vna Banus	1272

71.) Zathmar al. Zotmar.

Wenceslaus	1216
Zacharias	1221
Iacobus vna C. de Budrug . . .	1291
Nicolaus vna Pincern.	1296

72.) Zemlin al. Zemplin.

Martinus	1214
Dominicus vna Pincern.	1263

	Anno.
Andreas	1299

73.) De Zibinio al. Scibinio.

Albertus vna Agazo	1270—2
Ladislaus vna Palatinus et C. de Baranya .	1273
Alexius	1274
Alexander	1275
Petrus vna Vaiuoda	1278

74.) Zolienses.

Detricus Procurator	1222—28
Dousch	1236
Miko	1250
Michaël	1253
Miko	1254
Zeteus	1256
Detric filius Miconis	1258—1262
Miko vna arcis Szklabina Dominus . .	1263
Michaël vna de Scepus	1265
Miko	1273—4
Nicolaus	1280—3
Merculinus vna C. Camerae Regiae . .	1291
Demetrius	1295—99

75.) De Zonuk al. Zolnok.

Macarius	1193
Hermon vna Vaiuoda	1197
Petrus vna Curialis C.	1198
Tiburtius	1198
Ampudinus	1199
Smaragdus vna Cur. Comes . . .	1205—6
Iula Maior vna C. Budrug . . .	1220
Borichius	1221
Dionysius vna Tauer.	1228. 35. 36

	Anno.
Dees	1234
Dionysius, vna Palat. . . .	1235—8
Paulus	1245—8
Dionysius	1251—8
Baas, vna Curial C.	1260
Stephanus	1263
Mathaeus, vna Vajuoda	1271—2
Nicolaus, vna Vaj.	1272. 3. 4. 5. 9
Ioannes, vna Vaj.	1273
Mathaeus, vna Vaj.	1276
Vgrinus, vna Vaju.	1276—9
Rolandus, vna Vaj. et Ban. . .	1290—91

76.) De Zulgageur, al. Zolgagyör.

Cynardus	1263
Renoldus	1272—3
Petrus, vna Agazonum . . .	1274—5
Rainoldus, vna Dapif.	1279

V. Ecclesiae Collegiatae, Monasteria, et Ordines religiosi.

Praepositurae Ecclesiasticae Collegiatae.

Praepositura	S. Emerammi de Nitria ante A.	1000
—	B. M. Virginis de Alba, circa A .	1006
—	SS. Petri et Pauli Apost. de V. Buda	1010
—	B. M. V. de Varadino . . .	1016
—	S. Petri de Rauenna . . .	1036
—	S. Stephani de Varad. . . .	1090
—	S. Margarethae de Demes . .	1138
—	S. Adalberti de Iaurino . . .	1138
—	S. Martini de Scepus. . . .	1209
—	S. Michaëlis de Castroferreo .	1218
—	S. Martini de Orod . . .	1222

Anno.

Praepositura S. Thomae de monte Strigon. 1222
— Chasmensis 1223
— Saxonum de Transiluania, alias de Cibinio 1230. 39
— S. Saluatoris, al. S. Martini de Poson 1231
— S. Stephani P. M. de Strigon. . 1249
— De Posega 1223. 1264

Abbatiae Ordinis Benedictinorum.

Abbatia S. Martini supra montem Panno-niae Anno 1000
— S. Hipolyti de Zobor circa . . 1000
— S. Benedicti de monte ferreo, alias Pécsvárad. 1015
— S. Adriani M. de Zala . . . 1019
— SS. Petri et Pauli Apost. de Tata cir. 1024
— S. Mauritii M. de Bakonbél . . 1036
— B. M. V. de Saar circa . . . 1044
— S. Aniani E. et C. de Tihan . . 1055
— S. Demetrii supra Drauam. . . 1057
— S. Saluatoris de Sexard . . 1061
— B. M. V. de Kolos, sub Bela I. cir. 1062
— S. Iacobi de Silisio cir. an. . 1060—2
— B. M. V. de Zaszt sub rege Salomone.
— S. Benedicti de iuxta Gron . . 1075
— Omnium Sanctorum de Pograny sub Geisa I.
— S. Michaëlis Archangeli de Batta, e Bullar. Benedicti. Anni 1337. c. a- 1092
— Dexterae S. Stephani alias de Beruc-cio Beruktó cir. An. . . 1091—3
— S. Aegidii de Simighio, al. Sz. Igis 1091

	Anno.
Abbatia B. M. V. de Klus Dioces. Nit. sub Stephano II. R. H.	
— S. Petri de Chatár . . .	1137
— S. Georgii M. et M. de Ják, per Iacobum filium Opur fundata circa.	1140
— B. M. V. de Széplak (Koller Hist. T. I. p. 411. A. . . .	1143
— S. Nicolai de Madocsa . . .	1145
— B. M. V. de Gyssing. . . .	1157
— S. Stephani de Telky . . .	1198
— S. Stephani P. M. de Kö, al. Bán Monostra	1198
— S. Helenae de Földvár a Bela III. R. H. fundata e Bulla Pontificia A. .	1199
— SS. Cosmae et Damiani Diaeces. Nitr. sub Emerico.	
— B. M. V. de Czikkator . . .	1205
— S. Iacobi de Lében . . .	1208
— S. Mariae de Topolszka, al. Toplicza	1211
— S. Saluatoris de Kapornok . .	1212
— Gabrielis de Iohem cir. . . .	1217
— De Petur	1218
— De Vituhu, al. Itubuj in praeposituram Saec. transformata. . 1219.	1225
— De Curru iuxta Körös fluv. . .	1219
— De Triskai, al. Tereskő . .	1219
— De Porozlo	1219
— S. Benedicti de Szkalka, al. de Rupibus	1224
— S. Crucis de Vértes . . .	1225
— B. M. V. de Almad . . .	1225
— S. Iacobi de Eremo (?) . .	1230
— S. Margarethae de Hahot . .	1234
— S. Andreae de Bistricza . .	1235

	Anno.
Abbatia de S. Cruce ad Muram . . .	1235
— De Zadust, al. Zaszt	1235
— B. M. V. de Sasuár . .	1235. 1244
— B. M. V. Zeer Monostra . .	1235
— De Bund. fors Vnt	1239
— S. Georgii M. et M. de Dombo (?)	1247
— S. Benedicti de Kaposfö, al. de Simigio	1249. 52
— S. Trinitatis de Siklós . . .	1249
— S. Michaëlis iuxta castrum Baranya	1253
— Martini de Vaska	1255
— De Jász	1256
— B. M. V. de Vágujhely . . .	1263
— B. M. V. de Dombó	1264
— De Zoad	1265
— De Kana	1269
— S. Crucis sub Bela IV.	
— S. Margarethae de Meszes . .	1281
— Dienus monostra sine anno . .	—
— De Belche, cuius? latet, floruit .	1254
— De Cholt — latet, anno .	1217
— De Héviz — latet . .	*1219*
— De Debrő — latet . .	—

Abbatiae Ordinis Cisterciensium.

Abbatia B. M. V. de Pasztoh Anno .	1158
— B. M. V. Melleifontis vulg. Hárskuth (?)	1141
— B. M. V. de Czikator . .	1142. 1265
— De Casa noua vulg. Ujlak (?) .	1150
— De valle Honesta, al. Posega	1172. 1252
— B. M. V. de Egres	1179. 1212

	Anno.
Abbatia de Bakon	1182
— De S. Gothardo, Sanctae Crucis in Austria filia . . . 1185.	1218
— B. M. V. de monte, al. Bors Monastra, seu Kedhel	1194
— B. M. V. de Pilis, al. Peles . 1184.	1202
— B. M. V. de Zircz (de Bakon translata)	1198
— B. M. V. de Lucentia, al. Világos	1198
— B. M. V. de Candelis, al. Schavnik	1216
— Znam, al. Nam	1219
— S. Margarethae de Porno . .	1221
— Trium fontium de Beel, al. Cumamanorum in Comitatu Borsod .	1231
— B. M. V. de Scepus. . . .	1234
— Proërbroch	1235
— S. Michaëlis de Kercz . . 1223.	1239
— De Erchi S. Nicolai . . .	1236
— Belae fontis	1248
— S. Aegidii de Bartfa . . 1247.	48
— S. Nicolai de Erchi, vsque Annum	1258
— S. Tisibitoti de Campo Strigon. .	1269
— B. M. V. de Abraam . . 1263.	1272
— B. M. V. Virginis de Bakon Somlyo	1279
— B. M. V. de Loco Regali (Königshof) cir.	1282
— S. Michaëlis Arch. in insula S. Mariae, al. leporum . . .	1302
— De Eperjes erit de Egres, vt supra.	

Praepositurae Praemonstratensium.

Praepositura S. Stephani de Promontorio Varadien. Anno . . . 1124.	1180

		Anno
Praepositura S. Stephani R. H. de Bozok	1131.	1135
— S. Michaelis de Chorna . .	1180.	1230
— S. Spiritus prope fluuium Chrysium		1199
— De Landec		1212
— S. Crucis de Lelesz		1214
— S. Michaëlis de insula leporum	1224.	1249
— S. Laurentii de Haj . . .		1226
— S. Eustachii da Chut . .	1235.	1264
— B. M. V. de Rayk ? . . .		1239
— S. Ioannis B. de Iaszov . .	1244.	1255
— De Türje	1241.	1255
— De Sagh		1244
— B. M. V. de Mayk . . .	1252.	1269
— De Hantha		1253
— B. M. V. de Thurócz . . .		1255
— B. M. V. de Ráthóth (?) . . .		1255
— S. Ioann. Bap. de Zsambok . .		1258
— S. Iacobi de Moriczhida al. de Raba		1263
— De Been		1264
— De Misle		1289
— B. M. V. de Abraham . . .		1294
B. M. V. de Ér-Adony . . .		1294
De Almazu al. Rácz-Almás . .		1294
De Chemy		1294
De Gajdel al. Gajdobra . . .		1294
S. Huberti de Graba al. Garab .		1294

Praepositurae Augustinianorum Canonicorum Superpelliceatorum.

Praepositura Sancti Nicolai Albae extra muros	1244.	1256
— De Kaet vel Kő circa . .	1050.	1197
— S. Sapientiae de Titul . . .		1056

	Anno.

Canonicorum S- Sepulchri.

Praepositura de Komlós . . . 1212.	1244
— de Landek	1213

Monasteria Religiosorum.

Canonici S. Abrahae de valle Hebron .	1198
Canonici regul. S. Augustini . . .	1198
Hospitalarii S. Ioannis Ieros. Albae reg. .	1156
Praeceptoratus Templariorum S. Gregorii in Wrana, alias Aurana	1165
Prouincia Fratrum Minorum S. Francisci in Hungaria	1195
Canonici regul. S. Sepulchri . . .	1207
Equites Teutonici	1211
Dominicani, seu Ordin. Praedicatorum .	1212
Abbatia S. Stephani P. m. Ordinis Augustini	1235
Paulini, Eremitae, S. Iacobi de Patach c. a.	1237
Magister S. Samsonis de Strig. . . .	1235
Magister S. Lazari de Strig.	1236
Minoritae in Szemenye	1237
Ordo Crucigerorum cum rubra Stella .	1238
Charthusiani in Erchy	1253
Ordo S. S. Adriani	1254
Fratres S. Augustini	1257
Gullermitani S. Augustini de Sáros .	1274

Asceteria Monialium.

Parthenon B. M. V. Mon. gr. ritus . .	1025
De Tormoua G. R. in confinio Bihar .	1075
De Bihar	1075
De Iadra	1207
Moniales S. Clarae	1238
Moniales Ordinis S. Augustini de Wesprem	1241
Moniales Admontenses	1257
Moniales de insula Strigon	1264

	Anno
Moniales Praemon. in insula Dan.	1255
Moniales Praedicatorum	1275
Moniales Cistercienses	1297

VI. Ciuitates ac villae Liberae ac Regiae ordine in Diplomatibus occurrente.

Alba Ciuitas, vbi solium et corona regia conseruatur	1009. 1254
Corteu	1009
lauriana	1009
Vrhida	1009
Vesprim.	1009
Nitria (?)	1006
Strigonium	1035
Vacia	1075
Cheringrad	1075
Zonouk	1075
Bars, Ciuitas	1124
Pastuh curia regalis	1135
Pesth Ciuitas	1158
Poson ciuitas	1138
Neugrad ciu.	1158
Tatta ciu.	1138
Quinque-Ecclesiae	1190
Varasdinum	1209
Bichor	1217
Ferreum Castrum	1221
Krasso	1227
Tragurium	1236
Carpona hospit. Saxonum	1238
Zolum	1238
Bartpha	1247
Crisium	1252
Vághujhel	1255

		Anno.
Segnia		1255
Pestum in castro (Buda)		1255
Neosolium, Noua villa	1255.	1257
Agria		1261
Churnok	1263.	1290
Zathmar		1264
De Gibe		1265
Radna in Transylv.		1268
Suppron		1268
Bánya (Körömczbánya)		1275
Sabaria		1275
Gölniczbánya		1276
Kamarum		1277
Thorda in Transylu.		1291
Turuzko in Trans.		1291
Podolinum		1292
Zathmár Némethy		1297
Trenchinium		1300
Pestinum Maius et Minus		1300

I. Indiculus valoris Numorum in Hungaria Periodo Prima Arpadiana currentium.

I. Libra vetus aequabat in pondere 12. vncias, seu 24. semiunicas et totidem lotones. Erat proin moderna vna tertialitate leuior.

Libra auri valebat 72. solidos auri; quorum singuli 40. denariis argenti fini commutabantur. Centum proin librae auri in Diplomatibus primaeuis nominatae = 7200 aureis Bizantinis, nostratibus prope aequalibus.

Libra argenti, seu pondo, valebat 240. denarios argenti fini; quod saepe occurrit in Diplomatibus nostris. Caue tamen putes omnino purum intelligi: in omnumentis Galliae

eiusmodi materiam designat, cuius vicesima quarta pars sit aerea.

Libra vetus significabat etiam minorem summam pecuniae; vti hodie apud Britannos, et Francos. Auri scilicet circiter 10. aureos Bizantinos; argenti duos Bizantinos.

II. Vncia $= \frac{1}{12}$ librae veteris.

Vncia auri valebat sex aureos Bizantinos, seu 240. denarios argenti fini; (Hodie 10. aurei sunt in vncia) Hungaris dicebatur Obon. V. Dipl. A. 1192. Codi. Dipl. Tom. II.

Vncia argenti valebat 20. den. argenti fini.

Semi vncia auri $=$ 3. aureis Bizantinis, seu 120. denariis argenti.

Semi vncia argenti $=$ 10. denariis argenti fini.

III. Marca (Hungaris Gira.) $=$ semi librae $=$ 6. vnciis $=$ 12. semi vnciis, seu lotonibus.

Marca auri valebat: 36. solidos auri Bizantinos.

Marca argenti valebat: 6—10 pensas; 60—70. grossos; — et 120. denarios argenti fini. Frequentissima Turonensis et Bohemica $=$ 60. grossis.

Marca auri significabat etiam 4. Bizantinos.

Marca argenti significabat: vnum florenum Bizantinum, seu quatuor florenos conuentionales nostros; Marca minor dicta.

Marcula erat $\frac{1}{4}$. Marcae.

IV. Pensa (Hungaris nagy Pénz?) $= \frac{1}{20}$. librae.

Pensa auri valebat $3\frac{1}{4}$. solidorum auri. Occurrit Decr. II. S. Stephani L. II. C. 16. 36. 37

Pensa argenti fini valebat: 45. denarios; communiter: 40. denarios. Proin Dec. III. S. Ladislai C. 29. Quinque pensae = 200. denariis.

Pensa auri et argenti significabat etiam summam, a proportione librae significatae, minorem.

V. Ferto (Hungaris Fördiug) = quadrans marcae.

Ferto auri valebat = 8 aureos Bizantinos.

Ferto argenti valebat = $2\frac{1}{2}$. pensas = $17\frac{1}{2}$ grossis = 30. denariis fini argenti; non fini etiam 40—60.

Ferto argenti significabat communiter $\frac{1}{4}$. aurei Bizantini, seu florenum nostrum Conuentionalem.

Fertones erant domestici et exteri; inter hos frequentissimi Frisatici, Turonenses et Viennenses.

VI. Denarius (Kis-Pénz) argenteus magnus, seu integer = $\frac{1}{40}$. auri Bizantini, $\frac{1}{80}$. vnciae argenti fini.

Denarius argenteus magnus valebat: $4\frac{1}{2}$ xros nostros cupreos, antiquas tres polturas. Sic 20. denarii = 90 xris nostris, seu 1 fl. 30 xris. Hi transierunt tempore suo in bigrossarios, tum septenarios nostros.

Denarius argenteus significabat ratione valoris interni $\frac{1}{40}$—$\frac{1}{45}$. $\frac{1}{50}$. et $\frac{1}{60}$ floreni aurei. Optimae speciei erant Computus Budensis, vulgo promti; vnam quadragesimam aureorum Bizantinorum valentes. Inferioris pretii erant: Albenses, Cibinienses, Quinque-Ecclesienses, Banales, seu Zagrabienses, denique Viennenses.

Denarii a Liberis solui soliti, ideo etiam Libertini dicti, erant vsuales; pro nume-

ro caminorum debebant pendi: vnde nomen Füstpénz, fumarium.

Denarius paruus, seu dimidius = (Fillér) = $2\frac{1}{4}$ xris nostris, tribus gröschlis, antea vsitatis. Valoris, pro ratione materiae fuerat perinde varii. Aequabat communiter numum Austriacum. Bapka erat $\frac{1}{4}$. denarii.

VII. Grossus, alias pondus, valebat quinque denarios; Hungaris Márias, qui diu 15 xros. cupreos, mox 16—17- valebat. E denariis inferioribus valebat etiam septem, ex. c. Banales. Celeberrimi grossi lati Bohemici.

VIII. Florenus aureus, qui periodo prima Arpadiana Bizantinus communiter erat in cursu, solidus etiam dictus, valebat 40. denarios fini argenti; ex inferioribus 90—100, et vltra.

IX. Pisetum (Nehezék) = $\frac{1}{6}$. vnciae, seu $\frac{1}{48}$. marcae; valebat grossum fini argenti, seu quinque denarios. Quatuor piseta = 24. denariis Frisaticis.

X, Capetium = $\frac{1}{15}$. numi auri. Col. Decr. L. I. C. 44.

Indiculi Numismatici illustratio.

§. 1. Stephanum Proto-Regem, vti in compluribus aliis, ita in cudendis monetis, Francos et Germanos imitatum fuisse, vix vacat dubio. Apud hos vero id temporis cudi solebant ex vna vncia viginti denarii (Pfenning) puri argenti; adeoque ex libra 12. vnciarum 140. Id genus 12. denarii efficiebant vnum solidum argenti (Schilling). Vnde quemadmodum 20. denarii vnam vnciam, ita 20. solidi vnam libram constituebant. 12. librae argenti vnam libram auri obrizi, seu purissimi, et 10

librae vnam minus puri aequabant. Vti patet ex annalibus Fulden. ad an. Ch. DCCCXXXII. Edicto item Pistensi Caroli Calui tit. 36. C. 24. Cf. Nachricht von dem Münzwesen insgesammt, insbesondere aber von dem Deutschen Münzwesen. Helmstaedt. I. 1741. p. 62.

Denarii Proto-Regis Stephani tam puro sunt argento, vt propter exiguam, ac fere nullam aeris admixtionem, quamuis tenues sint, in tabulam proiecti nec tinnitum edant, nec inflecti sese, absque comminutione patiantur. 40. vnam proxime efficiunt vnciam Viennensem; 4. aequant prope aureum nostrum Hungaricum.

Solidi Aurei sub eodem Proto-rege non signabantur, nec fuerant in cursu; sed aurum rude appendebatur. Tales sunt librae auri in primis ipsius Diplomatibus memoratae.

Nec pensae significabant eiusdem tempore numum aliquem aureum signatum; sed pondusculum auri rudis, solidis tribus et tribus quartis, adeoque 45. Denariis aequiualens. Cf. lib. II. Decre. Cap. 16. 37. et 30.

Nec Marcae ab eodem rege, Diplomate Anni 1037. memoratae fuerant signatae, sed pondus octo vnciarum aequabant.

§. 2. Bela I. R. H. teste Thurocio (P. II. C. 45.) fecit fabricari numos magnae monetae ex purissimo argento. — Bizantinosque fecit currere per districtum Reg. Hungariae. Argenteos Denarios cudi fecit, quorum 40. Bizantius census erat." Bizantius proin, siue solidus aureus, hoc aeuo valebat 40. denarios puri argenti; cum ergo libra auri valuerit 12. libras argenti puri, seu 240.; hos 240×12=2880. denarios valebat. Istos diuidendo per 40. manifestum fit libram auri

valuisse 72. aureos, seu solidos. Libra haec etiam dicta occidentalis, ob vsum eiusdem in occidente receptum. Marca auri=octo vnciis, valebat consequenter 48. Bizantinos. Ast subseque marca auri etiam 72 aureos significabat. Pensa auri=$3\frac{3}{4}$. solid. valebat proin 150. denarios argenti. Hinc etiam libra, marca, pensa argenti suum trahunt explicatum (Pensa argenti valuit vnum aureum Bizantinum=40 denariis.)

§. 3. Numorum horum usus mansit sub Belae I. successoribus quoque vsque Sanctum Ladislaum: Vide librum II. decretorum huius Capite XI.; ast valor monetarius fuit auctus, vti ex eiusdem Decreti II. Cap. vicesimo quarto patet. Denarii certe quadraginta pensam vnam aequabant; ac sic pensa ad valorem vnius aurei solidi Bizantini reducta est: vide Decretum S. Ladislai L. I. cap. 14. et 16. et. 19.

Sub Colomano cusi sunt dimidii etiam denarii, denarii parui, item obuli compellati. Dein etiam Bracteatorum vsus e Germania in Hungariam irrepsit, Veerlinge; eo quod quartam partem solidi effecissent, dicti. V. Collectionem Numisem. Nation-Széchenyianam. Obtinebant etiam capetia. Lib. I. Decr. C. 44.

§. 4. Sub Bela III. et Emerico Regibus Hungariae solutiones fiebant vt plurimum per marcas, et vncias auri, et per marcas Frisaticorum, a Frisaco, oppido Carinthiae, iurisdictionis Archi-Episcopatus Salisburg. vbi cudi ceperant, nomen adeptorum; Ecclesia Quinque-Ecclesiensis Comiti de Baranya annuatim, tres marcas Frisaticorum, in octauis S. Martini debeat soluere" constituit Bela III. Diplomate anni 1190. Erant Frisatici species fertonum,

quartam partem marcae, seu duas vncias argenti facientes. Aureorum Bizantinorum currentium varietates erant: Romanatus, Constantinianus, Michaëlatus et Manuelatus, ab Imperatoribus, qui cudi fecerant, denominati: Vide Censum Romanae sedis a Centio Camerario compositum ad annum 1192. „Vncia, inquit auri, quae dicitur Obon“. Erat proin $\frac{1}{8}$ marcae.

Sub Emerico R. H. inualuerunt insuper dimidii Frisatici, et pondera, integrum ac dimidium. Quatuor pondera aequi valebant 20. frisaticis; vnum Pondus proin seu grossus=5. Frisaticis. Vide Tarifam tributi fori Strigonii Capitulo Strigoniensi e limitatione eiusdem Emerici regis soluendi. Erat proprie pondus $\frac{4}{18}$ marcae argenti.

§. 5. Sub Andrea II. R. comparent grossi etiam Pragenses: V. Diploma anni 1209. quo Demetrio de Raska telonium confertur. Postquam Iudaei et Ismaëlitae cusioni monetae semel ac iterum praefecti, monetas adulterare cepissent, has Andreas Rex reformare, denariosque eius probitatis, cuius fuerant sub Bela I. cudi facere coactus fuerat: auctoritate Decretorum ann. 1222. et 1223. Cum denariis Hungaricis cursum adepti sunt etiam Colonienses. Marca denariorum aeuo hoc pensae, seu vnciae aequivalebat V. Diploma anni 1229. Denarii libertini seu fumarii dicti: quia a singulis domibus culinam habentibus exigebantur. Cod. D. T. III. Vol. II. p. 189.

§. 6. Sub Bela IV. solutio fiebat potissimum per marcas, pondera, fertonem, dimidium fertonem, ac denarios. V. Tarifam tributi fori in castro nouo montis Pestiensis, item telonii ad Iau-

rinum, Aba, ac Fizegtü soluendi ad an. MCCLV. Sub eodem rege comparuerant etiam numi aerei, ac denarii argentei viliore metallo mixti, valoris proin et pretii inferioris: „Item tempore nouae, dum celebris est ipsa moneta, de mensura quatuor garlarum vnum denarium recipimus; cum autem denarii incipient descendere, pro tribus garlis vnum recipimus." V. Cod. Dipl. Tom. V. Vol. II. p. 312. Numos aereos Belae conspicies in collectione Numismatica regnicolari Széchényana.

§. 7. Sub Ladislao Chuno-Rege Hungariae, praeter numos hactenus vsuatos, cursum nacti sunt etiam Floreni auri, Florentiae, cum flore lilii, et icone S. Ioannis Baptistae an. Christi MCCLI. cudi cepti. Comes Elias ratione terrae Görgő assumsit soluere in festo S. Martini vnum florenum Auri. Codicis Dipl. Tom. V. Vol. II. p. 450.

§. 8. Sub Andrea III. R. H. monetis, ex indultu regum Praedecessorum diuersis locis, Albae, Budae, Quinque-Ecclesiis, Scepusii, Cassouiae, Zagrabiae in Banatu, Cibinii in Transiluania, Szegedini cudi coeptis, denariorum pondus ac valor admodum variabat. Melioris notae erant decimae combustionis; queis duae tantum partes duodecimae e viliore metallo accesserunt; inferiores octauae, quibus quatuor fuerant admixtae. Et sic porro. Praevalebant Albensis et Budensis ponderis, et antiqui prae aliis. Ratione hac factum: quod Andreae III. regis temporibus marca auri aequauerit marcas decem argenti, ac sex pensae marcam argenti. Cf. Analecta Ios. Eder. Fasc. I. 36. Diploma Anno 1293. Nro. CCCCVIII.

II. Calendarium Generale.

Ab anno Christo 900—1400.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
900	XIII.	F. E.	20. Apr.	III.
901	XIV.	D.	12. Apr.	IV.
902	XV.	C.	28. Mart.	V.
903	XVI.	B.	17. Apr.	VI.
904	XVII.	A. G.	8. Apr.	VII.
905	XVIII.	F.	31. Mart.	VIII.
906	XIX.	E.	13. Apr.	IX.
907	XX.	D.	5. Apr.	X.
908	XXI.	C. B.	27. Mart.	XI.
909	XXII.	A.	16. Apr.	XII.
910	XXIII.	G.	1. Apr.	XIII.
911	XXIV.	F.	21. Apr.	XIV.
912	XXV.	E. D.	12. Apr.	XV.
913	XXVI.	C.	28. Mart.	I.
914	XXVII.	B.	17. Apr.	II.
915	XXVIII.	A.	9. Apr.	III.
916	I.	G. F.	24. Mart.	IV.
917	II.	E.	13. Apr.	V.
918	III.	D.	5. Apr.	VI.
919	IV.	C.	25. Apr.	VII.
920	V.	B. A.	9. Apr.	VIII.
921	VI.	G.	1. Apr.	IX.
922	VII.	F.	21. Apr.	X.
923	VIII.	E.	6. Apr.	XI.
924	IX.	D. C.	28. Mart.	XII.
925	X.	B.	17. Apr.	XIII.
926	XI.	A.	2. Apr.	XIV.
927	XII.	G.	25. Mart.	XV.
928	XIII.	F. E.	13. Apr.	I.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
929	XIV.	D.	5. Apr.	II.
930	XV.	C.	18. Apr.	III.
931	XVI.	B.	10. Apr.	IV.
932	XVII.	A. G.	1. Apr.	V.
933	XVIII.	F.	14. Apr.	VI.
934	XIX.	E.	6. Apr.	VII.
935	XX.	D.	29. Mart.	VIII.
936	XXI.	C. B.	17. Apr.	IX.
937	XXII.	A.	2. Apr.	X.
938	XXIII.	G.	22. Apr.	XI.
939	XXIV.	F.	14. Apr.	XII.
940	XXV.	E. D.	29. Mart.	XIII.
941	XXVI.	C.	18. Apr.	XIV.
942	XXVII.	B.	10. Apr.	XV.
943	XXVIII.	A.	26. Mart.	I.
944	I.	G. F.	14. Apr.	II.
945	II.	E.	6. Apr.	III.
946	III.	D.	22. Mart.	IV.
947	IV.	C.	11. Apr.	V.
948	V.	B. A.	2. Apr.	VI.
949	VI.	G.	22. Apr.	VII.
950	VII.	F.	7. Apr.	VIII.
951	VIII.	E.	30. Mart.	IX.
952	IX.	D. C.	18. Apr.	X.
953	X.	B.	3. Apr.	XI.
954	XI.	A.	26. Mart.	XII.
955	XII.	G.	15. Apr.	XIII.
956	XIII.	F. E.	6. Apr.	XIV.
957	XIV.	D.	19. Apr.	XV.
958	XV.	C.	11. Apr.	I.
959	XVI.	B.	3. Apr.	II.
960	XVII.	A. G.	22. Apr.	III.
961	XVIII.	F.	7. Apr.	IV.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
962	XIX.	E.	30. Mart.	V.
963	XX.	D.	19. Apr.	VI.
964	XXI.	C. B.	3. Apr.	VII.
965	XXII.	A.	26. Mart.	VIII.
966	XXIII.	G.	15. Apr.	IX.
967	XXIV.	F.	31. Mart.	X.
968	XXV.	E. D.	19. Apr.	XI.
969	XXVI.	C.	11. Apr.	XII.
970	XXVII.	B.	27. Mart.	XIII.
971	XXVIII.	A.	16. Apr.	XIV.
972	I.	G. F.	7. Apr.	XV.
973	II.	E.	23. Mart.	I.
974	III.	D.	12. Apr.	II.
975	IV.	C.	4. Apr.	III.
976	V.	B. A.	23. Apr.	IV.
977	VI.	G.	8. Apr.	V.
978	VII.	F.	31. Mart.	VI.
979	VIII.	E.	20. Apr.	VII.
980	IX.	D. C.	11. Apr.	VIII.
981	X.	B.	27. Mart.	IX.
982	XI.	A.	16. Apr.	X.
983	XII.	G.	8. Apr.	XI.
984	XIII.	F. E.	23. Mart.	XII.
985	XIV.	D.	12. Apr.	XIII.
986	XV.	C.	4. Apr.	XIV.
987	XVI.	B.	24. Apr.	XV.
988	XVII.	A. G.	8. Apr.	I.
989	XVIII.	F.	31. Mart.	II.
990	XIX.	E.	30. Apr.	III.
991	XX.	D.	5. Apr.	IV.
992	XXI.	C. B.	27. Mart.	V.
993	XXII.	A.	16. Apr.	VI.
994	XXIII.	G.	1. Apr.	VII.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
995	XXIV.	F.	21. Apr.	VIII.
996	XXV.	E. D.	12. Apr.	IX.
997	XXVI.	C.	28. Mart.	X.
998	XXVII.	B.	17. Apr.	XI.
999	XXVIII.	A.	9. Apr.	XII.
1000	I.	G. F.	31. Mart.	XIII.
1001	II.	E.	15. Apr.	XIV.
1002	III.	D.	5. Apr.	XV.
1003	IV.	C.	28. Mart.	I.
1004	V.	B. A.	16. Apr.	II.
1005	VI.	G.	1. Apr.	III.
1006	VII.	F.	21. Apr.	IV.
1007	VIII.	E.	6. Apr.	V.
1008	IX.	D. C.	28. Mart.	VI.
1009	X.	B.	17. Apr.	VII.
1010	XI.	A.	9. Apr.	VIII.
1011	XII.	G.	25. Mart.	IX.
1012	XIII.	F. E.	13. Apr.	X.
1013	XIV.	D.	5. Apr.	XI.
1014	XV.	C.	25. Apr.	XII.
1015	XVI.	B.	10. Apr.	XIII.
1016	XVII.	A. G.	1. Apr.	XIV.
1017	XVIII.	F.	21. Apr,	XV.
1018	XIX.	E.	6. Apr.	I.
1019	XX.	D.	29. Mart.	II.
1020	XXI.	C. B.	17. Apr.	III.
1021	XXII.	A.	2. Apr.	IV.
1022	XXIII.	G.	25. Mart.	V.
1023	XXIV.	F.	14. Apr.	VI.
1024	XXV.	E. D.	5. Apr.	VII.
1025	XXVI.	C.	18. Apr.	VIII.
1026	XXVII.	B.	10. Apr.	IX.
1027	XXVIII.	D.	26. Mart.	X.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
1028	I.	G. F.	14. Apr.	XI.
1029	II.	E.	6. Apr.	XII.
1030	III.	D.	29. Mart.	XIII.
1031	IV.	C.	11. Apr.	XIV.
1032	V.	B. A.	2. Apr.	XV.
1033	VI.	G.	22. Apr.	I.
1034	VII.	F.	14, Apr.	II.
1035	VIII.	E.	30. Mart.	III.
1036	IX.	D. C.	18. Apr.	IV.
1037	X.	B.	10. Apr.	V.
1038	XI.	A.	26. Mart.	VI.
1039	XII.	G.	15. Apr.	VII.
1040	XIII.	F. E.	6. Apr.	VIII.
1041	XIV.	D.	22. Mart.	IX.
1042	XV.	C.	11. Apr.	X.
1043	XVI.	B.	3. Apr.	XI.
1044	XVII.	A. G.	22. Apr.	XII.
1045	XVIII.	F.	7. Apr.	XIII.
1046	XIX.	E.	30. Mart.	XIV.
1047	XX.	D.	19. Apr.	XV.
1048	XXI.	C. B.	3. Apr.	I.
1049	XXII.	A.	26. Mart.	II.
1050	XXIII.	G.	15. Apr.	III.
1051	XXIV.	F.	31. Mart.	IV.
1052	XXV.	E. D.	19. Apr.	V.
1053	XXVI.	C.	11. Apr.	VI.
1054	XXVII.	B.	3. Apr.	VII.
1055	XXVIII.	A.	16. Apr.	VIII.
1056	I.	G. F.	7. Apr.	IX.
1057	II.	E.	30. Mart.	X.
1058	III.	D.	19. Apr.	XI.
1059	IV.	C.	4. Apr.	XII.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
1060	V.	B. A.	26. Mart.	XIII.
1061	VI.	G.	15. Apr.	XIV.
1062	VII.	F.	31. Mart.	XV.
1063	VIII.	E.	20. Apr.	I.
1064	IX.	D. C.	11. Apr.	II.
1065	X.	B.	27. Mart.	III.
1066	XI.	A.	16. Apr.	IV.
1067	XII.	G.	8. Apr.	V.
1068	XIII.	F. E.	23. Mart.	VI.
1069	XIV.	D.	12. Apr.	VII.
1070	XV.	C.	4. Apr.	VIII.
1071	XVI.	B.	24. Apr.	IX.
1072	XVII.	A. G.	8. Apr.	X.
1073	XVIII.	F.	31. Mart.	XI.
1074	XIX.	E.	20. Apr.	XII.
1075	XX.	D.	5. Apr.	XIII.
1076	XXI.	C. B.	27. Mart.	XIV.
1077	XXII.	A.	16. Apr.	XV.
1078	XXIII.	G.	8. Apr.	I.
1079	XXIV.	F.	24. Mart.	II.
1080	XXV.	E. D.	12. Apr.	III.
1081	XXVI.	C.	4. Apr.	IV.
1082	XXVII.	B.	24. Apr.	V.
1083	XXVIII.	A.	9. Apr.	VI.
1084	I.	G. F.	31. Mart.	VII.
1085	II.	E.	20. Apr.	VIII.
1086	III.	D.	5. Apr.	IX.
1087	IV.	C.	28. Mart.	X.
1088	V.	B. A.	16. Apr.	XI.
1089	VI.	G.	1. Apr.	XII.
1090	VII.	F.	21. Apr.	XIII.
1091	VIII.	E.	13. Apr.	XIV.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
1092	IX.	D. C.	28. Mart.	XV.
1093	X.	B.	17. Apr.	I.
1094	XI.	A.	9. Apr.	II.
1095	XII.	G.	25. Mart.	III.
1096	XIII.	F. E.	13. Apr.	IV.
1097	XIV.	D.	5. Apr.	V.
1098	XV.	C.	28. Mart.	VI.
1099	XVI.	B.	10. Apr.	VII.
1100	XVII.	A. G.	2. Apr.	VIII.
1101	XVIII.	F.	21. Apr.	IX.
1102	XIX.	E.	6. Apr.	X.
1103	XX.	D.	29. Mart.	XI.
1104	XXI.	C. B.	17. Apr.	XII.
1105	XXII.	A.	9. Apr.	XIII.
1106	XXIII.	G.	25. Mart.	XIV.
1107	XXIV.	F.	14. Apr.	XV.
1108	XXV.	E. D.	5. Apr.	I.
1109	XXVI.	C.	25. Apr.	II.
1110	XXVII.	B.	10. Apr.	III.
1111	XXVIII.	A.	2. Apr.	IV.
1112	I.	G. F.	21. Apr.	V.
1113	II.	E.	6. Apr.	VI.
1114	III.	D.	29. Mart.	VII.
1115	IV.	C.	18. Apr.	VIII.
1116	V.	B. A.	2. Apr.	IX.
1117	VI.	G.	25. Mart.	X.
1118	VII.	F.	14. Apr.	XI.
1119	VIII.	E.	30. Mart.	XII.
1120	IX.	D. C.	18. Apr.	XIII.
1121	X.	B.	10. Apr.	XIV.
1122	XI.	A.	26. Mart.	XV.
1123	XII.	G.	15. Apr.	I.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
1124	XIII.	F. E.	6. Apr.	II.
1125	XIV.	D.	29. Mart.	III.
1126	XV.	C.	11. Apr.	IV.
1127	XVI.	B.	3. Apr.	V.
1128	XVII.	A. G.	22. Apr.	VI.
1129	XVIII.	F.	14. Apr.	VII.
1130	XIX.	E.	30. Mart.	VIII.
1131	XX.	D.	19. Apr.	IX.
1132	XXI.	C. B.	10. Apr.	X.
1133	XXII.	A.	26. Mart.	XI.
1134	XXIII.	G.	15. Apr.	XII.
1135	XXIV.	F.	7. Apr.	XIII.
1136	XXV.	E. D.	22. Mart.	XIV.
1137	XXVI.	C.	11. Apr.	XV.
1138	XXVII.	B.	3. Apr.	I.
1139	XXVIII.	A.	23. Apr.	II.
1140	I.	G. F.	7. Apr.	III.
1141	II.	E.	30. Mart.	IV.
1142	III.	D.	19. Apr.	V.
1143	IV.	C.	4. Apr.	VI.
1144	V.	B. A.	26. Mart.	VII.
1145	VI.	G.	15. Apr.	VIII.
1146	VII.	F.	31. Mart.	IX.
1147	VIII.	E.	20. Apr.	X.
1148	IX.	D. C.	11. Apr.	XI.
1149	X.	B.	3. Apr.	XII.
1150	XI.	A.	16. Apr.	XIII.
1151	XII.	G.	8. Apr.	XIV.
1152	XIII.	F. E.	30. Mart.	XV.
1153	XIV.	D.	19. Apr.	I.
1154	XV.	C.	4. Apr.	II.
1155	XVI.	B.	27. Mart.	III.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
1156	XVII.	A. G.	15. Apr.	IV.
1157	XVIII.	F.	31. Mart.	V.
1158	XIX.	E.	20. Apr.	VI.
1159	XX.	D.	12. Apr.	VII.
1160	XXI.	C. B.	27. Mart.	VIII.
1161	XXII.	A.	16. Apr.	IX.
1162	XXIII.	G.	8. Apr.	X.
1163	XXIV.	F.	24. Mart.	XI.
1164	XXV.	E. D.	12. Apr.	XII.
1165	XXVI.	C.	4. Apr.	XIII.
1166	XXVII.	B.	24. Apr.	XIV.
1167	XXVIII.	A.	9. Apr.	XV.
1168	I.	G. F.	31. Mart.	I.
1169	II.	E.	20. Apr.	II.
1170	III.	D.	5. Apr.	III.
1171	IV.	C.	28. Mart.	IV.
1172	V.	B. A.	16. Apr.	V.
1173	VI.	G.	8. Apr.	VI.
1174	VII.	F.	24. Mart.	VII.
1175	VIII.	E.	13. Apr.	VIII.
1176	IX.	D. C.	4. Apr.	IX.
1177	X.	B.	24. Apr.	X.
1178	XI.	A.	9. Apr.	XI.
1179	XII.	G.	1. Apr.	XII.
1180	XIII.	F. E.	20. Apr.	XIII.
1181	XIV.	D.	5. Apr.	XIV.
1182	XV.	C.	28. Mart.	XV.
1183	XVI.	B.	17. Apr.	I.
1184	XVII.	A. G.	1. Apr.	II.
1185	XVIII.	F.	21. Apr.	III.
1186	XIX.	E.	13. Apr.	IV.
1187	XX.	D.	29. Mart.	V.

Annus Christi.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascpa	Indi-ctio.
1188	XXI.	C. B.	17. Apr.	VI.
1189	XXII.	A.	9. Apr.	VII.
1190	XXIII.	G.	25. Mart.	VIII.
1191	XXIV.	F.	14. Apr.	IX.
1192	XXV.	E. D.	5. Apr.	X.
1193	XXVI.	C.	28. Mart.	XI.
1194	XXVII.	B.	10. Apr.	XII.
1195	XXVIII.	A.	2. Apr.	XIII.
1196	I.	G. F.	21. Apr.	XIV.
1197	II.	E.	6. Apr.	XV.
1198	III.	D.	29. Mart.	I.
1199	IV.	C.	18. Apr.	II.
1200	V.	B. A.	9. Apr.	III.
1201	VI.	G.	25. Mart.	IV.
1202	VII.	F.	14. Apr.	V.
1203	VIII.	E.	6. Apr.	VI.
1204	IX.	D. C.	25. Apr.	VII.
1205	X.	B.	10. Apr.	VIII.
1206	XI.	A.	2. Apr.	IX.
1207	XII.	G.	22. Apr.	X.
1208	XIII.	F. E.	6. Apr.	XI.
1209	XIV.	D.	29. Mart.	XII.
1210	XV.	C.	18. Apr.	XIII.
1211	XVI.	B.	3. Apr.	XIV.
1212	XVII.	A. G.	25. Mart.	XV.
1213	XVIII.	F.	14. Apr.	I.
1214	XIX.	E.	30. Mart.	II.
1215	XX.	D.	19. Apr.	III.
1216	XXI.	C. B.	10. Apr.	IV.
1217	XXII.	A.	26. Mart.	V.
1218	XXIII.	G.	15. Apr.	VI.
1219	XXIV.	F.	7. Apr.	VII.

Annus Christ.	Cyclus Solaris	Litt. Dom.	Pascha	Indi-ctio
1220	XXV.	E. D.	29. Mart.	VIII.
1221	XXVI.	C.	11. Apr.	IX.
1222	XXVII.	B.	3. Apr.	X.
1223	XXVIII.	A.	23. Apr.	XI.
1224	I.	G. F.	14. Apr.	XII.
1225	II.	E.	30. Mart.	XIII.
1226	III.	D.	19. Apr.	XIV.
1227	IV.	C.	11. Apr.	XV.
1228	V.	B. A.	26. Mart.	I.
1229	VI.	G.	15. Apr.	iI.
1230	VII.	F.	7. Apr.	III.
1231	VIII.	E.	23. Mart.	IV.
1232	IX.	D. C.	11. Apr.	V.
1233	X.	B.	3. Apr.	VI.
1234	XI.	A.	23. Apr.	VII.
1235	XII.	G.	8. Apr.	VIII.
1236	XIII.	F. E.	30. Apr.	IX.
1237	XIV.	D.	19. Apr.	X.
1238	XV.	C.	4. Apr.	XI.
1239	XVI.	B.	27. Mart.	XII.
1240	XVII.	A. G.	15. Apr.	XIII.
1241	XVIII.	F.	31. Mart.	XIV.
1242	XIX.	E.	20. Apr.	XV.
1243	XX.	D.	12. Apr.	I.
1244	XXI.	C. B.	3. Apr.	II.
1245	XXII.	A.	16. Apr.	III.
1246	XXIII.	G.	8. Apr.	IV.
1247	XXIV.	F.	31. Mart.	V.
1248	XXV.	E. D.	19. Apr.	VI.
1249	XXVI.	C.	4. Apr.	VII.
1250	XXVII.	B.	27. Mart.	VIII.
1251	XXVIII.	A.	16. Apr.	IX.

Annus Christi	Cyclus Solaris	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
1252	I.	G. F.	31. Mart.	X.
1253	II.	E.	20. Apr.	XI.
1254	III.	D.	12. Apr.	XII.
1255	IV.	C.	28. Mart.	XIII.
1256	V.	B. A.	16. Apr.	XIV.
1257	VI.	G.	8. Apr.	XV.
1258	VII.	F.	24. Mart.	I.
1259	VIII.	E.	13. Apr.	II.
1260	IX.	D. C.	4. Apr.	III.
1261	X.	B.	24. Apr.	IV.
1262	XI.	A.	9. Apr.	V.
1263	XII.	G.	1. Apr.	VI.
1264	XIII.	F. E.	20. Apr.	VII.
1265	XIV.	D.	5. Apr.	VIII.
1266	XV.	C.	28. Mart.	IX.
1267	XVI.	B.	17. Apr.	X.
1268	XVII.	A. G.	8. Apr.	XI.
1269	XVIII.	F.	24. Mart.	XII.
1270	XIX.	E.	13. Apr.	XIII.
1271	XX.	D.	5. Apr.	XIV.
1272	XXI.	C. B.	24. Apr.	XV.
1273	XXII.	A.	9. Apr.	I.
1274	XXIII.	G.	1. Apr.	II.
1275	XXIV.	F.	14. Apr.	III.
1276	XXV.	E. D.	5. Apr.	IV.
1277	XXVI.	C.	28. Mart.	V.
1278	XXVII.	B.	17. Apr.	VI.
1279	XXVIII.	A.	2. Apr.	VII.
1280	I.	G. F.	21. Apr.	VIII.
1281	II.	E.	13. Apr.	IX.
1282	III.	D.	29. Mart.	X.
1283	IV.	C.	18. Apr.	XI.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
1284	V.	B. A.	9. Apr.	XII.
1285	VI.	G.	25. Mart.	XIII.
1286	VII.	F.	14. Apr.	XIV.
1287	VIII.	E.	6. Apr.	XV.
1288	IX.	D. C.	28. Mart.	I.
1289	X.	B.	10. Apr.	II.
1290	XI.	A.	2. Apr.	III.
1291	XII.	G.	22. Apr.	IV.
1292	XIII.	F. E.	6. Apr.	V.
1293	XIV.	D.	29. Mart.	VI.
1294	XV.	C.	18. Apr.	VII.
1295	XVI.	B.	3. Apr.	VIII.
1296	XVII.	A. G.	25. Mart.	IX.
1297	XVIII.	F.	14. Apr.	X.
1298	XIX.	E.	6. Apr.	XI.
1299	XX.	D.	19. Apr.	XII.
1300	XXI.	C. B.	10. Apr.	XIII.
1301	XXII.	A.	2. Apr.	XIV.
1302	XXIII.	G.	22. Apr.	XV.
1303	XXIV.	F.	7. Apr.	I.
1304	XXV.	E. D.	29. Mart.	II.
1305	XXVI.	C.	18. Apr.	III.
1306	XXVII.	B.	3. Apr.	IV.
1307	XXVIII.	A.	26. Mart.	V.
1308	I.	G. F.	14. Apr.	VI.
1309	II.	E.	30. Mart.	VII.
1310	III.	D.	19. Apr.	VIII.
1311	IV.	C.	11. Apr.	IX.
1312	V.	B. A.	26. Mart.	X.
1313	VI.	G.	15. Apr.	XI.
1314	VII.	F.	7. Apr.	XII.
1315	VIII.	E.	23. Mart.	XIII.

Annus Chriss.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
1316	IX.	D. C.	11. Apr.	XIV.
1317	X.	B.	3. Apr.	XV.
1318	XI.	A.	23. Apr.	I.
1319	XII.	G.	8. Apr.	II.
1320	XIII.	F. E.	30. Mart.	III.
1321	XIV.	D.	19. Apr.	IV.
1322	XV.	C.	11. Apr.	V.
1323	XVI.	B.	27. Mart.	VI.
1324	XVII.	A. G.	15. Apr.	VII.
1325	XVIII.	F.	7. Apr.	VIII.
1326	XIX.	E.	23. Mart.	IX.
1327	XX.	D.	12. Apr.	X.
1328	XXI.	C. B.	3. Apr.	XI.
1329	XXII.	A.	23. Apr.	XII.
1330	XXIII.	G.	8. Apr.	XIII.
1331	XXIV.	F.	31. Mart.	XIV.
1332	XXV.	E. D.	19. Apr.	XV.
1333	XXVI.	C.	4. Apr.	I
1334	XXVII.	B.	27. Mart.	II.
1335	XXVIII.	A.	16. Apr.	III.
1336	I.	G. F.	31. Mart.	IV.
1337	II.	E.	20. Apr.	V.
1338	III.	D.	12. Apr.	VI.
1339	IV.	C.	28. Mart.	VII.
1340	V.	B. A.	16. Apr.	VIII.
1341	IV.	G.	8. Apr.	IX.
1342	VII.	F.	31. Mart.	X.
1343	VIII.	E.	13. Apr.	XI.
1344	IX.	D. C.	4. Apr.	XII.
1345	X.	B.	27. Mart.	XIII.
1346	XI.	A.	16. Apr.	XIV.
1347	XII.	G.	1. Apr.	XV.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
1348	XIII.	F. E.	20. Apr.	I.
1349	XIV.	D.	12. Apr.	II.
1350	XV.	C.	28. Mart.	III.
1351	XVI.	B.	17. Apr.	IV.
1352	XVII.	A.G.	8. Apr.	V.
1353	XVIII.	F.	24. Mart.	VI.
1354	XIX.	E.	13. Apr.	VII.
1355	XX.	D.	5. Apr.	VIII.
1356	XXI.	C. B.	24. Apr.	IX.
1357	XXII.	A.	9. Apr.	X.
1358	XXIII.	G.	1. Apr.	XI.
1359	XXIV.	F.	21. Apr.	XII.
1360	XXV.	E. D.	5. Apr	XIII.
1361	XXVI.	C.	28. Mart.	XIV.
1362	XXVII.	B.	17. Apr.	XV.
1363	XXVIII.	A.	2. Apr.	I.
1364	I.	G. F.	24. Mart.	II.
1365	II.	E.	13. Apr.	III.
1366	III.	D.	5. Apr.	IV.
1367	IV.	C.	18. Apr.	V.
1368	V.	B. A.	9. Apr.	VI.
1369	VI.	G.	1. Apr.	VII.
1370	VII.	F.	14. Apr.	VIII.
1371	VIII.	E.	6. Apr.	IX.
1372	IX.	D. C.	28. Mart.	X.
1373	X.	B.	17. Apr.	XI.
1374	XI.	A.	2. Apr.	XII.
1375	XII.	G.	22. Apr.	XIII.
1376	XIII.	F. E.	13. Apr.	XIV.
1377	XIV.	D.	29. Mart.	XV.
1378	XV.	C.	18. Apr.	I.
1379	XVI.	B.	10. Apr.	II.

Annus Christ.	Cyclus Solis	Litt. Dom.	Pascha	Indictio
1380	XVII.	A. G.	25. Mart.	III.
1381	XVIII.	F.	14. Apr.	IV.
1382	XIX.	E.	6. Apr.	V.
1383	XX.	D.	22. Mart.	VI.
1384	XXI.	C. B.	10. Apr.	VII.
1385	XXII.	A.	2. Apr.	VIII.
1386	XXIII.	G.	22. Apr.	IX.
1387	XXIV.	F.	7. Apr.	X.
1388	XXV.	E. D.	29. Mart.	XI.
1389	XXVI.	C.	18. Apr.	XII.
1390	XXVII.	B.	3. Apr.	XIII.
1391	XXVIII.	A.	26. Mart.	XIV.
1392	I.	G. F.	14. April.	XV.
1393	II.	E.	6. Apr.	I.
1394	III.	D.	19. Apr.	II.
1395	IV.	C.	11. Apr.	III.
1396	V.	B. A.	2. Apr.	IV.
1397	VI.	G.	22. Apr.	V.
1398	VII.	F.	7. Apr.	VI.
1399	VIII.	E.	30. Mart.	VII.
1400	IX.	D. C.	18. Apr.	VIII.

III. Calendarium Speciale Saeculi XIII. exeuntis.

A.

Archadi - Episcopi	12. Ian.
Amonii Mart.	17. Ian.
Agnetis Vir. et Mar.	21. Ian.
Aldegundae Virg.	31. Ian.
Agathae Vir. et M.	5. Febr.
Auguli Episc.	7. Febr.
Altonis Conf.	9. Febr.
Alexandri et Felicis cum Soc.	26. Febr.
Adriani M.	4. Mar.
Atallae Conf.	10. Mar.
Alexandri M.	10. Mar.
Alexandri Ep. et M.	18. Mar.
Albini in Britana.	23. Mar.
Annunciatio S. Mariae V.	25. Mar.
Agapiti M.	1. April.
Ambrosii Ep. et M.	4. Apr.
Antonii Monachi	9. Apr.
Aniceti PP.	20. Apr.
Agapiti Mar.	23. Apr.
Adalb. Ep. et M.	24. Apr.
Anecleti, Marcelliani PP.	26. Apr.
Anastasii PP.	27. Apr.
Athanasii Ep. et Conf.	2. Mai.
Alexandri Ep. et Conf.	2. Mai.
Alexand. Euencii et Theodori MM.	3. Mai.
Ascensio Domini, dies 40. post Pascha	– – –
Aduentus S. Michaëlis	8. Maii.
Adriani M.	18. Mai.
Augustini Ep. Angl.	26. Mai.
Amantii Episcopi	6. Iun.
Antonii Conf.	13. Iun.
Aurei, et Iustinae Ciici et Iulitae	16. Iun.
Albani M.	21. Iun.
Albani M.	22. Iun.
Amandi Conf.	25. Iun.
Alexii Conf.	17. Iul.
Andreae et Benedicti MM.	17. Iul.

Arsenii Mon.	19. Iul.
Apollinaris M.	23. Iul.
Annae Matris Mariae.	26. Iul.
Abdon, et Sennen M.	30. Iul.
Ad vincula S. Petri	1. Aug.
Afrae V.	7. Aug.
Assumtio B. M. V.	15. Aug.
Arnulfi Ep. et M.	16. Aug.
Agapiti M.	18. Aug.
Augustini Ep.	28. Aug.
Antonini M.	3. Sept.
Adriani M.	8. Sept.
Atanasii Ep,	14. Oct.
Aureliae Virg.	15. Oct.
Amantii Conf. et Ep.	7. Nou.
Arsacii Conf.	12. Nou.
Aniani Ep. et Conf.	17. Nou.
Andreae Apost.	30. Nou.
Aduentus Domini inchoatur semper Dominica festo S. Andreae proxima, vel ipsa die S. Andreae, si in dominicam incidat.	
Agazonis M.	7. Dec.
Ananiae Azariae et Misahel	16. Dec.
Anastasii Ep.	20. Dec.
Anastasiae V.	25. Dec.

B.

Brigidae Virg.	1. Febr.
Blasii Ep. et M.	3. Febr.
Benedicti Conuersío	21. Mart.
Balbinae Virg.	31. Mart.
Benigni M.	3. April.
Bonifacii M.	14. Maii.
Bachumi Abb.	14. Mai.
Basillae Virg.	20. Mai.
Bonifacii Ep. et soc. eius	5. Iun.
Basilidis et Tripolis MM.	10. Iun.
Barnabae Apostoli	11. Iun.
Basilidis et Cyrini, Nabor	12. Iun.
Basilii E. et Aniani cum ceteris	14. Iun.
Brictionis Conf.	9. Iul.
Bernardi Abb.	20. Aug.
Bartholomaei Ap.	24. Aug.

Beronici et Pelagiae – – – – – 19. Oct.
Benedicti M. et sociorum – – – – 12. Nou.
Briccii Ep. et Cf. – – – – – – 13. Nou.
Barbarae V. et M. – – – – – – 4. Dec.

C.

Circumcisio Dom. – – – – – – 1. Ianuar.
Conuersio S. Pauli – – – – – – 25. Ian.
Cathedra S. Petri – – – – – – 22. Febr.
Cypriani et Silemon MM. – – – – 8. Mart.
Candidi M. – – – – – – – – 9. Mart.
Cyriaci, Largi et Smaragdi – – – – 16. Mart.
Calixti et Carisii M.M. – – – – – 16. Mart.
Castuli Mar. – – – – – – – 26. Mar.
Caii PP. – – – – – – – – 22. Apr.
Casti et Emulii – – – – – – 22. Mai.
Canti Conf. – – – – – – – 30. Mai.
Columbani Ep. et Conf. – – – – 7. Iun.
Crescentiae V. – – – – – – – 15. Iun.
Centum LXII. Mart. Rom. – – – – 17. Iun.
Commemoratio S. Pauli Ap. – – – 30. Iun.
Cassiani M. – – – – – – – 14. Iul.
Christinae V. – – – – – – – 24. Iul.
Christophori Mar. – – – – – – 25. Iul.
Cyriaci M. Secundi et ali. – – – – 9. Aug.
Chunigundis reginae et Vir. – – – – 9. Sept.
Cornelii, Cypriani MM. – – – – 14. Sept.
Conecptio B. Ioannis B. – – – – 24. Sept.
Cleophae Apost. – – – – – – 15. Sept.
Cypriani et Iustinae MM. – – – – 26. Sept.
Cosmae et Damiani MM. – – – – 27. Sept.
Crispi M. – – – – – – – – 4. Oct.
Colomanni M. – – – – – – – 13. Oct.
Calisti PP. – – – – – – – 14. Oct.
Caprasii M. – – – – – – – 20. Oct.
Columbani Abb. – – – – – – 24. Oct.
Crispini et Crispiniani M. – – – – 25. Oct.
Caesarii M. – – – – – – – 1. Nou.
Commemoratio animarum – – – – 2. Nou.
Clementini M. – – – – – – – 14. Nou.
Colomanni Abb. – – – – – – 21. Nou.
Ceciliae Vir. – – – – – – – 22. Nou.
Clementis PP. – – – – – – – 23. Nou.

Chrysogoni M. - - - - - - - - 24. Nou.
Candidae Vir. - - - - - - - - 1. Dec.
Claudi et Tribuni MM. - - - - - - 3. Dec.
Conceptio S. Mariae - - - - - 8. Dec.
Columbae Virg. - - - - - - - 31. Dec.

D.

Dies Cinerum Feria IV. post Dominicam Quinquag.
Donati M. - - - - - - - - 1. Mart.
Dionysii Ep. et M. - - - - - - - 7. April.
Desidery Ep. et Cf. - - - - - - 23. Mai.
Dominici Confess. - - - - - - - 24. Mai.
Donatiani et Rogantiani - - - - 24. Maii.
Demetriae V. - - - - - - - - 21. Iun.
Dominici Mart. - - - - - - - 5. Iul.
Danielis Prof. - - - - - - - - 11. Iul.
Diuisio Apost. - - - - - - - - 15. Iul.
Depositio S. Ladislai - - - - - 28. Iul.
Dominici Ord. Praed. - - - - - 5. Aug.
Donati Ep. - - - - - - - - 7. Aug.
Decollatio Ioannis B. - - - - - - 29. Aug.
Depositio S. Henrici Ducis et Conf. - - 2. Sept.
Dionysii et soc. eius - - - - - - 9. Oct.
Demetrii M. - - - - - - - - 26. Oct.
Ducentorum XX. MM. - - - - - - 30. Oct.
Decem MM. - - - - - - - - 6. Nou.
Dalmatii Ep. et M. - - - - - - - 5. Dec.
Damasi PP. et M. - - - - - - - 11. Dec.
Dauid regis - - - - - - - - 29. Dec.
— Dominica: Circumdederunt - - Septuagesimae.
— Exurge - - - - - - - Sexagesimae.
— Esto mihi - - - - - - Quinquagesimae.
— Innocauit - - - - - - - Quadragesimae.
— Reminiscere - - - - - - II. Quadrag.
— Oculi - - - - - - - III. Quadrag.
— Laetare - - - - - - - IV. Quadrag.
— Iudica, Passion. - - - - - V. Quadrag.
— Ramis Palmarum - - - - - VI. Quadrag.
— Quasi modo geniti - - - - I. post Pascha.
— Misericord. Dni. - - - - - II. post Pasch.
— Iubilate - - - - - - - II. post Pasch.
— Cantate - - - - - - - IV. post Pasch.
— Vocem Iucund. - - - - - VI. post Pascha.
— Exaudi - - - - - - - infra octau. Ascen.

E.

F.

H.

Hilarii Episcopi et Remigii.	13. Ian.
Helenae Reginae.	8. Febr.
Hilarii Episcopi.	21. Febr.
Humberti Ep.	20. Mart.
Helenae Reginae.	15. Apr.
Hilarii Doct.	5. Mai.
Hilarini M.	16. Iul.
Heliae Proph.	20. Iul.
Hyrenei Abundi et Nerei MM.	26. Aug.
Hermetis M.	28. Aug.
Hilarii PP.	10. Sept.
Honestae Vir.	12. Oct.
Hilarionis M.	21. Oct.
Hermogenis M.	12. Dec.

I.

Isidori et Valent. Vide Ysidori.	
Iuliani Mar. et Basilissae Coniug. etc.	8. Ian.
Iocondi, Quintini et Saturnini.	9. Ian.
Ioannis Chrys.	27. Ian.
Iuliani Episcopi et M.	27. Ian. 2. Febr.
Iulii Episc.	8. Febr.
Iulianae Virg.	16. Febr.
Iuliani M.	27. Febr.
Inuent, Capitis Praec. Domini.	27. Febr.
Innocentii PP.	14. Mar.
Ioseph. Nutritor Domini.	19. Mar.
Ioannis Abbat.	19. Mar.
Iusti Episcopi.	22. Mar.
Irenis Virginis.	5. Apr.
Iulii PP.	12. Apr.
Inuentio S. Curcis	3. Mai.
Ioannis arte port. Latin.	6. Mai.
Iuuenalis M.	7. Mai.
Ioannis A. Episc.	7. Mai.
Iulii PP. et M.	28. Mai.
Ioannis et Pauli MM.	26. Iun.
Iacobi, fratris Ioan. Apost. natalis.	25. Iul.
Inuentio S. Stephani P. M.	3. Aug.
Iustini Presb.	4. Aug.
Iustini Ep. et Cf.	2. Sept.

Iannarii Episc. - - - - - - - - 19. Sept.
Ieronymi Presb. et Cf. - - - - - - 30. Sept.
Inuentio SS. Patriachar. Abrah. Isac. et Iacob. 7. Oct.
Inuentio corporis S. Stephani Reg. - - 11. Oct.
Ianuarii et Sociorum eius. - - - - 19. Oct.
Ioannis Ap. et Euan. - - - - - 27. Dec.
Innocentum MM. - - - - - - 28. Dec.

K.

Kyliani Sociorumque eius. - - - - 8. Iul.
Katharinae V. et M. - - - - - 25. Nou.

L.

Leandri Episc. - - - - 17. Febr. et 27. Febr.
Lucii Episc. - - - - - - - 2. Mart.
Lucini PP. et M. - - - - - - 4. Mart.
Longini M. - - - - - - - 15. Mart.
Leonis PP. - - - 11. Apr., 19. Apr., 28. Iun.
Ladislai Reg. Cfes. - - - - - - 27. Iulii.
Laurentii Diac. et M. - - - - - 10. Aug.
Lucii et Geminiani M. - - - - - 16. Sept.
Lamberti Ep. et M. - - - - - 17. Sept.
Liutridis Virg. - - - - - - 22. Sept.
Leodegarii Ep. et M. - - - - - 2. Oct.
Lucae Euan. - - - - - - - 18. Oct.
Leonardi Cfcf. - - - - - - 6. Nou.
Lini PP. et M. - - - - - - 26. Nou.
Longini M. - - - - - - - 1. Dec. 2. Dec.
Luciae M. - - - - - - - 13. Dec.

M.

Mauri Abbatis - - - - - - - - 15. Ian.
Marcelli Papae. - - - - - - - 16. Ian.
Marii et Marthae Audifax MM. - - - 19. Ian.
Mathiae Apost. (locus Bissexti.) - - - 24. Febr.
Macedonii Presbit. - - - - - - 13. Mart.
Matronae M. - - - - - - - 15. Mart.
Mariae Aegyptiacae. - - - - - 1. Apr. 9. Apr.
Marciani cum Soc. - - - - - 5. Apr.
Marinae V. - - - - - - - 6. Apr.

Maximi PP. et M.	21. Apr.
Marci Euan.	25. Apr.
Macharii Abb.	9. Mai.
Mamerti Episc.	11. Mai.
Mariae ad Martyres.	13. Mai.
Maximini Ep. et Cf.	29. Mai.
Marcellini et Petri.	2. Iun.
Medardi et Gildardi Epp.	8. Iun.
Marci et Marcelliani M.M.	18. Iun.
Maxentii Cfef.	26. Iun.
Martialis Epis.	30. Iunii.
Margarethae V. et M.	13. Iulii.
Mariae Magdalenae.	22. Iul.
Maria de niue.	5. Aug.
Magni M.	19. Aug.
Marcelli et Iusti M. M.	4. Sept.
Moysis Serui Dei.	4. Sept.
Magni Conf.	6. Sept.
Mauritii Epis. et Cf.	13. 22. Sept.
Mathaei Ap. et Eu.	21. Sep.
Michaëlis Arch. memoria.	29. Sept.
Marcelli M.	6. Oct.
Marci, PP. Marcelli, Apulei, Sergii, et Bachi MM.	7. Oct.
Maximiliani Cf.	12. Oct.
Marthae, Sororis Lazari.	17. Oct.
Martini PP. et M.	10. Nou.
Martini Ep. et Cf.	11. Nou.
Mennae Mart.	11. Nou.
Maximini Presb.	19. Nou.
Melciadis. M.	10. Dec.

Media Quadragesim. feria IV. post Dominicam Laetare.

N.

Niceti Episc.	2. Apr.
Nerei, Achillei et Pancratii MM.	12. Mai.
Nicomedis M.	1. Iun.
Natiuitas S. Ioannis Bapt.	24. Iun.
Nazarii et Celsi.	28. Iul.
Nerei et Abundi M.	26. Aug.
Nonnosi Diac.	2. Sept.
Natiuitas B. M. V.	8. Sept.

Nicomedis M.	15.	Sept.
Neronis Cfes.	17.	Oct.
Narcissi Ep.	29.	Oct.
Niceti Epis.	5.	Dec.
Nicolai Epis.	6.	Dec.
Nichasy Ep. et Cf.	14.	Dec.
Natiuitas D. N. I. Ch.	25.	Dec.

O.

Octaua S. Stephani Promart.	2.	Ian.
— S. Ioann. Eu.	3.	Ian.
— S. S. Innocen. M.M.	4.	Ian.
— Epiphaniae Dom.	13.	Ian.
— Et Natiuitas S. Agnetis.	28.	Ian.
— S. Ioann. Bapt.	1.	Iul.
— Apostolorum Petri et Pauli	6.	Iul.
— Visitationis	9.	Iul.
— Octaua S. Benedicti Tr.	18.	Iul.
— S. Laurentii.	17.	Aug.
— S. Mariae.	22.	Aug.
— OO. SS.	8.	Nou.
— S. Martini.	18.	Nou.
— S. Andreae Ap.	7.	Dec.
Osualdi Reg. et M.	5.	Aug.
Omnium SS.	1.	Nou.
Othomari Abbatis.	16.	Nou.

P.

Pauli, Primi Emeritae.	10.	Ian.
Priscae Virg.	18.	Ian.
Preiecti Mart.	25.	Ian.
Policarpi Presbit.	26.	Ian.
Paulae SS. Viduae.	27.	Ian.
Purificatio B. V. M.	2.	Febr.
Polochromii E. et M.	17.	Febr.
Perpetuae et Felicitatis.	7.	Mart.
Poncii Diac. et Mart.	8.	Mart.
Passio 40. M.M.	9.	Mart.
Petri M.	14.	Mart.
Pancratii M.	17.	Mart.

Pascha celebratur semper Dominica proxima post lunam decimam quartam aequinoctii vernalis; si luna XIV. in Dominicam incidit, transfertur ad proximam.

Pauli Epis.	22. Mart.
Pignemii Epis.	25. Mart.
Prisci, Marci Cfes.	28. Mart.
Perpetui Epis.	8. Apr.
Petri Diaconi.	17. Apr.
Philippi et Iacob. Apost.	1. Mai.
Peregrini M.	16. Mai.
Prisci Mart.	26.Mai. 1.Sep.
Petronellae Virg.	31. Mai.
Pentecostes 10. dies post asc. Domini.	
Pauli Episc.	7.Iun.20. Iun.
Philippi Diaconi.	7. Iuni.
Primi et Feliciani M.M.	9. Iun.
Paulini Ep. et Conf.	22. Iun.
Petri et Pauli Apost.	29. Iun.
Processi et Martiniani	2. Iul.
Praxedis. V.	21. Iul.
Pantaleonis M.	28. Iul.
Priuati. M.	21. Aug.
Pelagii M.	27. Aug.
Paulini Ep. Cf.	31. Aug.
Proti, Iacinti, Felicis et Regulae MM.	11. Sep.
Philippi Epis. et M.	13. Sept.
Passio S. Gerardi	24. Sept.
Placidii et Eutici M.	5. Oct.
Pelagiae M.	8. Oct.
Philippi et Eusebii MM.	22. Oct.
Pirmini Abb.	3. Nou.
Potentiani Ep.	20. Nou.
Praesentatio B. V.	21. Nou.

Q.

Quiriaci M.	5. Mart.
Quirini M.	24.Mart.30M
Quinciani M.	2. Apr.
Quintini Ep.	30. Apr.
Quirini Ep.	3. Iun.4. Iun.
Quadraginta coronator MM.	12. Oct.

Quirini cum Sociis - - - - - 20. Oct.
Quintini Mar. - - - - - - - - 31. Oct.
Quatuor Coronator. - - - - - 8. Nou.
Quatuor temporum feria IV. VI. VII. post Dom. 1. Quadr. post Festum Pentecostes — post exaltationem Crucis, ac festum Luciae.
Quindena, Septem dies ante et totidem post aliquod festum.

R.

Romae, Zotici. - - - - - - - - - - - 12. Febr.
Romani Abb. - - - - - - - - - - 28. Febr.
Rustici et Palatini MM. - - - - - - 11. Mart.
Resurectio D. N. I. Ch. - - - - - - 26. Mart.
Rudolphi Epis. - - - - - - - 26. Mart. 24. Sept.
Reguli Epis. - - - - - - - - - - - 31. Mart.
Rufi Mart. - - - - - - - - - - - - 19. Apr.
Rufinae et Marcae MM. - - - - - - 21. Iun.
Romani M. - - - - - - - - - - - 9. Aug.
Radegundae V. - - - - - - - - - - 11. Aug.
Rufi M. - - - - - - - - - - - - 27. Aug. 28. Nou.
Reginae V. - - - - - - - - - - - 7. Sept.
Remigii, Germani, Vedasti Episcopor. - - 1. Oct.

S.

Simeonis M. - - - - - - - - - - - 5. Ian.
Sauri M. - - - - - - - - - - - - 12. Ian.
Sulpicii Conf. - - - - - - - - - - 17. Ian.
Sirene Virgin. - - - - - - - - - - 30. Ian.
Scholasticae V. - - - - - - - - - - 10. Febr.
Sotheris V. - - - - - - - - - - - 10. Febr.
Stephani Epis. - - - - - - - - - - 13. Febr.
Simeonis Epis. - - - - - - - - - - 18. Febr.
Septuaginta nouem MM. - - - - - - 20. Febr.
Sabini Presbit. - - - - - - - - - - 20. Febr.
Septuaginta duor MM. - - - - - - - 23. Febr.
Simplicis PP. - - - - - - - - - - - 1. Mart.
Simplicii PP. - - - - - - - - - - - 2. Mart.
Sixti, Iustini Epp. - - - - - - - - - 6. Apr.
Senesii M. - - - - - - - - - - - - 20. Apr.
Simeonis Ep. et M. - - - - - - - - - 21. Apr.

T.

Translatio S. Ladislai	27. Iunii.
Translatio S. Thomae Apost.	3. Iul.
Translatio S. Martini Episcopi.	4. Iul.
Translatio S. Benedicti.	11. Iul.
Tertulini M.	31. Iul.
Transfiguratio Domini.	6. Aug.
Tyburtii M.	11. Aug.
Transitus S. Stephani Regis.	15. Aug.
Tymothei et Symphoriani MM.	22. Aug.
Tymothei et Apollin MM.	23. Aug.
Titi, discipuli S. Pauli.	25. Aug.
Teclae V.	23. Sept.
Translatio S. Augustini.	11. Oct.
Translatio S. Emerici.	5. Nou.
Translatio S. Adalberti Episcopi et. M.	6. Nou.
Theodori M.	9. Nou.
Thomae Apost.	21. Dec.
Triginta MM.	22. Dec.
Thomae Episcopi et M.	29. Dec.

V.

Vigilia Epiphaniae Domini.	5. Ian.
Vincentii Diacon. et Mart.	22. Ian.
Valerii Episcopi et Conf.	29. Ian.
Vedasti et Aman. E.	6. Febr.
Valentini, Vitalis, Zenonis	14. Febr.
Victoris et Victoriani MM.	6. Mart.
Victoriani M.	23. Mart.
Venantii Ep. et M.	1. Apr.
Vincentii Mart.	19. Apr.
Victoris PP.	20. Apr.
Vitalis Mar.	28. Apr.
Victoris Mart.	8. Mai.
Vincentii, et Peregrini MM.	16. Mai.
Vrbani PP. et M.	25. Mai.
Viti, Modesti MM.	15. Iun.
Vigilia S. Ioannis	23. Iun.
Vigilia Petri et Paul.	28. Iun.
Vigilia Visitat. B. M. V.	1. Iul
Visitatio S. Mariae	2. Iul.
Vdalrici Confes.	4. Iul.

Vigilia Iacobi A. - - - - - - - - - - - - 24. Iul.
Valentini Episc. - - - - - - - - - - 4. Aug.
Vigilia S. Laurentii M. - - - - - - - - 9. Aug.
Vigilia Assumt. - - - - - - - - - - - - 14. Aug.
Vigilia Bartholom. A. - - - - - - - - - 23. Aug.
Verenae Virg. - - - - - - - - - - - 1. Sept.
Victorini cum sociis - - - - - - - - - 5. Sept.
Vincentii Conf. - - - - - - - - - - - 12. Sept.
Vigilia Mathaei A. - - - - - - - - - - 20. Sept.
Vndecim Millium Virginum - - - - - - - 21. Oct.
Vedasti et Amandi - - - - - - - - - - 26. Oct.
Vigiliae Sim. et Iud. Ap. - - - - - - - - 27. Oct.
Vigilae OO. SS. - - - - - - - - - - - 31. Oct.
Valentini Presb. - - - - - - - - - - - 3. Nou.
Vitalis et Agricolae - - - - - - - - - 27. Nou.
Vigilia Andreae - - - - - - - - - - - 29. Nou.
Veri et Securi - - - - - - - - - - - - 2. Dec.
Valeriani Episc. - - - - - - - - - - - 15. Dec.
Vigilia Thomae Ap. - - - - - - - - - - 20. Dec.
Victoriae V. - - - - - - - - - - - - 23. Dec.
Vigilia Nat. D. N. J. Chr. - - - - - - 24. Dec.

W.

Walpurgae Virg. - - - - - - - - 25. Febr. 1. Maji.
Willibaldi Confes. - - - - - - - - - - 7. Iul.
Wenceslai Ducis et M. - - - - - - - - 28. Sept.
Wolfkangi Episc. - - - - - - - - - - 7. Oct.
Wolfgangi Rpisc.' - - - - - - - - - - - 31. Oct.
Willibrordi Episc. - - - - - - - - - - 7. Nou.

Y.

Ysidori et Valentini MM. - - - - - - 7. Ian.
Ypapanti Domini. V. Purificatio - - - -
Ypoliti M. cum Sociis. - - - - - - - - 13. Aug.

Z.

Zachariae Pontif. - - - - - - - - - - 15. Mart.
Zenonis Episc. - - - - - - - - - - - - 12. Apr.

Zotici et Eutici	- - - - - - - - - - - -	4. Iun.
Zenonis Mart.	- - - - - - - - - - - -	9. Iul.
Zachariae Proph.	- - - - - - - - - - -	6. Sept.
Zenonis Confess.	- - - - - - - - - - -	8. Dec.

Obseruationes Chronologicae

Generales.

I. Annus Christi, seu Aera vulgaris, quae vnanimi Chronologorum sententia annis quatuor post natiuitatem ipsius est fixa, initium cepit ordinarie a 1. Ianuarii; sed in nonnullis documentis numeratur etiam a 25. Decembris, aut ab Annunciatione Beatae Virginis Mariae.

II. Cyclus Solaris est interuallum 28. annorum, quo finito Dominicae ad eumdem restituuntur mensis diem, adeoque iisdem denotantur litteris dominicalibus et concurrentibus. Reperitur, si ad annum quaesitum e. g. 1000. addantur 9:=1009. et hi diuidantur per 28. quotiens remanentis prodit numerum Cycli Solaris = I.

III. Concurrentes, vsque numerum septimum excurrunt, a 1º Cycli Solaris inchoati; sed per annum Bissextilem semper vnum numerum transiliunt; ita Vº anno Cycli Solaris non quintum sed sextum capiunt numerum; harum rarus est in Diplomatibus nostris vsus.

VI. Litterae Dominicales, vt omnes dies Dominicae inter se dignoscantur, ac Pascha semper die Domini celebraretur, inuentae sunt septem, vti numeri concurrentes; quarum prima G. septima A. Ast per Bissextiles, perinde ac concurrentes, corripiuntur omni quarto anno; itaque quinto Cycli Solaris tantum vsque 25. Februarii retinent litteram B. post eam rapiunt sibi litteram A. Dicebantur etiam Epactae solis vel maiores, cursum earum Calendarium generale ostendit.

V. Indictiones, quae euolutis annis 15. semper nouae incipiunt, circa annum 313. Christi inchoatae, vsitatissimae erant tres: 1ª, quae numerabatur a prima Septembris, altera a 24. Septembris, tertia a 25. Decembris, vel 1ª Ianuarii, prout anni initium ducebatur. In Hungaria communi in vsu erat altera a 24. Septembris inchoari solita. Indictio proin ex. grat. prima, ab eo die iam transiit in secundam. Quod in examinandis Indictionibus prae oculis Diplomatico habendum. Inuenitur si ad annum aerae vulgaris addantur anni tres et hi per 15. diuidantur, e. gr. ad annum Christi $1000+3=1003$: 15. quorum residuum 13. prodit indictionem eiusdem anni 1000.

VI. Numerus dierum, cuiusuis mensis, sequentibus comprehenditur versiculis:

Triginta Aprilis, Iunius, Septemque Nouemque;
Vno plus alii; viginti Februus octo:
Ast si bissextus fuerit, superadditur vnus
Et tunc bis sexto Marti conscribe Kalendas.

VII. Numer. Nonarum et Iduum sequentibus:

Sex Nonas Maius October, Iulius, et Mars,
Quatuor at raliqui; idus dabit quilibet octo.
Post Idus incipiunt semper kalendae a prima mensis subsequi inchoandae.

VIII. Tabellam dierum ad ferias vsuales hebdomadatim reducendarum, compendii gracia necesse fuit hic et nunc intermittere, addam si fauerint adiuncta.

A. Ch. 1233. *Andreas R. H. fideli suo Hudkonth, seruitiorum merito, particulam terrae de Reucha confert.*

Andreas, Dei gratia Rex Hung. etc. Vniuersis Christi fidelibus, praesentes litteras inspecturis, salutem et omne bonum. Ad vniuersorum notitiam tam praesentium, quam futurorum, harum insinuatione volumus peruenire: quod nos consideratis fidelibus seruitiis, fidelis nostri Hudkonth, quae nobis fideliter a primaeuis suae pueritiae temporibus exhibuit, in recompensationem suorum seruitiorum, de quadam terra nostra Reucha, ad culturam trium aratrorum sufficientem, tam sibi quam etiam suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus iure perpetuo contulimus possidendam. In cuius terre possessionem, per fidelem prestaldum nostrum Radumy, authoritate regia fecimus introduci. Vt autem haec nostra donatio perpetuae stabilitatis robur obtineat, nec vnquam nostris, vel nostrorum temporis successorum queat in irritum retractari, in argumentum amplioris fidei, litteras nostras concessimus dupplicis sigilli

nostri munimine roboratas. Datum anno gratiae millesimo, ducentesimo, tricesimo tertio, regni autem nostri tricesimo."

E Genealogia Familiae de Felső-Kubin, a Petro Kubinyi S. C. et R. A. Maiestatis Consiliario, Viro egregio, bono litterarum meliori nato edita. Illustrem hanc familiam pluribus sub Carolo R. et Ludouico M. donationa libus de Felső-Kublen, ornabimus.

*

A. Ch. 1288. *Minister et Conuentus FF. Min. de insula leporum spatium terrae areae suae pro loco praedicationis et coemeterii accedentis pro bono pacis accipiunt.*

Nos Fr. Stephanus, Minister fratrum Minorum de prouincia Ungariae, et Fr. Nicolaus, Gardianus de insula, Fr. Michaël Custos Montensis, Fr. Gerardus Gardianus Pestensis, Fr. Abrahamus Custos Iauriensis, Fr. Alexius Gardianus Strigoniensis, Fr. Barlabas Lector Budensis, Frater Ananias Iurista (Sacrista?); Fr. Rapato Praedicator de Monte, Fr. Paulus, Socius Ministri, et vniuersi fratres de Conuentu Insulensi, significamus omnibus, quibus praesentes litterae ostendentur, quod de bona voluntate, beneplacito, et censensu fratris Pauli, Prioris Prouincialis Fratrum Praedicatorum per Ungariam, fratris Salomonis, Prioris de insula, fratris Sauli, Prioris de Pest, fratris Petri Prioris de monte, fratris Guilermi, fratris Andreae, fratris Danielis Lectoris, fratris Romani, fratrum de insula, nec non Dominae Priorissae Monasterii de insula, et Sororum aliarum omnium eiusdem monastery, de spacio terrae, quam habuimus a prima fundatione

nostri loci in insula, et postmodum possedimus ex donacione regiae largitatis, existentes contenti, accepimus pro bono pacis terram seu aream a muro nauis Ecclesiae nostrae ex parte septemtrionali pro loco praedicationis et Coemetery in spatio triginta septem Cannarum; ita, quod quaelibet Canna continet quatuor brachia vsualia, siue vlnas de monte Budensi. Ex parte vero australi, similiter a naui praedictae Ecclesiae mensurando, cum terra, quam habebamus a prima fundatione nostri loci de insula, et postmodum possedimus ex donatione regiae largitatis, pro claustro exterori, et interiori, ac pro aliis aedificiis construendis, nec non pro orto habemus quadraginta cannas, et vnam, cannis ad brachia, seu vlnas vt prius computatis. Cuius areae, seu totius terrae longitudo protenditur ad longitudinem muri nostri ex vtraque parte; strata publica iuxta praedictum murum, qui nunc est ex partibus orientis intacta et libera remanente, tali obligatione adiecta, quod circa murum, seu Clausuram nostram erigi non possint in perpetuum cohaerentia vicinorum aedificia quorumcunque, sed fiat vnius cannae interuallum inter murum, seu clausuram nostram, et ipsa aedificia vicinorum, propter ignis pericula euitanda, quae possunt in posterum euenire; ita tamen, quod Clausurae vicinorum, et culturae muro nostro seu Clausurae libere valeant adhaerere. Cui acceptationi, seu ordinationi nos Fr. Stephanus Minister et fr. Nicolaus Gardianus de insula ex communi consensu fratrum nostrum Praedictorum talem conditionem, promissionem et obligationem fide nostra data, et seruanda duximus inserendam, quod de cetero propter pacis et concordiae per-

petuam firmitatem, nullus ex nobis vel nostris succesoribus, fratribus omnibus nostri Ordinis, quibuscunque ad ampliationem, seu dilatationem areae supra dictae, per nos acceptae certis metis, terminis, et Clausuris signatae, a personis cuiuscunque dignitatis aliquam praestabit seu mouebit in perpetuum quaestionem. Et si aliqua instrumenta a quibuscunque his contraria emanassent, vel in posterum emanarent, tamquam irrita et friuola habeantur. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem, praesentium seriem sigillis nostris, sigillo scilicet administracionis Prouinciae Ungariae, et sigillo Conuentus nostri de insula, duximus sigillandam. Dat. Anno Dom. Millesimo, ducentessimo, Octuagesimo Octauo. Octauo Ydus Augusti.

Ex archiuo V. Prouinciae eruit et communicauit P. Pantaleo Golleśeny O. S. Fran. Prouinciae Marianae Min. Prou.

Ad Seriem Tomi VII. Vol. I.

Subin acceserunt * notata.

Anno incerto: S. Ladislaus R. H. confirmat et auget dotem Ecclesiae Agrien. a S. Stephano concessam T. VII. Vol. I. p. 134.

Anno incerto: Vestigia priuilegii per S. Ladislaum certis Nobilibus elargiti. p. 135.

Anno incerto: Colomannus R. H. maurum quemdam nobilitate ac fundis donasse fertur. p. 135.

Menda emendanda ad Tomi II. p. 83—5. p. 188.

Anno Christi 1216. Nicolaus Comes Palatinus controuersiam inter venatores bubalorum de Ypou, et filios Guthen quoad terram Deudas decidit. p. 194.

Anno Christi. 1234. Clausula compositionis controuersiarum inter Praepositum Albensem et Abbatem S. Martini de S. monte Pannoniae. p. 248.

Anno Christi 1257. Bela IV. R. H. Alexio, filio Comitis Nicolai, possessionem Dienes Monasterio S. Montis Pannoniae relinquendi et vendendi licentiam largitur. p. 304.

Anno Christi 1257. Capitulum Albense eundem Alexium ab Abbate montis Pannoniae denuo 80. marcas denariorum mutuasse, fidem facit. p. 305.

A. Ch. 1258. Idem Capitulum Alben. Alexium, filium Comitis Nicolai, possessionem Dienes, in Comitatu Poson. monasterio S. montis Pannoniae, cum septem seruis vendidisse, testatur. p. 309.

A. Ch. 1265. Nicolaus de Iák portionem suam haereditariam in Kürüselő vendit. p. 331.

A. Ch. 1267. Stephanus iunior R. H. Ioanni, filio Chabanka, terram castri Heves, Halasi vocatam in praemium confert. p. 345.

A. Ch. 1268. Erney Banus et Iudex Curiae Regiae, ad instantiam Regis, poenam Ponichy calumniantis mitigatam, compositamque attestatur. p. 251.

A. Ch. 1256. Capitulum Albense Alexium filium Comitis Nicolai, monasterio S. Montis Pannoniae possessionem suam Örs, Comitatus Simegh, 200. marcis denariorum regalium impignorasse fatetur. p. 360.

Sine Anno. Bela IV. Ponyck, filium Arnoldi, ab manifestum calumniae delictum vbiubi comprehendi, ad imprimendumque ipsi characterem ad curiam adduci, hocque per fora omnia proclamari iubet. p. 364.

Sine. An. Idem Bela Nobiles viros, filios Ebed sub testimonio Capituli Iaurinen., in possessionem Niczk, portionem Ponych contingentem, introduci, in hacque conseruari iubet. p. 365.

Ad Seriem Tomi VII. Vol II. acceserunt.

A. Ch. 1291. Capituli quinque Ecclesien. de decem marcis in redemtionem dimidiae partis possessionis Bika rite solutis testimoniales. p. 161.

A. Ch. 1217. Capitulum Varadien. hominem nomine Deus, liberum iudicatum fuisse, contestatur. p. 210.

A. Ch. 1217. Idem Capitulum Tecus, filium Dionysii, qui sepulchrum S. Ladislai aperuit, ex-

A. Ch. 1274. Ladislaus Chunus priuilegiales Praepositurae de Veteri Buda factas transcribit et roborat. p. 221.

A. Ch. 1275. Vigandus, Praepositus de Jaszow, de terra Oltyk nominata per Boros, filium Boros vendita, testatur. p. 223.

A. Ch. 1275. Ladislaus Chunus Comiti Ják, filio Ebed, de genere Ják, terram Castrensem Theszar, insignium seruitiorum, praesertim bello contra Ottocarum R. B. praestitorum merito, nouae donationis titulo confert. p. 244.

A.Ch. 1279. Capitulum Castriferrei, Stephanum Pousa de genere Iák portiones suas in Ják, iuxta Rabam, et Dobrapatak possessas, Ioanni, filio Martini, statuisse testatur. p. 226.

A·Ch. 1280. Ladislaus Chunus queritur Nobiles ac Milites in exercitu suo mortem et sanguinem recusare, Dionysio castrensi de Vngh, ea non recusanti, in conflictu cum Cumanis ad Hod habito, villas Chepel et Moktsa cum iure nobilitari confert. p. 227.

S. A. Idem Ladislaus terram Chak vocatam filiis Ebed restituit sub castro Pernstain, quinto die Octauae Epiphaniae Domini. p. 228.

A. Ch. 1281. Comes Elkinus, Iudex Ciuitatis Strigoniensis, obtento pro domo iudiciaria a Capitulo Strigonien. fundo, in vicem gratitudinis se suosque ad tributum fori rite dependendum obligat. p. 229.

Anno Christi 1286. Laurentius, Praepositus de Iaszow, terras Saul et Endrefölde, pro parte

molendini in concambium Comitibus Sank, Nicolao et Petro cedit. p. 230.

Anno Christi 1288. Ladislaus Chunus Rex H. tributum fori Capitulo Strigon. ac monialibus de insula debitum moderando praescribit. p. 232.

Anno Christi 2190. Capitulum Castriferrei, Nicolaum, filium Sebe, de genere Iak, se obligasse, portiones suas possessionarias nemini, nisi nominatis congenerationalibus dare, aut legare posse, testatur. p. 236.

Anno Christi 1290. Capitulum Iaurinen. Nicolaum filium Sebe, cum filiis Ebed et Iak circa portiones suas alienandas aut legandas conuenisse testatur. p. 237.

Anno Christi 1291. Andreas III. R. H. terram Csőz a Ladislao, praedecessore suo, primitus donatam, filiis Ebed in bello contra Albertum Austrium benemeritis, relinquit, nouitusque donat p. 239.

Anno Christi 1291. Capitulum Castriferrei Ioannem, filium Christiani, terras, a Comite Nicolao Sebe aquisitas, congenerationalibus de Iak cessisse fatetur. p. 241.

Anno Christi 1291. Thomas Praepositus et Capitulum Strigonien. donationales Stephani R. H. de anno 1271. pro Paschasio Episcopo Nitriensi transumit. 242.

Anno Christi 1292. Henricus Abbas S. Benedicti de Gran, villanum de Saro, nomine Motor, seruitiorum merito, in numerum Iobbagionum exercituantium transfert. p. 243.

Anno Christi 1294. Capitulum Agriense de possessione Harkács, comitatus Gömör, Comiti Paulo, filio Iach vendita, metis consignatis, testatur. p. 244.

Anno Christi 1295. Conuentus de calidis aquis Thomam, filium Thomae, Ciuem de ipsis calidis aquis, vineam suam in territorio Vjmál, Ladislao de Veteri Budá vendidisse, perhibet. p. 250.

Anno Christi 1297. Andreas III. R. H. filios Keuél de Szelnicze, inter filios Iobbagyonum, cum terris eorum distinctis, seruitiorum merito, transfert. p. 251.

Anno Christi 1297. Capitulum Iaurinen. Comitem Suur de genere Osl, medietatem possessionis suae Hublen Comitatus Sopron. Comiti Perlup genero suo oppignorasse, testatur p. 254.

Anno Christi 1299. Conuentus de Iasow super metis possessionis Liszka-Olaszi, absque omni contradictione reambulatis, priuilegiales. p. 255.

Anno Christi 1300. Capitulum Posonien. Magistro Petro populos de villa Vduornok terram Zolgageur cessisse, testatur. p. 256.

Anno Christi 1333. Andreas R. H. fideli suo Hudkonth, seruitiorum merito particulam terrae Reucha donat. p. 366.

Anno Christi 1288. Minister Prouin. et Conuentus FF. Min. de insula leporum partem areae suae contiguam pro loco praedicationis et coemeterii in bonum pacis accipiunt. p. 367.

Ad Subscribentes accesserunt

Illustrissimus Dom. Comes Mauritius Sándor de Bóth et Bajna Camerarius C. R. 1
M. Dominus Paulus Gosztonyi de eadem et Köves Szarv, S. C. et R. A. M. Consiliarius V. Iudex Curiae Regiae. 1
Sp. D. Ludouicus Beniczky de Benicze, et Micsinye Sub. Comes Zolien. 1
L. ac R. Vrbs Theresiopolitana . . . . , 1
Per. D. Iosephus Henischer L. ac R. Vrbis Strigonien. Senator 1
Ven. Conuentus Ord. S. Fran. Prouin. Salu. Theres. 1

Menda, quaequae in Tom. VII. in oculos meos inciderant, ex permutatione numerorum, ac litterarum sunt tam conspicua, vt facile aduerti queant.